Digitized by Google

10. E. 233

Digitized by Google

10.6

JO. HENRICI BOECLERI
TRACTATUS
QUIDAM POSTHUMI;
& quidem

I. Hiſtoria, Principum Schola.
II. Diſſertatio de Utilitate ex Hiſtoria univerſa[li] capienda.
III. Hiſtoria univerſalis, à mundo condito uſqu[e] ad CHRISTI nativitatem.
IV. Manuale ſive Memoriale Politicum.
V. Diſcurſus ad Lipſii Politica.
VI. Praxis Philoſophiæ πολιτικῆς.

Partim jam ab Illuſtri Obrechto editi partim de novo ex MSto adjecti, & uno volu mine junctim hîc exhibiti, ſicut horum tenorem fuſius explicat nova ad Lectorem

PRÆFATIO.

Prodierunt iſti curâ

JO. HENRICI MOLLENBECII, J. U
Doct. & Profeſſoris Extr. & Polit. Ordin.
Gieſſenſis.

Cum Indicibus locupletiſſimis.

Francofurti ad Mœnum,
Apud JO. PHILIPPUM ANDREÆ
M. DCC. IX.

10.6.282

Digitized by Google

VIRO
Illuſtri atque Excellentiſſimo,
DOMINO
HENRICO GÜN-THERO
DE
THULEMAR,
Sacræ Imperialis & Regiæ
Danicæ Majeſtatis Conſiliario Emi-nentiſſimo, Comiti Palatino Cæſareo longè Graviſſimo, quorundam Principum Con-ſiliario Intimo, Præſidi & Cancellario Excellentiſſimo,

Patrono meo & Fautori Gra-tioſiſſimo.

BIBLIOTH. PALAT.

VIR ILLUSTRIS ATQUE EXCELLENTISSIME, DOMINE GRATIOSISSIME.

Quamvis inſignis ſit Jurisprudentiæ munerum difficultas, ſicubi tamen ſcientia ea & juſtitia comitetur, omnia facilè expediri poſſunt. In eo tamē pleri-

rique falluntur, quod ſi in patrio jure ſint inſtructi, id ſibi ſufficere arbitrentur, cum & juri Romano & Germanorum veteri opera danda ſit: Imò quamvis omnes ſpecies juris teneantur, hiſtoriarum tamen & philoſophiæ cognitio adhuc ſupponi debeat. Verùm cùm hiſtoria alia ſit vera, alia ficta, & vera aliter Theologo, ac Juriſconſulto, aliter in aliis diſciplinis legenda ſit, Philoſophiæ etiam pro diverſitate finis & objecti alia ſit atque alia ratio habenda, tamen in tanta librorum copiâ Beati Bœcleri ſcripta, quæ hactenus nondum edita, edere ſuſcepi; in quo propoſito, cum, VIR Illuſtris, non tantùm autor fuiſti, ſed & aliàs multorum me beneficiorum debitorem obſtrinxiſti, hæc Bœcleri opuſcula Illuſtri

Tuo

Tuo atque inclyto Nomini inſcribere debui: Prout enim ſcripto extemporaneo, & privatæ informationis gratia adornato valor & æſtimatio aliunde acquiri debuit, ita alienis ſcriptis etiam Viri prudentis & juſti gratiam acquiri poſſe confiſus fui: Verum DEUS Te ſervet, VIR Illuſtris atque Magnifice, ut quod in Te Prudentia juris non tantum ornamentum habet, ſed & firmamentum, & ſubſidium, huic quàm diutiſſimè operari poſſis, & felicitatem, quam rerum omnium Arbiter & Moderator, & qui ejus in his terris vices gerunt, in Te contulerunt, & quotidiè conferunt, ejus fructus in eos, quos juſtitia & doctrina, Illuſtris atque Ampliſs. Nominis cultores

acquiſiviſti, quàm diutiſſimè conferre poſſis.

ILLUSTRIS MAGNIF.
ATQUE
AMPLISS. T. EXCELLENT.

Addictiſſimus Servus

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,
J. U. Doct. & Prof. Extr. Polit. Ordin.
Gieſſenſis.

Præfatio ad Lectorem.

SCripta *Joh. Henrici Bœcleri Viri*, cum viveret, *Clariſſ. & Celeberr.* quo numero habeantur & æſtimentur, etiam non admonito conſtat: quoniam enim è profundiſſima non minus doctrina & eruditione, quàm ingenua prorſus probitate & pietate proficiſcuntur à Viris etiam ſummis & celebratiſſimis ſatis laudari & extolli nequeunt. Quare cum *doctiſſimus Juvenis*, *Jurium cultor ſolertiſſimus*, nonnulla *laudati Viri* manuſcripta, quæ è *Bibliotheca Reichardianæ hereditatis Viri Senatorii in civitate Argentoratenſi* ſibi comparaverat, nec hactenus, quantum nobis conſtabat, unquam lucem publicam adſpexerant, nobis offerret, ea typis imprimere & vulgare, nulla ratione dubitavimus.

Illorum autem primum eſt *hiſtoria univerſalis* temporum, quæ nativitatem Salvatoris antecedunt, *ætas quarta à Regno Davidis uſque ad captivitatem Babylonicam, & quinta à captivitate Babylonicâ ad nativitatem Chriſti*: Tribus enim ætatibus è quinque, in

quas *Bæclerus* priſcam hiſtoriam diviſerat, ab *Illuſtr. Obrechto* editis, duæ tantùm hactenus reſtabant publicandæ, quæ nunc cum iſtis ſimul junctæ, concinno ordine lecturientis oculis ſe exhibent: Cùm autem plures ſint hiſtoriæ univerſalis epitomæ, ex his omnibus jure tamen optimo hæc *Bæcleri* præ aliis videtur commendanda, cùm non tantùm juſtam teneat congruamque brevitatem, & chronologiam, qui omnium accuratiſſimus haberi ſolet, *Dionyſii Petavii*, ſequatur, verùm etiam res ipſas è genuinis & probatioribus hiſtoriæ fontibus, tanto judicio diſponat & recenſeat, ut unicus hic *Bæclerus*, quibuscunque aliis, qui res hiſtoricas pertractant, *Clariſſ. Boſio* anteponendus & pro norma eſſe & regula habendus, fuerit dictus: Probant etiam id Viri, qui omnem laudem ſuperant, *plurim. Reverendi atque Celeberr. Dn. Johannes Fechtius, Superintendens & Profeſſ. Roſtochienſis, Dn. Joh. Burchardus Majus Hiſtoriar. & Eloquentiæ Profeſſ. Kilonienſis, Dn. Joh. Gottlieb Mollerus Profeſſ. Gedanenſis*, qui quas *Hiſtoriæ univerſalis* partes & lacinias potuerunt conſequi, non ſervarunt tantùm bonoque publico mancipa-
runt,

runt, ſed & ſi plura hinc inde Viris cordatis in manus venirent, ut ea ederent, & publico donarent, deſiderarunt.

Secundum quod hic proponitur, eſt *manuale politicum*, quomodo μακαρίτης noſter in inſcriptione indigetavit; nec id publico potuimus invidere: poſtquam inter omnes expeditum, *Bæclerum in Philoſophia civili* prorſus incomparabilem, & ſi cum *Morhoffio* velimus loqui, fuiſſe divinum: Quod ſi enim verum, quod alibi *Bæclerus* ait, è veteribus unum eſſe *Ariſtotelem*, è recentioribus unicum *Lipſium*, qui veram & genuinam ſcripſerint politicam, quod ipſum *Ulr. Huberus in præfat. de jure civitatis* ſuum fecit, quis nobis vitio vertet, ſi de aliis pluribus ſcriptis politicis, quibus res civiles plenè & accuratè ob oculos ſiſtuntur, edendis ſoliciti ſimus?

Tertium eſt *Diſcurſus ad Lipſii politica*, Præclariſſimus rerum Civilium uſus ferè fortuitò & ſine cura è *Bæcleri* ore annotatus contextus, quem eò libentius publico donamus, quo magis is jam dudum eruditis deſideratus fuit. Jam dudum enim eas notas, quas è privatis Lectionibus *Beati Bæcleri* collige-

legerat, bono publico deſtinaverat, Vir Celeberr. qui *Tabb. Genealogicas Tubingenſes* ſuo ſtudio continuavit, *Detlef Marcus Friſe*, *Illuſtriſſimi Comitis ac Domini Dom. Detlevi Comitis in Ranzau & Lævvenholm &c.* Conſiliarius Nobiliſſimus, & Viri Ampliſſimi hoc inſtitutum Celeberr. *Morhoffius in Polyhiſtore* utiliſſimum judicavit, & ut ad effectum daretur optavit, hactenus tamen pluribus fortè & gravioribus negotiis *laud. autor* impeditus, iſti propoſito abſuit, nec aliàs, quantum nobis conſtat, ad publicam lucem *notæ illæ* pervenerunt. *Quartam* denique, ut ſolent doctrinæ, natura, methodo, & exercitatione abſolvi, ea continet, quæ ad praxin politices pertinent, quorũ collectio, utut hactenus quidem etiam informis, nec ultima *Boecleri* cura fuerit adornata, utiliſſima tamen, quia & civilis prudentiæ nervum, & Rhetorices inſtructum habet, exiſtimanda. Atque hæc ſunt, *Ben. Lector*, quæ & ex hiſtoricis, Politicis & Rhetoricis, & Beat. Boecleri manuſcriptis tibi offerimus, & quamvis quidem ſimul, quid de illis exiſtimandum ſit, hactenus conſtare poſſit, lubet tamen Beatiſſimi Boecleri memoriæ tribuere & adſcribere,

bere, quid de ipſius ſcriptis judicent *Eruditi Lipſienſes*; ita verò in actis Eruditorum ajunt: *Nobile Bœcleri nomen eſt ac latè patet, nec ullo tempore & memoria hominis effluet aut intermorietur: Qui quoad vixit, bene meruit, editisque ingenii monimentis orbem eruditum inſigni optimarum rerum acceſſione locupletavit: Sive enim annales mundi faſtosque componeret, ſive Rerum publicarum viciſsitudines ac indolem explanaret, ſive denique in conſilio emendandæ ornandæque orationis & reliquorum ritè perficiendorum, defunctus eſſet, certè ad ſummorum gloriam virorum acceſsit, & optimè fundatas ſtudiorum rationes habuit.*

Sed dicis non conſtare, an hæc vera & genuina *Bœcleri* ſcripta ſint. Verùm id, uti de *ætatibus hiſtoriæ univerſalis* eſt expeditum, quæ continuâ nec interrupta ſerie, quoad quinque ætates in *Codice Reichardiano* continetur, teſtisque omni exceptione major de re literaria tam Eccleſiaſtica quàm Civili præclariſſimè meritus, *Vir admodum Reverendus & Celeberr. Dn. Joh. Gerhardus Arnoldus, Gymnaſii Mœno-Francof. Rector Graviſſim9, Patronus noſter & Amicus Æſtimatiſſimus*, qui lectionibus *Bœcleri*, cum Argentorati in Academia ver-

verſaretur, addictus, duas illas ætates in manuſcriptis perluſtratas, oppido pro *Bæcleri* ſcriptis æſtimavit, ita de manuſcriptis politicis exinde id colligi poteſt, quia ſi cum aliis *Bæcleri* ſcriptis conferantur, idem dicendi character, profluens & extemporaneus, venuſtus tamen & ſpecioſus, cui numerus conſtat & dignitas, eadem etiam res civiles tractandi methodus, eadem exquiſita rerum analyſis, & frequens ad eosdem autores cum judicio facta remiſſio, apparent, & quod potiſſimum, perpetua & accurata ſententiarum & in quæſitis Deciſionum convenientia & harmonia: quod ſi enim *manuale* & *diſcurſus ad Lipſium*, præprimis cum *inſtitutionibus politicis & commentatione ad H. Grotium de J. B. & P.* (nam quod in *cap.* 3. *manualis* occurrit, id inter ſphalmata annotantis meritò refertur) *Praxis Politices* verò cum *diſſertatione de Eloquentia Viri Civilis & Progymnaſmatibus Rhetoricis B. Bæcleri* conferantur, eadem non tantùm doctrina, ſed idem ſubinde verborum nexus eorumdemque ſcriptorum allegatio occurrunt.

Jam quid in edendis hiſce *B. Bæcleri Opuſculis* à nobis præſtitum ſit, verbo adhuc addemus:

demus; Primùm ipſa *Bœcleri* verba in univerſum magna fide & accuratione, ut & genuini eſſent autores & loca autorum, quæ allegantur, convenirent, expreſſimus, neque unquam vel verbulum è noſtro addidimus, ſatius eſſe rati; quæ *Bœcleri* ſint, verbis etiam *Bœcleri* dicere, quàm ſi formam modumque, quem *Vir Illuſtr. Dn. Obrechtus* in tribus ætatibus hiſtoriæ univerſalis, cum quibus unum corpus conſtituere debebant, ſervaverat, commutaremus: quo ipſo uti nos nihil παροράματος commiſiſſe certi ſumus, ita ſi fortè in eo deliquiſſe videamur, quando ne quidem quæ manifeſto fuerant omiſſa, ſupplevimus, nec quæ oppidò abundabant, & ſeſe ad omiſſa referebant, non neglexìmus, ſciendum ideo id à nobis factum eſſe, ut conſtet, quæcunque quidem ibidem proponantur, *Bœcleri* dogmata eſſe, præter animum tamen commentandi, & abſque prævia à *Bœclero* ſolenni meditatione fuiſſe conſignata. *Deinde* quæ ab *Illuſtri Obrechto* tres ætates hiſtoriæ univerſalis ſunt editæ, earundem aliam ex *manuſcripto Reichardiano* lectionem addidimus. *Tertiò* in univerſam illam *hiſtoriam univerſalem, uti anno* 1680. *Argentorati, cum Hiſtoria*

ria Principum ſchola, *& Diſſertatione de utilitate & Hiſtoria univerſali*, prodiit; *duasque* reliquas *ætates*, quæ jam prima vice prodeunt, *copioſum & accuratum indicem*, nec minus in *tres tractatus politicos*, *peculiarem & idoneum indicem* confecimus. *Denique* in fine utriusque Indicis, qui extantiores erant errores, & ſubitò emendari poterant, conſignavimus. Hiſce utere, fruere *Ben. Lector* ex voto, & in poſterum è ſcriptis *Bœcleri* hactenus ineditis, expecta *Controverſias illuſtres*, *ubi de prætenſione Regis Franciæ in regnum Navarræ, in Siciliam*, *regnum Neapolitanum*, *Caſtiliam*, *aliaque regna & Principatûs*; *Prætenſione S. Pontificis in Arragoniam, in Hungariam &c. Prætenſione Ducis Sabaudiæ*, *Regis Sueciæ*, *Regis Hiſpaniæ*; *de controverſia Ducum Brunſvicenſium cum civitate Fridbergenſi*, *Saynenſi*, *Altenburgo-Vinarienſi*, aliisque agitur, & nonnullos adhuc alios rarioris argumenti, & hactenus ineditos, tractatus.

* * *

DEDI-

DEDICATIO OBRECHTIANA.

* * *

Nobiliſſimo & Ampliſſimo

VIRO

FRIDERICO BENEDICTO CARPZOVIO,

SENATORI LIPSIENSI:

S. P. D.

ULRICUS OBRECHTUS.

D*Udum in ære TUO ſum,* CARPZOVI Nobiliſſime; *multorum Tibi debitorum, non comitate tantum Tuâ reus, ſed morâ meâ. Quam utcunq; patieris publicâ iſthac memoris animi profeſſione purgari. Arripui potius quàm elegi qualemcunq; ejus opportunitatem, tum quòd pridem ardebam benevolentiæ erga me Tua affe-*

ctusq; gloriâ publice perfrui ; tum quia ultimis Tuarum, ex ea ex me quæſiveras, quorum pluribus conſtare rationem, mea non uno nomine intereſt. Et de Ciceronianis *quidem vera prorſus narraverant, qui partem illorum olim typis impreſſam vidiſſe, memoraverunt. Jam ante viginti & amplius annos* σωμάτιον *iſtud recenſere aggreſſus fuerat B. Socer ; diſpertieratq; Commilitonibus* Parallela Græco Latina *per penſa vicesq; certas eo delectu ac ordine congerenda, quem uno alterove ſpecimine ipſe præmonſtraverat. Sed horum plerisq; ad aliud ſubinde ſtudiorum vitæq; inſtitutum vocatis, ultra locorum indicem, quibus jungere* Parallela *dedeſtinatum fuerat, proceſſum haud eſt : donec, ut plerumq; fieri in tali re amat, exhauſta Typographi patientiâ, intra paucas hebdomadas deproperandum denique fuit opus, per plures antea annos dilatum. Et hoc tamen commentandi genus præcipuè moram otiumq; deſiderat. De* Dicty *ſpem amicis certam facies : non tamen amplam nimis. Aliquod fortaſſe ex Codice, quo uſi ſumus, operæ pretium erit, à nobis pauca accedent, qui Scriptori ſervire conſtituimus, non argumento. Nam in* Troicis *quis finis ? aut quæ laus, attexere operi, quod reci-*

diſſe,

diſſe, Authori gloria fuit? quin, ultra emendationem progredi, religioni duxiſſem, ſi vel erudite minus Mercerus, *vel non tàm craſſe priores deſcriptores in edendo eo libello erraſſent.* Barthium *ex* Adverſariis *intelligo curam huic Scriptori ſingularem impendiſſe: quin & integrum ejus* Commentarium *audivi Francofurti quondam inter manus Typographi eſſe verſatum. Quid devenerit, Tibi pronius fuerit reſciſcere: Lipſiam enim relatum dicebant, qui Francofurti viderant.* Tyrocinia Literaria *vix putaſſem edenda; ſi illorum conſiliis locum dediſſem, qui diſcentium utilitatem, gloria ſua poſteriorem ducunt. At enim alia mihi ſemper mens fuit, longeque amplius apud me authoritatis ac ponderis habent ſpecimina ducum, haud infimi utique ordinis: quibus nec dedecori, nec pudori fuit, commilitonum tyrocinia non auſpicio tantum & proviſu, ſed manu exemploque rexiſſe. Sane, ut in militari, ſic in publica pariter & literariâ re, cum ad uſum & experimenta induſtriæ ventum eſt, non ut quisq; nutritus ſit ſplendide, ſed ut probe ac fideliter exercitus, ſolet requiri.* Univerſalis hiſtoria, *quo loco ſit; hæc, quæ ſub nobiliſſimi Nominis Tui tutela pro-*

 deunt,

deunt, primordia teſtabuntur. Conſtitueram equidem ſimul edere, quicquid hujus argumenti, à B. Socero relictum eſt, atque hujus propoſiti propemodum certus, prolixiora illa Prolegomena *præmitti curavi, quæ majorem hujus voluminis partem implent. Verùm, operis ſubitò interruptis, in curas magis neceſſarias diſtractus, refragari Typographi voluntati nolui: ſatius putantis obſtrictam publicè fidem, repræſentando ſingillatim partes, liberare; quàm debilitare, totum differendo. Prodeunt igitur* tres priores mundi ætates: *cæteris, quæ propediem ſequentur, gratiam publicam, Te parario, pigneraturæ. Nam Tu quidem pro ſingulari tum in Authoris memoriam ſtudio, tum erga conatus meos favore, impetrari abs Te facile patieris, ut conſilii hujus mei vel defenſorem Te præſtes, vel ſponſorem promiſſi.*

Vale.

Scrib. Argentorati A. D. VI. Cal. Apr. cIↄ Iↄc Lxxx.

MEMO-

I. N. D. N. I. C.

HISTORIA,

PRINCIPUM SCHOLA.

1.

MAximarum artium, rectiſſimique conſilii res eſt, Hiſtoriam ſcribere. Quocirca pauci ab omni æuo ſunt reperti, qui cum laude inſtitutum tam nobile tenuerunt. niſi quod Romani & Græci veteres huius quoque felicitatis apicem attigere. Quorum aduerſis & euerſione aliquandiu ſepulta iacuit tota iſthæc gloria: præſertim ex quo translato in Orientem imperio Romanorum, publica quædam nubes, rerum geſtarum expreſſiorem memoriam inumbrauit. Tulerunt ſane ſecuta tempora ſcriptores, quorum nec in iudicando prudentia, nec in exponen- *Hiſtorici eximii pauci ſunt.*

do fides, nec in tractando peritia, cordato lectori poſſet apparere. Donec renaſcentibus paulatim litteris, & cultiore ſæculo, non infeliciter reſumta ea commentatio, aliquorum famam vſque ad priſcorum præſtantiam celebrauit.

Inter quos Cominæus, Polybio comparatus

2. Inter hos eſt *Pilippus Cominæus*, quem Polybio comparauit Lipſius: non ſine magna ratione. Uterque enim obſeruatione acutus, iudicio ſolers, prudentia copioſus; &, quod omnibus ceteris laudibus ſublimius raro apud alios deprehenditur, probitatis, conſcientiæ, reuerentiæ erga fatum & fatales euentus, perpetuis notis mixtiſſimus. Illud quoque commune habent, quod, ubi rei dignitas, cognitionis vtilitas, vſus & applicationis dexteritas, poſtulare moram videtur, ſubſiſtunt, lectoremque ſuum tanquam in re præſenti, cum cura & fide inſtruunt. Eiuſmodi *Digreſſiones* apud Cominæum plurimas, ſumma cum voluptate & emolumento, paſſim videre eſt. Vt, cum de *Officiorum ac dignitatum* nun-

nundinationibus, ortisq; hinc æmulationibus, ambitu, diſsidiis : de *bonis malisque Principis artibus* : de *vitando Potentibus, componendarum coram litium ergo, congreſſu* : de *præpotentium in aula miniſtrorum cautione* : de *perfidiæ errore & pœna* : de *immiſsis fato belli calamitatibus* : de *miſeriis vitæ Principalis* : de *Statu & Imperio Venetorum* : quæque alia opportune immixta ſunt, paulo copioſius & diligentius diſſerit.

3. Cumprimis memorabilis eſt, quam *libro* 2. *cap.* 6. (in editione *Barthiana*) ſiue libri Tertii initio (ſecundum *Sleidani* diſtributionem) inſeruit, *Digreſsio*. Ea oſtendit, *quantum proſit viro Principi, & gerendis regendisque rebus admoto, litterarum, ac præcipue* HISTORIARVM *cognitio*. Quod argumentum, licet apud veteres etiam, ſæpe & grauiter tractatum reperiatur; fit tamen neſcio quo pacto, vt apud noſtros hodie homines, præſertim, qui aulas & ciuilem vitam ſectantur, plus auctoritatis, recentiora eiuſmodi monita

Eius Digreſſio, de Hiſtoria, commendata.

ad tractandũ ſelecta: inveniant. Quocirca exercitationis publicæ cauſſâ, deligenda nobis viſa hæc materies : utiliſſima conſideratu ; diſquiſitu copioſa ; grata, ſui auctoris nomine ; jucunda, quadam obſervationis novitate. Totam autem Cominæi orationem, quoniam is in omnium manibus verſatur, apponere ſuperſedimus : *rem ipſam per partes ordine expoſituri.*

ſummatim propoſita: 4. Ne tamen vel hac in parte aliquid deſiderari ad perſpicuitatem, &compendiariam intelligendi commoditatem poſſit, digreſſionis nobiliſſimæ ſententiam breviter proponemus. Ait ergo : *Nihil æque adverſum fortuita & inopinabiles aſperosque rerum caſus firmare Principum animos quam ſi ab incunte ætate Hiſtoriam cognoverint. Ipſo uſu exemplisque ſe didiciſſe, hinc potiſſimum ſapientiam rebus gerendis, moderandisque feliciter conſiliis idoneam, copioſiſſime & maturrime peti. Tribus circiter menſibus in uno libro hiſtori-*

hiſtorico plus obſervari ab uno poſſe, quam à pluribus, ætate ſibi invicem ſuccedentibus, (viginti nominantur) per experientiam actumque vitæ, comprehendi queat. Ita inſtructum principem non hæſurum in ambiguis; non permiſſurum omnia alieno arbitrio; ſed inter conſiliarios prudentes & fidos, tanquam prudentiæ arbitrum; infidis vero & imperitis inacceſſum ac impenetrabilem ſcopulum futurum eſſe.

5, Ut plenius res omnis expediatur, tria faciemus ſcriptionis noſtræ membra. I. *Ad quid & quomodo Principi Hiſtoria proſit.* II. *Quæ illa & quatenus cognoſcenda Principi aut ſeligenda.* III. *Quomodo diſciplina Hiſtoriæ, primæ Principis ætati tradenda, & per ceteras firmanda ſit.* Sequeſtrata interim quæſtione: *an omnino Principi ſtudia aliquid adiumenti adferant?* cum ſatis pridem *compertum* & adverſum ruditatis fautores ipſo vſu comprobatum ſit, *eruditionem, ele-* *membratim diſpoſita:*

gantiam , comitatem , præſertim Principibus neceſſarias eſſe: cum ſine his naturæ bona, quaſi incomta, aut etiam horrida deſpectui ſint: contraque ea Perſarum regi Cyro æternam gloriam paraverint. verbis & judicio *Aurelii Victoris , de Cæſarib.* 40, 7. vid. *Lipſ. polit.* 1, 10. *Plutarch. ad Princ. indoct. Steph. Vinandi Pighii Hercul. Prodic. Conr. Ritterſhuſ. Specul. bon. Princ. Sarisber. de nug. Curial.* 4.6. & *Politicos paſſim.* Neque quidquam officiunt, quæ *Alberic. Gentilis, de legationib.* 3, 9. differit.

Ingreſſus ad tractationem ab utilitate Hiſtoriæ in univerſum.

6. Etiam elogia Hiſtoriæ univerſim, nequaquam hic duxi cumulanda. Quæ tot ſcilicet Veterum Hiſtoricorum (pleroſque enim id factitaſſe, Polybius etiam obſervat, principio lib. 1.) tot recentium præfationibus, tot orationibus, diſſertationibus abunde decantata, publicæ notitiæ obvia ubique extant. Niſi quis ſemel & verbo, defungi nos poſse exiſtimat , allata *Ciceronis* com-

commendatione, ex 2.*de orat.*9. quæ & *Bodino* (in *præf. method. Hiſtor.*) præ ceteris placuit: *Hiſtoria eſt teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ*, &c. Cujus loci rotunditatem imitari ſimul & evoluere voluit *Fridericus de Marſelaer, in Legati ſui l.* 1. *diſſ.* 24. *Hiſtoria eſt palæſtra prudentiæ, ſtimulus ſapientiæ, calcar virtutum, interpres dubiorum, memoria præteritorum, ſpeculum futurorum, præſentium fax & moderatrix, breviarium experientiæ, ſcientiarum theſaurus, directrix diſciplinæ bellicæ & togatæ: breviter compendium artis vivendi. Itaque videar commendaſſe* (addit) *eruditionem omnem, cum Hiſtoriam nominarim. Eiusque ſtudium habet id peculiare, ut & theoricam & practicam ſimul conferat.*

CAP. I.

Quo oſtenditur, quid Principi & quomodo Hiſtoria proſit.

Hiſtoria eſt propria principis lectio.

ITaque ut ad primam partem accedamus propius, *hæc propria & peculiaris lectio ac palæſtra Principum: ſe atque otium hic exerceant, incredibili ſuo & alieno fructu*, monente *Lipſio*, not. ad lib. 1. pol. *Propria Principibus lectio*, ob hanc ipſam, de qua diximus, præſtantiam, amplitudinem, copiam: *propria*, ob utilitates & inſtitutionem imperantis: *propria*, ob emolumenta imperii & fructus publico deſtinatos. Complectar, quæ allata ſunt, quæque adferri poſſunt, una ratione, in qua ceteræ continentur: *Propria eſt Principi hæc lectio quia propria eſt ei prudentia civilis & politica.* Sine peritia gubernandæ navis, nemo meretur nauta dici: ſine ſcientia tractan-

quia civilis. Prudentia Principi propria.

ſtandorum armorum, nemo gladiator. Prorſus ut imperantis nomine ſolus cum honore & dignitate appellatur, qui prudentia civili probe eſt ac copioſe inſtructus.

2. At vero, quibus ad prudentiam civilem itur, viæ ſunt omnino duæ: 1. *Experientia & actus*; tum 2. *ſtudia & libri*. Ac *Experientiam* quidem, haud dubie fortiſſimum diſcendi genus eſſe ac ſplendidiſſimum, omnes intelligunt: niſi quod *naturæ hominum*, & *neceſſitatibus regendi imperij*, non uſquequaque eſt accommodata & ſufficiens. De *natura hominum*, res clara. cujus enim ætas, licet longiſſima, varietati rerum civilium ac immenſæ multitudini, par erit? Cujus vires, licet excitatiſſimæ, ferendis tot oneribus commodabuntur, quot perdiſcenda ſunt ei, qui arduum cuncta regendi onus, in ſe recepit? cujus obſervatio ad ſingula ſe intendet in rerum ſtrepitu, quæ tranquillitate commentandi vix diſcernuntur? Dicam quod

quæ tarde per experientiam acquiritur & imperfecte.

1. reſp. naturæ hum.

res eſt: potiſſima prudentiæ pars aliquando non poteſt; aliquando non niſi imperfecte poteſt per experientiam obtineri. Nam interiores uniuscujusque actus rationes; nec exteriores & obvias tantum circumſtantias, quas vocant, ſed penitiorem reconditioris naturæ indolem obſervare ac condiſcere, ſicut apex & ſumma laudis, civilisque imitationis & actus anima cenſetur, ita in ſolo opere verſantibus, ſeriſſime, & plerumque nunquam, vere pateſcit hoc arcanum. Oſtendit hoc egregie & large *Caſaubonus*, in præfatione Polybiana: ad quam vere traheres Pindari *θηλαυγὲς πρόσωπον*, niſi ampliori totius operis, & exactæ tractationis elogio, digna eſſet.

& perceptionis, 3. Appoſite & clare, ſimilitudo ſpectaculorum & dramatum nobis aperiet, quod dixi. Actitatur tragœdia in theatro: implent ſua munia, actitando quidem, qui perſonas dramatis induêre; ſpectatores intuendo & judicando. Dubitas, uter melius,

lius, de repræſentatione & actione fabulæ pronuntiare judicium poſſit, exercitatus hiſtrio, an peritus ſpectator? Hiſtrio ſane dum ſuarum partium ſatagit, de ceteris parum ſolicitus, proxima in ſingulis quædam conſiderat: ſingula in univerſis ſpectatori relinquit; qui, ut ſoli contemplationi; ita toti, & perfecte, vacat. Utemur propiore exemplo. Committit aliquis prælium ductu, conſerit manu, adjuvat ſubſidio, accendit impetu, reſtaurat virtute? Ergò partibus interfuit: nam toti pugnæ pugnantium nemo intereſt. Cujus propterea non obſervatio certior, quam milleformis forma. Ita ſemper ambiget de totius indole, qui particulis tantum rerum aſſuevit. Vide nuperum ad *C. Nepot.* comment. Ne de *occaſionum raritate* aliquid hic dicam. Intelligenda eſt ea, non modo *quoad multitudinem cognoſcendorum, ſed quoad profunditatem cognitionis*. Scilicet is eſt rerum practicarum genius, ut, cum & occaſionis.

varie-

varietate diffuſa, flexibus ſinuoſa, artibus recondita ſint omnia, plus tamē negotii in obſervando exhibeant, quæ circa rem ſunt; quam res ipſa habuit laboris in tractando. *L. Sicinius Dentatus centies & vigeſies* (ut habet Valerii Max. commemoratio 3, 2, 24.) *in aciem deſcendit:* admirando in ætatis humanæ anguſtiis exemplo. Verum repetita toties experientiæ prœliaris officina, nondum ad unius rei, id eſt, prœliorum naturam caſusq; perdiſcendos ſuffecerat, niſi profecta è principiis iſtorum actuum animi commentatio & ſolertia, in liquidiora agendorum conſilia penetraſſet. Sic in ceteris qui plurima exercitio actuque complexi videntur, ſi ad prudentiæ generoſam amplitudinem referas, inter elementa ſubſtitiſſe cognoſcentur.

2. reſp. neceſſitatum regendi imperij.

4. Quod ſi ad neceſſitates regiminis publici attendimus, amplius patebit, quid imperfectionis experientia, in comparanda civili prudendén-

dentia, habeat. Princeps ut totus imperii, ita totius imperii eſt: omnis publicæ actionis curarumque caput & anima. *Ejus ditione nutuq; maria terræ, pax, bella regi debent:* ille *velociſſimi ſideris more, omnia inviſere, omnia audire, & undecunque invocatus, ſtatim, veluti numen,* expedito conſilio & accincta ope, *adeſſe* debet *& aſſiſtere.* (*Plin. Paneg.* 4. & 80.) Atqui tam ſolers, copioſa, habilis proviſio, non expectat ſeram experimentorum diſciplinam: dubitesq; utrum majus ſit periculum, non didiciſſe iſta experiendo ante principatum, aut in principatu & opere arduo, publiceque, prout tractatur, nociturо aut profuturo, prima diſcendi rudimenta capeſſere. Cum præſertim multa ſint, quæ paucis unove experimento condiſci cognoſcique prorſum nequeant. Nam *in arena conſilium capere,* non tyronis ſed exercitati gladiatoris eſt. Ex quo ſequitur: aut immaturum principem admovendum,

vendum imperio; aut maturum, fruſtra admouendum. maturus enim per experientiam rerum tractandarum non citius erit, quam ad res tractandas per ætatem ſit inhabilis. *Dices*: Si minus peritiæ princeps habeat, aderunt periti conſultores, amici uſu rerum ſpectati: quorum opera facile ſupplebitur, quod in unius peritia deſideratur. *Amplius*: præſtantia naturæ ac ingenii nobilitas ea ſuppeditat, quæ alii ab experientia & ſtudiis expectant. Hæc qualia ſint, noſcetur infra commodius.

Non negantur interim commoda experientiæ.

5. Nunc enim ad experientiā merito prævertimur. Cui ſuam interim laudem minime denegamus. Quinimo prudentiam, de qua ſermo eſt, non pręcedet modo quandoque, ſed comitabitur fido & perpetuo ſatellitio. Dabit multa, etſi non omnia: magna, etſi non maxima. Proprium autē & ſummum operæ pretium, *in perficiendi & tractandi res politicas agilitate, dexteritate, promptitudine* libentes agnoſcimus. Sed & operū conficien-

ciendorum artes rationesq; non parum lucis habent, cum in re præſenti æſtimantur. Sæpe cavetur diligentius & μεθοδικώτερον ſive compendioſius ac felicius, quod periculum aut damnū cautioni noſtræ ſerio commendavit. Denique, quidam generoſitatis ſpiritus, & fiducia, inter ipſa diſcrimina non hauritur modo, ſed educatur & confovetur. Quæ res tum ſemper alias, tum in bello præcipue, vix dici poteſt, quam ſit neceſſaria & utilis. Fac enim, Principi venire neceſſitatem eundi in hoſtem, qui nunquam aciem, nunquam prœlia, vulnera viderit: ſc. *trepidabit, feſtinabit, ſumet aliquem ex ceteris monitorem officii ſui: evenietq; adeò, ut, qui imperare debebat, is ſibi imperatorem alium quærat. Salluſt.* Jugurth. 85. Quali caſu & tempore non inepta ſit plane, experti alicujus Marii confidentia & exprobratio: *Quæ illi audire & legere ſolent, eorum partem vidi, alia egomet geſſi, quæ illi litteris, ea ego militando didici.*

dici. nunc exiſtimate, facta an dicta pluris ſint. Ibid.

Cum cautione neceſſaria & diſtinctione.

6. Quanquam diſſimulandum non eſt, plerumque *Fiduciam experientiæ, plurimum trahere ex arrogantia: dum jactat partim ea quæ non habet; partim ut majora oſtentat, quæ habet.* Hinc cautionis neceſſitas & diſtinctionis oritur apud recte judicaturos. qui ſemper reſpicere debent, *ad prudentiæ Principalis partem principem, quæ in dirigendis, gubernandis, diſpenſandis, providendis, curaq; ut ſic dicam, univerſali complectendis rebus cernitur, & veluti animam negotiis ac ſpiritum infundit.* τὸ ἀρχιτεκτονικὸν καὶ διοικητικὸν καὶ προνοητικὸν τῆς ἡγεμονικῆς φρονήσεως dicerent Græci. Ejus loco & nomine exoſculantur plerique experientiæ oſtentatores, τὸ δημιουργικόν. *illa quæ in externo opere & miniſterio occupantur. Hæc* ut experientia proprie eniteſcunt, ſic *illa* ſublimis & imperatoria prudentia, cujus ingenium poſtea amplius declaran-

clarandum erit, firmatur potius aut elicitur quam comparatur. Ex eodem fraudis principio, *homines quodam rerum actu exerciti, per alacritatem, & agendi ſtrenuitatem, elegantiam, & ſpecies peritiæ ſimiles,* affectationi prudentiæ ſtudent. Cuius ipſa ignoratio, perſuaſioni viam & ſecuritatem aperit. Quo fit, ut nemo non militia exercitus perfunctusque regendæ ſtatim militiæ ſcientiam animo præſumat; id quod exemplo *Liviani* Penulæ valde evidens fit: cui ſtolida perſuaſione experientiæ res magnas promittenti, non minus ſtolide creditum eſt: *tanquam eædem militares & imperatoriæ artes eſſent. Liv.* 25, 19.

7. Ergo ſupplebunt *litteræ* & ſubminiſtrabunt, quod ab experientia fruſtra expectatur. Verum inſtructus earundem atque diſciplina ſicut multis rebus aliis comparatur, firmatur, ornatur: ita duæ

Sed nec in ſtudiis tantum præcepta poſſunt.

potiſſimum rationes eminent, quibus civilis prudentia creditur obtineri; *Præcepta* & *exempla*. Quæ proficiendi viæ cum aliis etiam ſtudiorum generibus ſint communes, in pleriſque tamen haud paulo major præceptis vis ineſt, quam in doctrina civili. Hæc nullo modo comprehendi ſe aut explicari patitur brevibus libellis, aut quantacunq; præceptionum mole, aut quantavis diſſerendi ſubtilitate. Verſatur enim proprie hæc prudentia *in iis, quæ artem non habent*, nullisq; certis deſignari limitibus poſſunt, quod præclare ſcripſit *Ariſtoteles* (6. *Eth*. 5.) *neq; generalia tantum*, circa quæ præcepta poſſunt & ſolent occupari, *ſed ſingulorum etiam notitiam complectitur* (Id. 6, 7.) ad quæ non tam regulis, quam obſervationis cuiuſdam propioris inſpectione opus eſt. Variabilis eſt natura humanarum actionum, abſtruſæ rationes conſilio-

filiorum, ſubtilis obſervatio circumſtantiarum, difficile judicium factorum, periculoſa proviſio faciendorum: quæ omnia ſi tu artis & præceptorum beneficio poſtules *ex incertis certa facere, id agas; ut cum recta ratione inſanias.* Non diffitemur ſane multa etiam ex his penitioribus; obſervationum, cautionum, fundamentorum, diſtinctionum ope ad amplificandam in majores uſus præceptionum diſciplinam adferri poſſe (præivitq; exemplum Ariſtoteles in incomparabili Politicorum opere, ubi non tantum quid faciendum, ſed quomodo, & quando, & quatenus &c. plerumq; diſſerit) verum tam multa illa, profecto pauca erunt, cum in rerũ ipſarum devenitur penetralia. Ut nihil dicam, de Politicorum Commentariis: in quibus nihil magis quam imitatio Ariſtotelis & hæc ipſa pars deſideratur. Quo reſpectu, non dubitamus affirmare, *im-*

poſsibile eſſe, ut ſolide, aut mature, aut feliciter, aut ad vitam & imperiorum regimen accommodate, inde potiſsimum civilis prudentia acquiratur. prorſus interim nihil detrahentes cuiuſquam bene de hoc ſtudio mereri cupientis induſtriæ: quam alicubi veneratione, alicubi æſtimio, alicubi venia, ubique modeſtia & æquitate noſtra proſequendam ſemper exiſtimavimus. Eſt enim omnino hoc ſtudium inter excolenda potius, quam exculta poſt renatas litteras, referendum. Ut vecordiſſimi faſtus & plerumque ignorantiæ notam arbitrer; ſtatim ea, quæ minus tibi placent, aut imperfectione aliqua laborant, ad lutum & tenebras damnare.

8. Sapientis eſt, ni fallor, ſuum unicuique rei pretium ponere: neque, quia tantum non habet, nullum concedere. Quare præceptis nequaquā ſuum (de quo alibi) ſed præcipuum locum hic negamus.

Ut

Ut & illis ſcriptis, *quæ præceptis exemplisq; conſtantia*, aliquis mixta, id eſt, pleniſſima perfectione excellere arbitretur. Equidem inter iſta ſuſpicimus magnopere, Veterum illa prudentiæ monumenta, qualium ſpecimen *Tullius* in Officiis; *Plutarchus*, in præceptis gerendæ reip. *Seneca* in libris de clementia &c. aliique alibi dedere: quin & infra clarius hæc & talia commendabimus: at vero ſicut in judicio de rebus informando poſſunt plurimum, ita rerum actuumq; ipſorum indolem, ſine cuius cognitione nihil hic procedit, ſegnius & obſcurius attingunt. Nam quod ad recentiorum *diſſertationes* ſive *diſcurſus* attinet, quibus Italorum præſertim & Gallorum induſtria cenſeri voluit; quis non videt, quam perfunctorie & oblectamenti ritu pleraq; gerantur? in quibus haud raro deprehendas ſpecimen & tædium cuiuſdam otii, & *neſcio quid*

aut commentationes politica ac diſcurſus;

 ſuper-

ſupervacanei,ex inſcitia reip.& umbratica illa doctrina, nonnullis nationibus adeo frequenti, ut poſteaquam nugarum maximarum veluti delectum egerunt, eas opulenti theſauri titulo, atq; indice venditare non dubitent: quod ingenue & cordate fatetur *Iulius Bellus*, in præf. digreſſ. Tac. Idem de *Quæſtionariis* plerisque licebit arbitrari.

quantum Hiſtoria. 9. Veram itaque & ſolidam prudentiæ inſtitutionem felicius & liberalius *Hiſtoria* profitetur: quodque præceptis deeſt, ſuggerunt efficaciter *exempla*. *Quæ liberalior magiſtra.* Vide quæ in comparationem utrorumque philoſophatur *Paſchalius* in Virtut. c. 28. Cuius rei veritas paulo altius repetenda eſt. Ac *primo* quidem omnium, aliquod inſtar illius prudentiæ, quæ & civilis & Principalis & gubernatoria dici mereatur, animo concipiendum videtur & oratione figurandum. *Prudentia.* Ita ſcilicet vocamus *incorruptam animi facultatem, ſolertia, judicio, conſi-*

conſilio rerum in omni vita publicè arbitrandarum, dirigendarum, ſuis temporibus & reip. utilitatibus accommodandarum, tum naturæ felicitate excitatam, tum præſertim meditatis rationibus ad omnia exporrectam, aſſiduitate exercitam, proviſu & opere expeditam. hæc initia rerum & cauſſas ab omnibus iis dignoſcit, quæ ceteros mortales ſimilitudine & vocabulis decipiunt: hæc progreſſus operum, non caſu, ut plerique, ſed ratione quadam ſingulari; neque quaſi comitaretur aut eminus allaboraret, ſed quaſi intereſſet, moderatur: hæc fines rerum ſectatur arte, aſſequitur induſtria, corrigit promptitudine, lucratur & permutat, invento. obſcura perſpicit, retruſa protrahit, fugientia moratur, obſtantia diſcutit, implexa explicat, ardua expedit, falſa convincit, inſidioſa eludit. ex prædeſtinato, inſtructè; ex abrupto, generoſè agit. ubique decoris, ubique dignitatis ſuæ memor, cui virtute efficaciam, virtutis conſtantia ſucceſ-

 ſum

ſum impetrat. ubi dignam ſuo faſtigio occaſionem nacta eſt, unam rem mille artibus; mille artes una opera expugnat. cumq; ad omnia ſe porrigat, nunquam à ſceptro, nunquam à ſe diſcedit: peregrinis, domeſtico proviſu; novis, conſuetudine ſapiendi intacta & major. non actionum magnitudine illuſtrior, quam agendi artibus copioſior: temporum, rerum, caſuum non minus potens quam gnara: divinæ proviſionis radius, divinarum actionum inſtrumentum, divinarum virtutum in terris pignus, arcanum, cuſtodia.

Per omnes partes. 10. Faciunt vulgò tres prudentiæ partes: *Memoriam*, *Intelligentiam*, *Providentiam*, (*Cic.* 2. de invent. 53.) è quibus *illa* ex eventuum copia, ut è theſauro, prudenter tractandi exempla & rationes depromit: *iſta* de præſentibus, quæ accurate & penitus perſpicit, rectiſſime & veriſſime judicat: *hæc*, ſicut futura ex præteritis & præſentibus callidiſſime conjicit, ita

proſpi-

proſpicit de bonis, cavet de malis, vigilat ad incerta. Ubique *natura* aliquid poteſt: ſed rudis eſt, ſine exemplorum & actus inſtitutione: qua proprie prudentia conſtat, præſertim Imperatoria; cui illa omnia quidem, ſed eminentiori quodam modo tribuenda ſunt. Incipiamus à *memoria*: id eſt, à *multitudine exemplorum & ubertate*. Quæ tota & propria hiſtoriæ laus eſt: è qua ad prudentiam adferenda. *Prudentia nihil eſt aliud* (inquit *Caſaubon.* in præf. Polyb.) *niſi multarum rerum memoria, & uſus complurium negotiorum. ex quo ſit perſpicuum, quam ſint non dicam affines, ſed pæne idem prudentia atque Hiſtoria. Quid namq; aliud legitime ſcripta Hiſtoria agit, niſi ut res hominum, mores, inſtituta, geſta memoriæ commendet? vitam exemplis inſtruat?* &c. Idq; tanta copia, quanta & hic opus eſt, & ab experientia nemini mortalium poteſt continere. Geſſerit Princeps aliquis de-

Memoriam, enim informat

1. Exemplorum, copia.

cem, viginti, plura bella: commiſerit multa & magna prœlia: nihil hæc ad copiam Hiſtoriæ, quæ ab omni ævo, in omni genere eventuum, ex omni parte rerum prudentiam inſtruit. Prope dixero, nullas eſſe in prudentia ciuili MEMORIÆ partes, niſi inſtructiſſimæ. nam ſterilitas aut paucitas exemplorum, hic pro ignorantia habetur, & agendi imperitia.

II. Hoc primum eſt ergo, in MEMORIA, quod attendimus, *exemplorum copiam.* Secundum bonum in propiori ad applicationem reſpectu, SIMILITUDINI &
2. *Similitudine & comparatione.*
COMPARATIONI debetur: Tertiũ ORDINI. Sicùt cum in gazophylaciis per theſaurorum genera opes diſponuntur; ſimilibus in unum locum conductis, loci ipſi ſua ſerie, depromentis & recondentis juvant induſtriam: ita in magna exemplorum copia, oneroſum & inhabile eſt, quicquid indiſpoſitum; diſponit autem res, quasvis ſimi-

ſimilitudo & diſſimilitudo, indeq; orta comparatio. Et *copiam* & *ſimilitudinem*, ea, qua nos, mente laudavit *Tacitus* 4. A. 33, 5. cum plurimum conducere ad prudentiam annales ſuos illo quoque argumento affirmavit, quod *eodem exitu cauſſæ conjunctæ* paſſim eſſent, *obvia rerum ſimilitudine & ſatietate*. *Ordinem* quod attinet, conciliant illum. 1. *Temporum epochæ & termini*; 2. *Hiſtoriæ prudenti calamo diſpenſatæ concinnitas*. 3. quo pertinet *ſeparatio & diſtinctio eventuum rerumque ſecundum ſpecies*: quam ſicut diligentia lectoris facile invenit, ita ſcriptorum aliqui, ut materiæ ordinem illuſtrarent, temporum ordinem ſunt egreſſi. *Facilius enim cujusq; rei in unum contracta ſpecies quam diviſa temporibus, oculis animisq; inhæret*: *Vellei.* 1, 14. 4. *peculiaris illa judicij omnia diſtinguentis cautio, qua vere ſimilia à ſpecie ſimilitudi-* 3. Ordine.

litudi-

litudinis ; & in veritate ſimilitudinis, modus aſſimilationis ; & in diſcretione, ratio, gradus, ſcopus diſcernendi, ex æquo attenduntur gubernanturq;. Ita *ſimilitudo* etiam & *comparatio*, id eſt, ordinis origo & anima obtinebitur facilius & uſurpabitur felicius. Arduum alias hoc opus, & quod veterum nemō diligentius Polybio, ad commoditates vitæ, tanquam iter ſalebroſum, emunivit.

Oſtenditur quod dictum eſt exemplo. 12. Veniendum nobis eſt in rem præſentem, ut ſpeciminis alicuius evidentia intelligantur planius, quæ diſſeruimus. *Sit Principi bellum gerendum cum N. N.* Huic propoſito tum innumera alia inſervient, tum præcipue *indoles gentis, fortuna imperij, conſilia regni, & aulæ*, adeoque *tota*, ut loquuntur, *hypotheſis hoſtium* præcognoſcenda erit. Unde hæc cognitio? ex crebro cum hoc populo commercio? ex quorundam actu-ctuum experientia? Longe latius

patet

patet hoc negotium : atque ut ſcias quam late, ſimul etiam fundamentum noſtræ aſſertionis perſpicias, *Polybium* auctorem dabo: qui inter initia graviſſimi operis ſui (lib. 1. c. 12.) præclare monet: *ut intelligatur ingenium gentis; natura, conditio, fortuna imperij alicuius, omnem ſuperiorum temporum ſeriem alte repetendam: quo poſſit liquidò judicari, undenam ſinguli populi, & quando & à quibus profecti primordiis, quibus uſi conſiliis ad præſentem ſtatum pervenerint*: in quo aliter nil recte cerni poteſt, nullæ geſtorum rationes diſcerni, nullæ gerendorum decerni. Hoc conſilio ipſe, ut lectores ſuos, modo veluti actores, modo velut arbitros & adjutores rerum faciat, repetita originum, progreſſuum, ſtudiorum memoria, judicio rebus tractandis neceſſario viam ſternit. Idcirco per iſtius nationis monumenta circumferenti induſtriam & obſervationem, ante omnia con-

conſtare debet : *N. N. animos, acres illos quidem & ad tractandas pacis belliquę curas non inhabiles, quamprimum à ſervitute tot retro ſæculorum, & humilitate ea quæ ſervitutem ſequitur, ſe expedivere, ambitionem rebus omnibus prætuliſſe: modicaq; initia, invitante ſucceſſu inſperato & repentino; ad immanium rerum ſpem, cum pertinacia propoſiti in hunc diem inexpugnabili propuliſſe. Igitur jam à ſæculo amplius, bella, paces, fœdera, auxilia, amicitias, affinitates, commercia ad cupiditatem dominationis, tanquam ad fundamentum reip. omnia relata : conſilia in futurum callide ſtructa, ac longiſſime porrecta: quæſitam verborum magnificentiam, quæ ad colorem, iniquis molitionibus; captioſis, ad fraudem; ſuperbis, ad terrorem arcano miniſterio inſerviret. His rationibus ſuſcipi bella; his ſuſpendi; his differri; non enim finiri, antequam de dominio & ſervitute convenerit: excluſis pacis & compoſi-*

ſitionis & concordiæ & vicinitatis icatæ conſiliis, quæ inire bona fide emo poteſt, qui de univerſali genium dominatu, tam profundæ amitionis ſpiritu ſemel conſilia ſuſceit. Quanquam illa ſecretiora ſunt: *uod vehementer fallitur, qui cum N. N. ſibi potius, quam cum Ieſuiis rem eſſe opinatur. Ex eorum hominum religioſo atheiſmo ſuſpenſa ſunt omnes iſtorum artes & arcana: tam fatali miraculo, ut, cum ſatis conſtet, plurimos nefariæ dominationis omni ævo magiſtros, proviſores, artifices fuiſſe, quorum inſtructiſſimam vafritie & malitia potentiam nemo poterat ambigere, nihil tamen ſimile vel ſcriptum vel pictum uſpiam reperiatur, ſed ad Loiolitarum inſtrumenta & machinas collata, in levibus habenda ſint, quæcunque aliquando maxima fuere. Hinc inſidiarum & metus pleniſſima mille arcana alia, quæ ſedem quaſi & domicilium hanc aulam ſibi videntur delegiſſe.* de quibus alii.

13. Hæc

13. Hæc & talia non tam *Thuanus* aliquis (cuius in hoc ulcere creberrimus unguis non eſt modo, ſed eſſe debuit) quam omnis hiſtoria & geſta & conſilia N N. copioſe & accurate nec ſine informatione futurorum actuum docebunt. fruſtra & nimis inepte reclamante *Nebriſſenſis* illius commento, qui ſacris textibus & exemplis per abuſum in ſpeciem contendit: *iniquitatem illorum, quibuscum bella fuerint Hiſpanis, regnum adjuviſſe; ut creſceret.* l. 1. de bell. Navar. Scilicet non exemplis ſuis, ſed alienis hæc diſcenda ſunt: neque committendum, ut aliquid eorum ignoremus cum periculo noſtro, quæ cum, & ab aliqua gente geſta, inter ſpecimina ut detrimenti præſentis, quoad alios; ita inter profuturæ, quoad nos, diſciplinæ inſtrumenta, Hiſtoria rerũ & memoria temporum ſemel retulit. Quæ & altiori cautione interim Principem, quem diximus, imbuit: atque;

atq; ut cum ejusmodi hominibus ſigillatim perſpectis prudentius agat, ex univerſo ſuæ copiæ apparatu etiam illud in aurem & mentem inſpirat, *apud magnas gentes & prapotentes illos Principes id æquius, quod validius, neq; unquã ſatiari ſpes dominationis, & cupiditatem potentiæ; quæ cũ magnitudine imperii adoleſcit erumpitque, qua poteſt*. quod de Romanis quoq; non poſſunt, quin fateantur *Tacitus*, *Salluſtius*, *Cicero*, *Florus*, aliiq; plures. His circa Populi alicuius indolem inſtitutaque, é memoria ſuperiore per tot documenta cognitis, cautius nimirum & bellabit cum illo, cui bellandi neceſſitas venerit; & cum extra bellum verſabitur, circa, aut prope, imo etiam longe ab eo, non extra periculum & odium ſe verſari credet. à quo interim quiſque ſibi quanta poteſt præmunitione caveat: ſemper memor Magni illius Jacobi Britanniarum Regis, cujus apud *Cambden. in annal.*

Angl. prudentiſſima vox extat: *ſe non aliud, ab Hiſpano beneficium expectare, quam quod Vlyſſi Polyphemus promiſerat: ſcilicet, ut ceteris devoratis poſtremus deglutiretur.* Scilicet, niſi fatum obſtiterit, & maximis imperiis maxime imminens converſio. Neglectis contra aut ignoratis, tot aliorum caſibus, futurum eſt, ut *non credulitati magis & ſecuritati, quam memoriæ hominum illudat Hiſpanus*, ſicut de eo loquitur Heinſ. in panegyr. Suec.

14. *Sit fœdus ineundum cum potentiori; cum invalido; cum barbaro. Sit quæſtio de variis, & intricatis pactionibus aliis. Veniat in deliberationem omne bellorum negotium: quibus cauſsis ſuſcipienda, quo inſtrumento gerenda, trahenda, conficienda, moderanda. Quæ, cui, quomodo induciæ concedendæ. Denique actionum omnium paciſq. & belli operum ſuſcipiatur cura Principe digna.* an ſine hiſtoria poterit fieri? Quam frigent hic & vacillant præcepta

atque commentarii? quam fallunt ſæpe, quæ ſolertiæ ſoli innituntur conſilia: Quam autem eſt ad eventum inſigne & efficax, circumire per univerſam orbis memoriam, ibique tanquam in re præſenti, deligere exempla noſtro inſtituto propinqua & congruentia, conſiderare exemplorum rationes, meditari imitationis artes, conquiſitis ex tanta copia, quæ uſquam huc pertinere videbuntur. Hic, ut ad priora redeam, deprehendemus: *fœdus cum potentiore aliquando præpropera ſpe initum, aut vindicta aliave lubidine, in exitium appetentis*; aliquando, *ex neceſſitate, in diminutionem*; aliquando, *ex prudentia & cautione & arte, in ſalutem ceſſiſſe*: *cum barbaro ſemper infidum*; *cum invalido glorioſum* alibi, alibi *periculoſum*, alibi *neceſſarium fuiſſe*: *Vbique autem ingenium gentis, morum conditionem, arcana ſtatus, vel perſpecta diligenter, viam conſilio aperuiſſe*; *vel ignorata, occaſionem pe-*

 riculo

riculo & caſibus præbuiſſe. Sæpe propoſitum fidei & conſtantiæ pro fortuna fuiſſe: *calliditatem, vafritiem, pro jactura.* Et ſic deinceps. Apprime huc pertinet graviſſimus *Polybij* locus, è lib. 5. cap. 75. Parum abfuit quin Selga oppidum proditione inteſtina, ſpecie induciarum, caperetur: dum milites hoſtium, familiarius è caſtris annonæ parandæ gratia in oppidum ventitarent. Hunc caſum miratur valde Hiſtoricus, ſimul etiam illud: cum hæc calamitas adeo continue, adeoque evidenter multis inciderit, qui fiat, ut ad hujuſmodi fraudes ſemper rudes & novi exiſtamus. *Cauſſa autem,* inquit, *hujus rei eſt, quod priorum caſus, à quibus in aliquo eſt offenſum, ut in numerato habeamus & ad manum, operam non ponimus. ſed frumenti quidem & pecuniæ copiam itemq; murorum telorumq; fabricas, adverſus incerta & inopinata caſuum, vexatione magna ſumtuq; nobis comparamus: rem verò omnium*

facil-

facillimam, omniumq́, ubi aliquid adverſi increpuit, utiliſſimam, hanc omnes ſuiq́ deq́ habemus: cum præſertim facile queamus honeſto fruentes otio atq́ oblectatione animi, ex hiſtoria & curioſa diligentiq́ rerum ante actarum notitia, hanc nobis peritiam ac prudentiam comparare.

15. De *Memoria* hactenus ſeorſim, ſed ita locuti ſumus, ut eam reliquis duabus prudentiæ partibus innectamus potius, quam adimamus. Nam & *Intelligentia* ad judicandum; & *Providentia* ad conjiciendum, opibus *Memoriæ* & miniſterio opus habent. Quemadmodum & alias nihil ferme in toto prudentiæ negotio occurrit, quod ſeparatim ſuam vim exerat: miſcentur omnia, & coaleſcunt, & coalita demum ad effectum valent. Explicationis cauſſa tantum dividimus, quæ in opere diuidi non debere, ſatis meminimus. Igitur de *Intelligentia* nunc oſtendendum eſt amplius, *nullo magis illam, quam Hiſtoriæ magiſterio informari* *Intelligentiā erudit Hiſtoria.*

mari firmariq;. Quod ut planius fiat, per partes incedemus, cognituri primo, quantum proficiat Hiſtoria, *evidentia rerum & expoſitionis plenitudine*: deinde, *obſervationis & applicationis dexteritate facilitateq;*: tertio, *judicij regula & animoſitate*: quarto, *ſolertia adminiculo & præſidiis*. quinto, *conſtantia & promtitudinis inſtrumento domeſtico, familiari, præſenti.*

1. Evidentia. 16. *Evidentia rerum* & *expoſitionis plenitudo*, in comparatione præſertim obſcuritatis & imperfectionis, quæ in experientia deprehenditur, hic accipienda eſt. Qui intereſt rerum actibus, perſpicit particulas rerum, ut ſupra dictum eſt; & quædam quidem nunc, alia alio tempore & opere, nec in uno negotio denique pleraque, ſed aliqua cognoſcit. Hiſtoria pleniſſimo theatro, non manifeſta modo oſtentat, ſed latentia aperit: neque in campo pugnas & bella; ſed ex angulo bellorum conſilia, & utrobi-

trobique rationes explicat: non eventus modo, ſed cauſſas; nec cauſſas ſolum, ſed cauſſarum ingenia arcanaque ſuppeditat. *Experientia* rem oſtendit; *Hiſtoria* rei contextum: *illa*, quæ adſunt; *hæc*, quæ inſunt, imo vero, quæ ſubſunt, declarat: *illa*, quæ extant; *hæc*, quæ circumſtant; *illa*, propinqua; *hæc*, remota inſuper; *illa*, exteriora; *hæc*, intima: *illa*, alicubi; *hæc*, ubique: *illa*, aliquando; *hæc*, ſemper demonſtrat. Atque hoc eſt illud, quod intelligit *Livius*, in exordio ſui operis, cum *exempli documenta, in illuſtri poſita monumento* laudat: id eſt, efformatione pleniſſima figurata, & cognitioni penitiori evidentiſſima expoſitionis luce, & illuſtratione prudentis judicii, expoſita. Neque aliud in animo habuit *Polybius*, cum ἐναργεστάτην διδάσκαλον, *evidentiſſimæ ſcilicet præſentiſſimæque inſtitutionis magiſtram* vocat hiſtoriam, l. 1.

17. Non adferam, exempli cauſſa *Punicas Romanasq;* acies; *Alexan-* *qua exemplis quodammodo delineatur.*

dri prœlia; *Cyri* expeditiones: in quibus ſignate lucideque efferendis, & quaſi regenerandis, eloquentiſſimorum Scriptorum induſtria deſudavit: Conſideretur ipſa *tota totius belli* οἰκονομία *& tractatio vere & evidenter pragmatica*, ſicut à *Livio* aliquo, à *Curtio*, *Salluſtio*, *Thucydide* &c. cernitur inſtituta. *Præmittuntur occaſiones, prætextus, principia, cauſſæ*; quas in ipſo rerum actu, ſolus ſæpe, qui auſpicio rem gerit, aut certe cum pauciſſimis novit & diſcernit. plerique etiam poſt eventum non ſatis intelligunt aut dijudicant. *eruuntur conſilia partim è longinquo & olim proviſa, partim in longinquum porrecta, partim in auxilium gerendorum expedita, partim in ſubita eventuum recondita. explanantur actus, rationes actuum, moræ, fata, ſucceſſus, errores, cautiones. Quæ fuerit ratio præliorum, agminis præſidiorum, obſidionum, operum, machinarum, excurſionum, non ut in ſe modo ſpectantur, ſed ut ſe habent*

ad

ad rerum ſummam, ad rationem belli, ad conditionem imperij, diligenter illuſtratur. Quid & cur feliciter tentatum; quid & quomodo effectum; quid ex vero aut per artem; quid ex jure aut pro more; quid bene aut ſecus tractatum (ipſa etiam fatorum & cœleſtis providentiæ, obſervatione perpetua adhibita) luculenter modo innuitur, modo expenditur. Quæ totius belli eventum proſpera adverſaq; glorioſa aut humilia, fiduciam aut metum habentia conſecuta ſint: horum nihil reticetur. Id eſt, hæc tota & tanta, tam ample diffuſa, tam profunde abſtruſa, denique pridem præterita, fiunt hac ratione prorſus præſentia, rurſum tractantur gubernanturq;. Hic aciem diſponimus, cornua, alas, ſubſidia, ordinamus; excitamus milites, conſiliis inſtruimus & mandatis, imus in Darium, pugnamus cum Alexandro ad Arbella: occurrimus periculis, inſtauramus prœlium, extorquemus pæne jam victori victoriam. ſed &

ſine

ſine ulla transfugii infamia, quod militantium nemo poteſt, *in partibus Darij ſumus: videmus eum multa diſſimulantem, multa molientem. videmus nec conſilia, nec virtutem, nec artes ipſi aut ducibus defuiſſe: falcatorum curruum damna, Mazæi incurſum, Parmenionis pericula, Macedonum toties confuſos & afflictos ordines, nihil profuiſſe Dario ad victoriam, cum ſtupore obſervamus: neque poſſumus quin poſt tentata ſtrenue omnia fugientem, merito elogio proſequamur: non enim tam cum hoſte, quam cum fortuna bellavit. quæ omni ratione potentior, deſtinata ſalubriter* & tractata fortiter *ſape diſcutit*. quod alibi Hiſtoricus monet. *Curt.*3,9. Amplius *interſumus concilio amicorum; cautiora quam fervida conſilia malumus cum Parmenione* (Curt.4,13.) *retentamus ardentiſſimi regis impetū, cum ceteris* (Curt. 9,6.) *miramur alacritatem accincti, & è vultu ejus ſpem victoriæ auguramur* (4.13.) *rimamur curas providentis*

dentis & comparantis ſe ad ardua (3,8.) *adſumus ubiq;, comitamur, tuemur; ſive imperat aliquid, audimus; ſive animo agitat, per indicia quadam conjicimus: ſive inſtat fugientibus ſive reſiſtentes dejicit, arbitros nos habet & ſpectatores. ſucceſſum aliquando laudamus, aliquando non capimus ſed ſtupemus. ſæpe interim* animo agitantes illud Curtianum: *Quis neget eximiam quoq; gloriam ſæpius fortunæ quam virtutis eſſe beneficium?* (8,10.)

18. Rei militaris præcepta, & cumprimis opera, artes, morem, diſciplinam, deſcripſere, *Onoſander, Vegetius, Aelianus, Aeneas, Apollodorus, Leo, Mauritius*, aliique, quorum labores deſideramũs. Verum ego plus tribuerim Hiſtorico (modo is debitam his rebus induſtriam ad ſcribendum attulerit) quam ulli magiſtro militari. Nam & deſcribit perſpicue, quod hi præceptores; & in applicatione rei præſentis ad planiorem intelligentiam deducit lectorem ſuũ,

quam ulla ſcriptio, extra rei geſtæ narrationem, poteſt. Ex *Polybio* ſane aliquo, ex *Livio*, ex *Cæſare*, judicanda demum ſunt, & interpretanda, quæ in typos alii & figuras retulere. Hinc, quid *Lipſius* in Militia & Poliorceticis; *Stevvechius* ad Vegetium, *Hugo* in Militia equeſtri &c. elaborarint, an & quomodo ubique aſſecuti ſint, quod ſtuduere, repetendum eſt. Quanquam ſatis novimus, hanc partem ſtudiorum neque abſolutam à quoquam hactenus, neque ab ullo abſolvi facile & conſummari poſſe. niſi quod haud dubie plurimum profeciſſent, duo illi Heroes litterarii, *Scaliger* & *Caſaubonus*, niſi utrumque, antequam deſtinata efficerent, fatum ſuum præveniſſet.

19. Unum adhuc, è medio belli diſcrimine, adferam: ut appareat quanta ſit in Hiſtoriæ inſtituto evidentia. Quam in rebus, multa ſui parte à conſpectu remotis, ipſis pæne oculis ſubjecit, ut ſemper ita in *Curio-*
nis

nis infelici exitu, *Iulius Cæſar* (lib. 1. de bell. civ.) *Præſidentia & temeritas*, quæ multis cauſſa exitii extitit, *præcipitavit hominem*. Sed quibus initiis,cauſſis, progreſſibus,caſibus? Hæc non dicit, ſed oſtendit. Obſederat Uticam generoſus Juvenis: ampliſſimaq; potiundæ urbis ſpes undiquaque affulſerat:cum ſubito nuntiatur, Jubam liberandæ urbis ergo adventare. Nulla debet in bello fama contemni: præſtat vanos etiam & ineptos rumores non ſine cura dimittere, ne verum ſemel negligamus. Sed Curioni prima mali origo ex contemtu nuntii. Reportata nuper victoria, hoſtis perterritus & intra mœnia compulſus, nuntiatæ perſcriptæque ex Hiſpania in Africam Cæſaris res ſecundæ, incredibile effecerant,auſurum hoc tempore & rerum ſtatu quenquam laceſſere partes victrices. Hoc eſt quod Cæſar ait: *tantam habebat ſuarum rerum fiduciam*. Item: *quibus omnibus rebus ſublatus, nihil*

nihil contra ſe regem niſurum exiſtimabat. Nihil extollit facilius animos, nihil ſpem cupidorum inflat magis, quam ſucceſſus magni & multi, & concurrentes. Periculoſa animoſitas : ſed quam ad cautionem & tutiora mox redegit certior de adventu hoſtium notitia. comparat ergo caſtra, accerſit auxilia, loco & tempore bellaturus, neque rem ſub caſum daturus. Hic vero rurſum ſuas machinas rumor, ſed vanus, admovet: revocatum Jubam finitimo bello, interim Præfectorum quempiam ſpeciem univerſi venientis exercitus præbuiſſe. Qui nolebat vera dicenti famæ prudenter credere, temere credit mentienti. illa enim cum metu, hæc cum ſpe erat conjuncta: ad quam & pugnam, omni cogitatione ferebatur Curio. *Multum ad hanc rem probandam adjuvat adoleſcentia, magnitudo animi, ſuperioris temporis proventus, fiducia rei bene gerendæ,* inquit Cæſar. Hæ faces, hi ſtimuli propellebant

bant hominem in fatalem pugnam. Sed impulſus illi amplius noſcendi ſunt,& per incrementa notandi. præmiſſi equites, proſpero tumultu de nocte adorti Numidas, cum ſucceſſum, & nomen præfecti nuntiaſſent Curioni, *reliqua, ſtudio itineris conficiendi, quærere prætermittit*, ſtatim victoriam & prædam inclamans ad ſuos. Illi pridem fortuna ſuarum rerum inflati, novo inſtigamento concitant ducem. Quid dicam? militibus partim adhuc alibi morantibus, partim itinere nocturno confectis, omnibus modis impar ad hoſtem venit. Sed *ne hæc quidem res Curionem ab ſpe morabatur*. ſimulat hoſtis fugam: rurſum credit Curio; *addita ob ſuperiorem ſpem præſentis temporis opinione*. prope deſperationem jam venerant milites: Curio adhuc tentat & molitur omnia: fruſtra. Rogatur, ut fugiat: abnuit cum dedecore commiſſo ſibi exercitui ſupereſſe: *itaq; prælians interficitur*. Hæc qui ut oportet,

tet,legit,nonne animadvertit, præter ipſos Curionis actus, animum militari promtitudine excitatum, ſucceſſu fidentem, ſpe inſtinctum, ſpei cauſſis ex ſe, ex fortuna partium, ex militibus, ex caſu tumentem, audacia in ſecuritatem abreptum, cœcoque jam impetu in adverſa & interitum, in quo non ceſſat virtuti ſuæ fidere, ruentem. nonne vultum quodammodo cernis, qualis erat cum hoſti immineret? nonne ardentes in pugna oculi, & ultura ſuam mortem dextera ſe oſtentat?

20. Exiſtimet forte aliquis, facilius in rebus bellicis hanc *euidentiam* jactari, quam in rebus pacis: Neque ſane abnuerim, longe difficiliorem eſſe harum expoſitionem, quam illarum: qui actus ipſe, ut eſt tranquillior, ita occultioris efficaciæ, & abſtruſioris naturæ. quam ob cauſſam etiam prudentia civilis, militari habetur amplior & profundior. At enim, nequaquam

hic

hic deficit Hiſtoria, ſed egregie ſuam laudem tuetur. Laudandus eſt hoc loco; *evidentiæ nomine*, quâ minime vulgo cenſeri ſolet, *Cornelius Tacitus*. Ille, cum in annalibus ſuis, non bella & externos caſus; ſed domeſtica veluti ac interna tractet, ea dexteritate utitur, ut Senatui e. g. non intereſſe modò videatur, qui legit, ſed obſeruare poſſit plura, quàm ſi intereſſet. *quid verbis velatum, fictum, adornatum, implicatum, ſuſpenſum; conſilio reconditum; geſtu adjutum; vultu ſimulatum; interpretatione deflexum, ſimulacris mitigatum, vi arcana intenſum: quis ex omni curiæ parte affectus, quæ diverſitas mentium, quæ inclinatio animorum, quæ artes ſententiarum, quæ voluntatum inuitamenta, qui fines ſtudiorum: quo decreta tendant, quam facta reſpiciant metam: quis nexus cohærentium, quæ ſpes aut minæ conſequentium: quæ fraus aut veritas exemplorum, quæ calliditas repertorum:*

hæc & talia, ea arte ſunt à Tacito prodita, cui neminis ſcriptionem comparari poſſe, facile dixerim: ſingula verba, aliquid momenti pragmatici inferunt: ipſa connexio, non rerum modo, ſed dictionis, habet aliquid quo inſtruat lectorem negotiorum naturis intentum. *Dio* cum ambitu id agit, & in potioribus: ſed ad reconditiora, neque is, neque, ad hunc modum, alius quiſquam ſtilum porrigit: *Plutarchus* ſententiis & philoſophando, in Vitis, inſtitutionem lectoris profitetur: *Salluſtius* & *Marcellinus*, digreſſionibus & dictis ſententioſis: *Liuius* & *Polybius*, grandi illo prudentiæ apparatu, quem interpoſitis paſſim iudiciis, obſeruationibus, monitis, egreſſionibus inſtruxerunt. At vero, qui ad exemplum Taciti, toto dicendi charactere, tota compoſitionis arte, tanta ſenſuum copia, intenſione, geminatione, inſinuatione, rerum geſtarum notitiam adiuuerit, nominari ex antiquitate nemo

poteſt.

poteſt. Hinc eſt, quod dixi, Euidentiæ laude illum præſtare, neque aliunde rectius peti *intelligentiam rerum, ut ſunt, non ut videntur, aut dicuntur, aut adornantur.* Sed opus eſt viro, & ingenio, & eruditione, ut in ceteris partibus; ita vel in ſola dictione, quam rariſſimi doctorum, minime autem omnium ſcioli & vani, quorum mores auerſatur natura hujus ſcriptionis, ſatis capiunt.

21. Progrediendum eſt nobis ad cetera: videndumque *quomodo obſeruationis & applicationis dexteritate facilitateq; intelligentiam iunet Hiſtoria.* Generatur hæc ex *Euidentia.* Sicut enim illa rem clare proponit: ita hæc clare propoſitam, plane & plene percipit, & liquide, καθαρίως, perſpicit. Tractauit Ariſtoteles libro 5. polit. de conuerſionibus & mutationibus rerumpublicarum accurate, ut ſolet, atque ut in profundioris philoſophiæ argumento decebat, ſubtiliter copioſeque:

2. Obſeruatione & applicatione.

Quod oſtenditur exemplis.

ſeque. At vero, ſi probe intelligenda ſint, & citra nubem ἀπραγίας, ſiue otioſæ extra rem præſentem contemplationis, eundum eſt ad Rerumpublicarum Hiſtoriam: noſcendumq;, *quæ poteſtatis inſolentia Romanorum monarchiam in tyrannidem corruperit; quæ tyrannorum injuriæ tyrannidem efferauerint, quod odium ciuium euerterit: quomodo & cur ad plures inde tranſlata poteſtas: quid mixturam Ariſtocraticæ & Democraticæ poteſtatis tam diu impediuerit: quæ optimatum, quæ plebis intemperantia, vitium ſtatui dederit: quæ libertatis abuſio & ſeditioſitas Oligarchian ciuitatis ceruici impoſuerit: quæ certamina ὀλιγαρχούντων ad unius dominatum omnia reduxerint.* & c. Eundum *Athenas* eſt, ibique Democratiæ fata ex Demagogorum ingenio & concertationibus obſeruanda. In *Achaiam* traiiciendum eſt, ibique notandum *quam periculoſus & ad interitum reip. efficax mixtorum*

corporum

corporum diſſenſus ſit, præſertim ubi diſſolutionis ſemina, intra viſcera jam admiſſa ſunt: qualia haberi par eſt, Potentium inſidioſum fauorem ſingulis conciliatum, natas ex ſtudiorum diuerſitate factiones, victas metu & factione leges, & ſi quæ ſunt alia, quæ effecere, ut reſpubl. optimis melius inſtituta, peſſimis minus eſſet diuturna.

22. Ita, *quæ ſint artes, molientium abſolutum dominatum*, poſtquam ex *Ariſtotele* collegeris, poſtquam *Clapmarii* arcana conjunxeris, præſentior erit obſeruatio in prima Taciti pagella, qua breuiter quidem, ſuo more, ſed copioſe & diſerte, ſub exemplo Auguſti monſtrat, quod quærimus. Addent Paraphraſin *Dio* & *Suetonius*. Imitationis ſpecimen Medicæa hiſtoria dabit, Coſmi præſertim, qui Auguſto ſæpe comparatur. Legimus apud *Ariſt.* 5. pol. 11. arcanum & prudens monitum: *Si præpotentis alicuius nimis impotenter*

tenter euectæ vires, deprimendæ ſint atterendæq́ue, non faciendum iſtud eſſe uno impetu, omni poteſtate ſemel & ſimul ablata, ſed paulatim ac ſenſim. Ἐκ προσαγωγῆς, ut ipſe loquitur. Hæc præceptio qualem vim habeat, non intelligitur rectius, quam ſi apud *Dionem* (l. 58.) legimus, quomodo Tiberius ad Seianum euertendum paulatim & ita progreſſus ſit, ut diu incertum relinqueret omnibus, amicitia an odio complecteretur virum. Qui & ipſe, inter metum & confidentiam medius, in neutram partem audebat aliquid decernere. ἤ γὰρ ἐκολούετο: *diminutio enim jam erat facta de ipſius potentia.* Quidam Libonis apud *Tacit.* 2. A. 27, 28 & 29. caſum huc trahunt; & Aſinii Galli, apud Dion. (58) quanquam non tam Ariſtotelicæ προσγωγῆς, quam diſſimulationis, occultati odii, dilatæ vindictæ præbeant exemplum. Ceterum, ne de ſingulis jam artibus dicam, *tota de*

rebus-

rebuspublicis philoſophia non poteſt exacte, niſi per obſeruationem exemplorum in ſingulis, tractari. Hoc conſilio *Ariſtoteles* ipſe, tum in ſecundo ſuperſtitis Politicæ libro, tum in ſingulari opere, deſcriptiones rerump. inſtituit. *Heraclides* quoque *Ponticus*, & *Nicolaus Damaſcenus*, quorum fragmenta quædam habemus, hanc viam inſtiterunt. Noſtra ætate *Elzeuirÿ*, laudabili conſilio, *Rerump. complurium delineationes*, edidere. Sed *Auctores* earum valde diſcrepant induſtria, judicio, propoſito. Multum autem debebitur ei, qui ad ſcopum ciuilis prudentiæ, idonea ratione inſtructuque, *Rerump. Hiſtoriam* contexendam ſibi ſumſerit. Valde enim fallacem habere cognitionem comperi pleraque, quæ in hoc genere paſſim eduntur: nam & omittuntur ſæpe, quæ omitti non debuerunt, nec ſatis dijudicantur, quæ diſcretione aut

deſignatione exactiori opus habent.

23. Inſtituta igitur ad hunc modum *obſeruatione*, in re præſenti (talis enim habetur Hiſtoria) applicatio ad ipſos actus, tum facile, ob ſimilitudinem perſpectam; tum dextre, ob perfectionem cognitionis, ſuſcipitur. Adgubernante præſertim hoc negotium *judicii regula & animoſitate*. quæ non minus Hiſtoriarum munus eſt. *Regulam* dico, ut intelligatur διόρθωσις & vera rerum tractatio effectioque, quæ judicio conformanda eſt: *animoſitate*, expedita, accinctaque & nullibi obhærens ſententia intelligitur, ſine qua judicium ad gerendas res ineptum conſpicitur. Hic enim tanquam in ſpeculo datur contueri *veram rerum indolem*, & demto, quod aiunt, velo arbitrari, quid in unoquoque negotio tale vel tale ſit. Qui primum intereſt conſultationi & curiæ, peregrina haud dubie de conditione con-

3. Iudicii regula & animoſitate.

circa diſcernend. rerum indolem.

conſiliorum, de ſententiis conſiliantium, & ceteris cenſebit: qui ſæpe interfuit, minus abſurde quidem, ſed tamen ita judicabit, ut videatur multa inſuper habere aut ignorare. Denique vix credi poteſt, quanta obſcuritate, res & actiones hominum, judicio moram aut fucum faciant: quantæque commendationis pariter & artis ſit, quod *Thucydides* & *Nepos* Themiſtocli tribuunt: *veriſſime judicare de præſentibus*. Quod elogium paulo fuſius explicat *Comment. Nep.* Judicare ingenium hoſtis (in quo *potiſſimum ad victoriam momentum Polybius* ponit 3, 81.) naturam loci in diſponenda acie (quem *ſæpe amplius prodeſſe quam virtutem*, *Vegetius* monet 3, 26) occaſionum momenta (quibus *nihil velocius*, innuente *Tacito* I. H. 83, 5. ut propterea, *non tantum præſentis ſed vigilantis ſit, occaſionem obſeruare properantem*, juxta *Senec.* ep. 22.) & quæ alia res agen-

das concernunt propius, profecto non eſt alterius, quam qui tot exemplis eruditus, nullibi jam aliena aut falſa poteſt concipere.

24. Obtenditur enim vniuſcuiuſque negotii natura multis inuolucris & ſimulacris, quæ judicium haud raro fallunt. Vtar magnis exemplis: *de Caſaris potentia, imperiis, actis, nemo ferme ex vero, niſi cum jam ſerum eſſet, judicavit. Juſtiusne Pompejus aut Caſar arma ciuilia ſumſerit, plerique judicarunt quidem, alii male judicarunt. Prudentiſſimus* Cato, licet non abſolueret plane Pompejum, tamen melius forte de eo ſperauit, quam debebat. Vulgo enim, cui & tribuitur, quam Catone digniorem exiſtimauerim opinionem, *manſuram fuiſſe ſub Pompeio Brutoque Remp.* (apud Tac. 1. H. 50, 4.) rectius judicio ipſius *Taciti*, aliis *occultior Cn. Pompeius, non melior*, dicitur 2. H. 38, 4. Equidem *de cauſſis*

cauſſis bellorum, cumprimis arduum, ſententiam ferre. Oſtendit hoc exemplo eorum, quos circa cauſſas II belli Punici aliena arbitratio tenuit, *Polybius* 3, 6. ubi & diligenter iubet diſcernere *principia à cauſſis, cauſſas à prætextibus.* Adde *Thucyd.* 1. *Salluſt.* in Orat. Lepid. l. 3. h. fragm. *Sueton.* Jul. 30. *Flor.* 2, 2, 4. *Tac.* 1. A. 10, 1. Jam *regnorum proſpera & aduerſa, magnos euentus, conuerſiones* &c. *ſub multa plerumq́ nube aſpicit*, primum *quidem prouidentiæ & fatorum ignoratio & neglectio*; deinde, *obuiorum potius quam cohærentium aut attinentium conſideratio*; denique, *pertinax humanarum mentium malum, quo rerum caducitate fallaciq́ varietate hebetari, atq́ à rectiore philoſophia diſtineri ſe patiuntur.* Id ſicut ceteris ſolenne, ita nec doctis & prudentibus ſatis ubique euitatum. Caligat circa aduerſa & clades Romanorum, perſpicaciſſimus alias ſcriptor *Tacitus*, non citra

Pro-

Prouidentiæ injuriam, quam tum quoque vix agnoſcit, cum agnoſcit. Animoſius eſt *Salluſtii* judicium, de calamitatibus, ex calamitatum cauſſis. Generoſius autem ſine exemplo *Polybius*, in ferenda tam de actionum euentibus, quam de actionibus ſententia. rectiſſimo incedit tramite, ut aliquando Chriſtianorum multos, quibus tamen ſolidam judicii magnanimitatem & ſollertiam, ipſa religio commendat ſuppeditatque, pudefacere queat. Si ad minora & quæ ſimpliciorem habent intellectum, perueniendum hic eſſet, cuiuslibet moris actuſque ſed & hominis, cenſura difficultatem nobis aliquam oſtenderet. Quid inter *popularitatem Fabii* alicuius, quam laudat *Liuius* 2, 47. & *Cæſaris*, quam deſcribit, præter alios, *Salluſt*. Catil. 54. ſiue inter *leuitatem concionatorum, & animum vere popularem* (v. Cic. Catil. 4, 5.) reſpectu ſtatus, ciuitatum, temporum interſit, dam-

damnis utplurimum ſuis admonitæ ſunt ciuitates Democraticæ. Imo, cum in *popularitate* noſcenda ſignandaque comitas tantum, ut ſolet, & liberalitas facilitaſque attenditur, iniuria ſane L. Caſſio, & ſimili ingenio præditis, fiet: Eum enim *ipſa triſtitia & ſeueritate popularem fuiſſe*, *Cicero* judicat in Brut. 25. Tyrannorum ingenia, qui ad unum modum exigunt, nec norunt ſuam ſeruitutem plerumque, nec mitigant. Inter diuerſa ſcilicet tyrannidis genera, diuerſa cautione opus eſt. Cum aliter Cæſar, aliter Tiberius, aliter Caligula, aliter Domitianus, aliter Vitellius, aut obſeruandi aut metuendi aut cauendi ſint. *Adeo ubiq; finis judicii non ab ipſis rebus, quæ facta ſunt pendet: verum à cauſis & voluntatibus eorum, qui fecere, & ipſarum rerum differentiis*, inquit Polyb. 2, 56.

25. Duo ſunt, ad quæ omnes noſtras actiones, præſertim in rep. diri- *utilitatem & honeſt.*

dirigere debemus: *Vtilitas & H*
ſtas. Hæc tam notæ familiariſ
intelligentiæ vulgo putantur,
naturæ obuia, diſciplina nec
digere videantur. Sed falſam h
perſuaſionem eſſe, vidit & mo
Tacitus 4. A. 33, 3: *quia pauci*
dentia, honeſta ab deterioribus;
lia ab noxiis diſcernunt: plures
rum euentis docentur. id eſt:
Hiſtoria hoc judicium ſuppe
ret, pleroſque varius in diu
error traheret. Exemplis pri
publicaque vita hominum n
um abundat. Horum cupid
primo temerauit honeſtatem;
temeritas, ab vtilitate ſeiunxit,
nique improbitas & vafrities
truxere infame ſimulacrum, q
cum à neutra aliquid participa
utriuſque ſpeciem miris art
ementiri debebat. *Prudentiam*
initio; inde, *arcana & noua j*
recentiores, *rationem ſtatus*,
nora, ut videtur, appellatione
xere eam artem, qua honeſ
r

redigeretur, quicquid vtilitatem aliquam gerendis rebus pollicebatur. vtilitas autem erat, quicquid collibuiſſet animo, poteſtatis & dominationis irritamentis corrupto. Proditura haud dubie omnibus ſemet facilius hæc fraus erat, niſi quæ ſtrenue quotidie fierent, facta ſtrenue negarentur: niſi nomen quoque tam ſolicite obtegeretur, ut non poſſit non placere, depicta coloribus verborum, qui in re ipſa nuſquam comparent, *ratio* illa *ſtatus*. Interim, quoniam ſatis animaduertitur, non poſſe penitus ſplendeſcere huius idoli fœditatem; ſimul, ut, ſi qui viri boni ad aulas & rerum actum transferuntur, primo prætextu, deinceps conſuetudine ab indeflexæ honeſtatis ſtudio demutentur, grande illud & horribile arcanum, tanquam irrefragabile decretum & fundamenti politici loco habendum commendatur: *neceſſarium eſſe*
dolum

dolum malum & iniquitatem ad publicarum rerum adminiſtrationem. Atque huc trahitur *Caſſianum* illud, ex Tac. 14: A. 44, 7: *quaſi quæ aduerſum ſingulos committerentur, vtilitate publica rependi* putanda ſint. quod principium eo uſque eualuit, vt captiuitates, ſicas, venena, exilia, cædes plurimis illuſtribus & innocentibus viris pararit. Quanquam male judicet, male applicet locum Hiſtorici, qui aliquid tale exſculpere conatur. Atque vt melius judicari poſſit, πολιτικώτατος ſcriptorum Polybius audiatur, qui l. 13. excerpt. *minime conuenire imperantibus & imperii negotiis malas artes*, cordate aſſerit. Idem qui alibi quoque viam ſternit, ad deprehendendam recto judicio κακοπραγμοσύνην ſiue *verſutiam Politicorum*, quæ ſub caſibus & conſiliis *prudentiæ* περιστατικῆς, id eſt, ut ſic dicam, *extraordinariæ*, & *honeſtæ* συνυποκρίσεως uſque-

uſquequaque latere cupit. Equidem hoc illud opus, hic ille labor eſt, in quo pauciſſimos incorrupte & ſine confuſione judicii verſari videas. Adeo vt ipſum illud *ſalutis publicæ, boni publici, vtilitatis publicæ*, tam ſalutare tam ſimplex & ſincerum vocabulum; plenum moroſæ & ſolicitæ intellectionis, fallaciſque judicii, appareat. Qua de re ampliſſima dicendi ſeries exſurgeret, ſi id jam ageremus.

26. Quod ſi autem jam de honeſtate propoſiti conſtat, nonne obtinet in ipſa tractatione, quod Tacitus prudentiſſime monet 1. H. 83. 4. ut *ſæpe honeſtas rerum cauſſas, ni judicium adhibeas, pernicioſi exitus conſequantur*? Conceperat haud dubie juſtiſſimam aduerſus inciuiles & oligarchicos homines iram M. Cato: nam imminui jura patriæ, opprimi libertatem, Cæſarem aut Pompejum plus poſſe rep. nemo bonus & cordatus exiſtimabat tolerabile. At vero, qua

vſus eſt in illis inſectandis & prohibendis vehementia, nec *tempeſtiva* jam erat, & *ſine viribus vana*, & propterea *augendo malo quam reſtinguendo aptior*. Conſulendi *Flor*. 4, 2, 9. *Heinſ.* in orat de Cæſ. Dictat. Jam quantopere & quoties applicatio exemplorum fallit? Eiectis Roma Tarquiniis inſtitui libertas potuit: an etiam demoto ceruicibus publicis Cæſare Julio? ita quidem ſperabant, & fiducia hujus exempli præceperant Romani (v. *Suet*. Jul. 80.) verum ſiniſtre ratiocinatis nec exemplum nec imitatio exempli profuit. Quæ huc pertinent, diſputata vide in eruditis ac prudentibus ad Tacitum *notis Forſtnerianis* ad l. 1. A. Sic Galba, exempla veteris diſciplinæ & militarem rigorem, ad corruptiſſimos ſuæ ætatis mores, infeliciſſime ſtuduit transferre. notante Tacito 1. H. 18, 5. Quapropter diligenti commentatione ea res opus habet:

app licationem ad vſum.

habet: ut perſpectis in prudenti expoſitione veris rerum judiciis, neque caſui & periculis terga patefaciamus, neq; ſimilitudine aut diſſimilitudine capiamur.

27. Atque hoc eſt, quod diximus: *ipſam* etiam, quæ naturæ munus eſt, *ſollertiam* ſtudio Hiſto- 4.
riarum *acui*, euentuum cognitione *Sollertia adminiculis Præſidiisq.*
excitari, exemplorum luce *inſtrui atq; veluti dirigi*. Nam & *vis* illa *perſpiciendi*, in nobile & naturæ quodammodo cognatum argumentum incidit: & *penetrandi inſtrumenta* ab ipſo ſcriptionis genio ſumuntur: & *diſcernendi cura promtitudoq;* tam copioſo apparatu, ipſaq; rerum frequentia facile expeditur. Hinc eſt, quod inter legendum quidam præſentiæ ſenſus & experientiæ, animos habiles pertentat: quod comparatio perpetua, non tam quæritur quam ſubnata ſponte uſurpatur: quod in ipſa cognitione de uſu, applicatione, appli-

candique conſiliis, artibus, cautionibus, ſubitæ & ſubtiles & profundæ cogitationes oboriuntur. Talis fuit haud dubie induſtria L. Luculli qui ad Mithridaticum bellum miſſus à Senatu Rom. *cum iter omne ſollerti lectione Hiſtoriarum conſumſiſſet, in Aſiam factus imperator venit, cum eſſet Roma profectus rei militaris rudis*, teſte Cic. l. 2. Acad. quæſt. vel ut Nonius numerat, 4. Jta Homerum legiſſe Alexander exiſtimandus eſt, v. *Plutarch.* in Alex. & de fort Alex. Sic ipſe Cicero in Græcis Latinisq; Hiſtor. excellentium viorum imagines meditatus eſt: vt ſcilicet eadem opera, ipſe animum ad rempubl. gerendam, varioſque actus ciuiles obeundos conformaret. Quod de ſe profitetur *orat.* pro *Archia c. 6.* Habet hoc præſertim locum, in ingeniis ad actum rerum factis, & ad ciuilium negotiorum intelligentiam naturæ quodam munere promtis. nam quorum indoles in contempla-

templationes potius fertur, illorum ſollertia obtuſius hic verſatur, & alia omnia potius ſectatur, quam inaſſueta ſuis deſideriis ſtudiiſque argumenta.

5. *Conſtantiæ & promtitudinis inſtrumento.*

28. Ex his generatur denique *Conſtantia* & *Promtitudo.* cuius inſtrumentum in aſſiduos, familiares, domeſticos & præſentes vſus, vt ita dicam, Hiſtoriæ rerumque geſtarum cognitio, adornat. Non dubitat in arduis, non timet in aduerſis, non fluctuat in incertis, non hæret in implexis, qui tot negotiorum, temporum, caſuum ſubita, magnis auctoribus feliciter expedita, promte tractata, non legit modo ſed propemodum vidit. Jntellexit hanc promtitudinem Polyb. lib. 3. per λογισμὸν ἑςότα ϗ συνεχῆ *prudens & constans de omnibus rebus judicium conſiliumq.* quod in expediendis graviſſimis quibusque caſibus, animum ad efficaciam ſui operis, via incorrupta perducit. Hoc eſt quod

 Appia-

Appianus de Pompeio dixit: οὐκ εἴων αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἐμπειροπολέμως εὐσταθεῖν. Non ſinebant eum *judicio conſilioq; ſuo, quod peritia bellorum notitiaq; ſatis inſtruxerat, conſtanter firmiterq; inſiſtere.* Lib. 2. de bell. ciu. Quemadmodum autem Pompeius tum temporis, ab hac decernendi judicandiq; de præſentium rerum ſtatu, promtitudine & conſtantia, non ſua ſed aliena ſponte eſt demotus: ita qui cognitione rerum carent, geſtorumque deſtituuntur ſcientia, ſua ſibi imperitia perpetuam trepidandi labandique conſuetudinem accerſunt; ſed & aliis ab hac facultate inſtructis magno ſunt impedimento. Sicut in tempeſtate *pauidi & caſuum maris ignari, dum turbant nautas, aut intempeſtiue adjuuant, officia prudentium corrumpere ſolent. Tac.* 2. *A.* 23, 2.

29. Antequam concludamus Quib. omni- hunc, de judicio per hiſtoriam infor-

formando, locum, adiiciemus obiter, *quibus artibus, præcipui Hiſtoriarum ſcriptores, utilitati lectoris, hac in parte conſuluerint.* Earum ſunt quædam *manifeſtiores & in obuia cognitione poſitæ*; quædam *reconditiores, arcanæ, latentes.* In *illo* genere ponimus ipſa Hiſtoricorum de rebus judicia & ἐπικρίσεις: quas *modo* præmittunt expoſitioni, præparandæ cauſſa intelligentiæ quoad exponenda; *modo* immiſcent, ut eorum quæ exponuntur, juuetur euidentia; *modo* ſubjiciunt, ut expoſitorum uſus clarius innoteſcat. Huc accedunt, ex opportunitate rei ac dignitate, *ſententiarum, obſeruationum, diſtributionum, diſtinctionum, orationum, admonitionum, locorum communium, egreſſionum, comparationum,* &c. adminicula: quibus id vnice eſt propoſitum, ut naturæ rerum profunde exquirantur, particulatim conſummentur, dilucide explanentur, id eſt, ut & probe in-

bus obtinendis ſeruiunt, artes informandi judicii. vel manifeſtæ;

intelligantur & dextrę ad vſum transferantur. Etiam *examinata aliorum fides, increpita credulitas, notati affectus, detecta imperitia, oſtenſa affectatio, tentata conciliatio*, qua tanquam *Criſi Hiſtorico-politica*, magnorum virorum opera animaduertas exornari, inter artes ſunt. Sed *ex abdito*, non minora ſe præſidia emergunt, ſi quis attente & cum induſtria hic verſetur. Huc refero 1. *inſtitutum ſcriptoris & οἰκονομίαν ſcripti* ſiue *formam operis* ad quam toties *Polybius* præſertim prouocat: quaque ferme ſola, ad amplius & ſublimius judicium lectoris transferri animus poteſt. 2. *Dictionis indolem & genium φράσεως*. quæ plerumque tota eſt πολιτικὴ καὶ ἔμπρακτος ciuilis & actui rerum propria, cuius & ingenium ſpirat. 3. *Connexionis interior illa ſtructura*, qua non parum juuatur inſinuaturque diſcretio rerum æſtimatioque. 4. *Coniecturarum* peculiare eſt in Tacito *artificium*, quarum varie-

tatę,

tate,diſſimulatur judicium Auctoris apud ſimpliciores; prudentioribus& hoc agentibus cum apparatu inſtillatur. Nam & Hiſtorici intereſt, ne in ambiguis rebus & arduis, ſine monumentorum fide diſertim judicet: neque interim tam excercitati videtur Politici, in factorum nube cæcutire. quorum ut illud temeritatis; ita hoc ſimplicitatis queat exiſtimari. Jnterim nullum varietatis iſtius membrum, etiam cum remouendū ab arcano ſcriptoris judicio eſt, etiam cum præter ſpeciem, quam innui, nihil videtur habere, uſu præclaro carere deprehenditur. de qua re alibi. 5. Eſt & profundiſſimæ philoſophiæ illa ratio obſeruanda, præcipue in Tacito, *cum unius ſententia dictiq; ambitu & illud exprimitur quod ſpectandum erat, & illa ſubjiciuntur, quæ inter cauſſas, principia, affinia, ſeorſim expenſa, judicium præmunire poſſunt aut emunire.* quanquam hæc & talia, non

niſi exemplis & in re præſenti innoteſcere liquido ſolent: quo nobis, breuitatis ſtudio, minime nunc eſt egrediendum.

Prouidentiã inſtruuit Hiſtoria variè.

30. Juimus hactenus per *memoriæ intelligentiaq;* diſciplinam: quam ex Hiſtoria efficaciſſime peti, conſtare ex iis quæ dicta ſunt poteſt. Supereſt, ut nobiliſſimam prudentiæ partem, *Prouidendi* ſcilicet, *diuinandi, coniiciendi de futuris facultatem*, pari inſtructu abſoluamus. Iphicrates imperatori pudendam vocem exiſtimauit, dicere, *non putaram.* (*Plut.* apophth.) Jd nos de Principum regimine vniuerſim merito uſurpamus: ad quorum non pudorem modo, ſed detrimentum ſpectat, tantum ea quæ ante pedes ſunt cernere; euentura autem deinceps, non cura, non prouiſu complecti, ſed cum euenere, ſecuritatem tantam & ſecuritatis damna, frigido ſolatio aut excuſatione inumbrare, *Quis putaſſet?* Pro quo dicendum

erat,

Digitized by Google

erat, *Quis prudens & cautus non putaſſet?* quippe cujus officium eſt, *præcipere cogitatione futura, & aliquanto ante conſtituere, quid accidere poſſit in utramq; partem: & quid agendum ſit, cum quid euenerit: nec committere ut aliquando dicendum ſit, non putaram.* Cic. 1. offic. 23. Licet enim humano conſilio prouideri omnia nequeant, turpe tamen prudenti viro fuerit, reuolutos toties rerum circulos, vicesque tam aſſidua exemplorum ſimilitudine alternatas ignorare. Quod ne uſu veniat, primum quidem ab ingenio & ſollertia (ſicut *Cicero* loco laudato monet) deinde ex rerum geſtarum commentatione, qua vis illa naturæ elicienda eſt ac firmanda, unice expectari poteſt ac debet. Abſoluitur autem hoc negotium *meditatione eorum, quæ expetimus & optamus*: 2. *quæ timemus & vitamus*. 3. *quæ intercurſant varia connexionis ratione utriusq;*. Siue rectius fortean fuerit, hanc indu-

induſtriam exercere, 1. *in cauſſis cauſſarumq; affinibus & adminiculis, ad efficiendum agendumq; tendentibus: 2. in ipſius actus indole, facultate, difficultate, omniq; interiori conditione*: 3. *in caſuum & euentuum iſtam ſeriem rerum interpellantium varietae, celeritate, efficacia, imagine,* perdiſcendis.

Quo pertinet cauſarum ad effect. progreſſus & cum eodem conuenio.

31. Eſt autem tota hæc cura, in duo commentandi genera diuiſa: ſi, nimirum, 1. *quid & quomodo alii bene recte, feliciter geſſerint*; 2. *quid aberrarint, impegerint, minus ex ſententia adminiſtrarint*, expendamus. Utrinque ſperandi timendiq; cauſſas & artes, id eſt, ipſam Providentiæ diſciplinam, hauriemus. Incipiemus à *cauſſarum iſta meditatione*: quæ caput eſt hujus ſtudii. Licet enim divelli hæc membra proprie nequeant, ordinis tamen cauſſa de ſingulis agendum eſt. Cum *Hannibal* aliquis in bello *omnia hoſtium haud ſecus quam ſua* cognita habet Liv. 22. 41. (partim ſcilicet *ſollertia diuinandi,*

Digitized by Google

nandi, partim inueſtigandi explorandiq́ ſubſidiis adiutus) cum quid vnuſquiſque facturus ſit, ex ingenio cuiuſque & occaſionibus præuidet: victoriam conſilio jam prius quam manu elaborauit. *Quid Flaminius animi, quid miles indignationis, quid utriq́, præcipitis conſilii per mutua temeritatis ſtimulos capturi eſſent, circa Arretium, cum Hannibal multo ante vidiſſet, atq́ ratiocinatus eſſet, nequaquam ejus inceptum fruſtra fuit*: ſecuto euentu, cujus imaginem ad votum plane ſuum animo peregerat dux callidiſſimus & aſſimilaverat. Legendus eſt, qui diſerte ac cum politica huius præuiſionis interpretatione, rem exponit *Polybius* 3, 80, 81, 82. Sequitur, aduerſus Hannibalem Fabius, *Cunctatoris* nomen ex prouidentia adeptus. Js cum ingenium, vires, momenta, tempora, conſilia Hannibalis conſideraſſet: non minus quid paſſurus eſſet, commutata belli ratione, quam quid

quid actururus hoſtis, præcepit. Eadem Annibal de Fabio, veluti in certamine quodam prouidentiæ: quem cum videret ratione bellum non fortuna gerere (Liu. 22, 23.) jam tum timuit & conjecit, quod poſtea faſſus eſt, *iſtam nubem, quæ ſedebat in montibus, ſolicitatam procella, imbrem daturam eſſe. Liu.* 22, 30. Cum *Cicero* aliquis in turbato reip. ſtatu, è *ſtudiis principum, vitiis ducum, mutationibus reip. non ſolum ea quæ viuo ſe acciderunt, futura prædixit, ſed etiam quæ poſtea vſu venere, cecinit vt vates:* (*Corn. Nep.* Attic. 16, 4.) cum Monarchiam fatalem prædicens Romanis, *Neque enim*, inquit, *ullus alius diſcordiarum ſolet eſſe exitus inter claros & potentes viros, niſi aut vniuerſus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum (orat. de haruſp. reſp.* c. 25) vnde iſtam quæſo *conjecturam*, illum, ut ipſe appellat, futurorum ſenſum hauſit? ſane, ex iis quæ accidere: id eſt, ex hiſtoria, tum *domeſtica,*

meſtica, quam Romanis ſuis, ut notiorem inculcat; tum *externa*, quæ à viro tam erudito minime ignorabatur. Jnfinita hic ſe dicendi panderet occaſio, *de neceſſitate hujus prouiſionis, de prouidendi artibus & induſtria, de maximis in re togata bellicaq́; ſpeciminibus ac documentis*; niſi pridem nos,ad modum & breuitatem ſubnaſcentia vltro ſcripti incrementa vocarent.

32. Cumprimis, *de efficiendi gerendiq; res ſingulas facultatibus aut difficultatibus*, admonent nos efficaciſſime exempla eorum, qui per illas, aut inter illas, proſpere aut ſecus, ad deſtinata contenderunt. Pulchre ſibi videbatur ad hoſtem vincendum vel multitudine ſola & ſplendore exercitus ſui inſtructus Antiochus: Annibali non videbatur. Jlle enim præfidentiæ oculo; hic prouidentiæ vtebatur. Gell. noct. Attic. 5, 5. Nec ob aliam cauſſam, Charidemus difficillimum exiſtimauit, quod Darius facillimũ: *& ipſius act. facultas difficultasq́.*

apud

apud *Curt.* 3, 2. Aſpice Galbas, Othones, Vitellios, nec occupandi, nec retinendi imperii facultates rationemque probe ſubducentes, partim nec cogitantes: & compara hanc imprudentiam cum cautiſſima Veſpaſiani meditatione ap. *Tacit.* 2. H. 74. & c. *Quantum ſumi ex fortuna, quantum anticipari, quantum elici, quantum reſtaurari, quo rerum ſtatu, ordine, progreſſu, regreſſuq. poſsit: quid paruum moretur magnas ſæpe vires, quæ occultà labes inoriri, oboriri, ſuboriri queat; aut exorta ſanari*: non niſi inter occupatos diſtrictosque, in ipſo actus fideliter repræſentati theatro diſcitur. Jdem *de caſuum fallacibus interuentibus, ſuperuentibus momentis*, in utramque partem, judicandum eſt. Percutiunt inopinantes & ſubuertunt, quæ à præuidentibus declinari uno ſæpe motu ſolent aut flexu. Hinc ſecuritas, fatalis proſperarum rerum comes, & aduerſarum anteambula.

& caſuum meditatio.

Hæc

Hæc ut jam viciſſe ſibi viderentur, qui mox vincendi erant, ſæpe effecit. Qualem ἀβλεψίαν ſiue futurorum negligentiam Pompeianis, ſagaciſſimus venturæ ſortis arbiter, *Cæſar* exprobrat l.3. de bell. civ. *Non denique*, inquit, *communes belli caſus recordabantur, quam parvulæ ſæpe cauſſæ vel falſæ ſuſpicionis vel terroris repentini, vel objectæ religionis, magna detrimenta intuliſſent: quoties vel culpa ducis, vel tribuni vitio, in exercitu eſſet offenſum: ſed proinde, ac ſi virtute viciſſent, neque ulla commutatio rerum poſſet accidere, per orbem terrarum, fama ac litteris victoriam ejus diei celebrabant.* Atque hoc pacto, ſuo erant exitio proximi miſerrimi mortales, cum ab eodem ſe quam longiſſime abeſſe non crederent modo ſed jactarent. Optabilis ergo inprimis & ſtrenuæ, ſed & ad degendam in magnarum rerum tractationibus vitam neceſſariæ diſciplinæ res eſt, *præſtare, ne quid ex his quæ eveniunt, ſubitum ſit.*

Quicquid enim fieri poteſt, quaſi futurum proſpiciendo, malorum omnium impetus molliet. qui ad præparatos expectantesque nihil adferunt novi: ſecuris, & læta ſpectantibus, graves eveniunt. (Libuit hoc verbis *Senecæ* dicere ex lib. de tranq. an. c. 11.) Nam *quæ acciderunt, accidere poſſunt*: Liv. 28. 41. imo

Cuivis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt,

ut habet *Publii Syri* verſus.

totaque conſulendi dexteritas.

33. Pertinet huc tota *conſultandi, deliberandi, ſtatuendi*, ſollertia. Nã ex iis, quæ olim recte conſulta, recte ſuſcepta ſunt, decernendi in futurum regula naſcitur ac methodus: ex iis, quæ animadvertimus offendiſſe, deeraſſe, exerraſſe, aberraſſe, cautionis oritur induſtria. Equidem *conſilium Principis, conſiliandique dexteritatem*, primo quidem, *Divinæ ſapientiæ benigniſſime ſe immittens radius*: deinde *Hiſtoria*, divinorum in terris operum teſtis, ad ſalutem publicam informabit.

mabit. Hæc, ne ſemel faciat, quod ſemper reip. noceat, totidem monita, quot exempla ſuggeret: hæc, ne ad pauca reſpiciat deliberatio, periculis eorum, qui ad multa reſpexere quidem, ſed neglecto ex præcipuis uno, ſæpe nec ex præcipuis, ſed ex pertinentibus, adverſos exitus habuere, commonefaciet. *Enimvero in conſiliis ſenes junioribus præferri ſolent, ob comparatam longo rerum uſu prudentiam: At vero eam hiſtoriæ diſciplina tantum antecedit, quantum multitudine rerum præſtare, ab omnibus cognoſcitur. Ideoque ad omnes vitæ caſus utiliſſimam eſſe hujus applicationem merito quis ſtatuerit. Adoleſcentibus enim ſenilem prudentiam confert: ſenibus experientiam cumulat. Privatos principatu dignos reddit: principes ad pulcerrima quæque ſuſcipienda, propoſita immortali gloria exſtimulat.* Aſſerui hæc verbis *Diodori Sic.* cujus *Proœm. lib. 1. Bibl.* apprime ad noſtrum inſtitutum pertinet. Ex quo & illud

 intel-

Eſt ergo hiſtoria, experientia quædam genus;

intelligimus: *eſſe revera experientia cujusdam & quidem præſtantiſſimæ genus, recte ac ordine inſtitutam hiſtoriarum lectionem.* Cui aſſentit *Polyb.* 5, 75. qualia loca, non exſcribimus nunc explicamusve, ſed indicamus.

34. Vidimus ergo, quam copioſe, quam accurate, quam perſpicue, politicam prudentiam tradat hiſtoria, tum ceteris lectoribus ſuis, tum Principibus: quibus, excellentiore quodam modo, propria eſt civilis prudentia, & propterea commendatior eſſe debet ſplendidiſſima eademque commodiſſima ejus via. An autem, & quæ, talis ſit exiſtimanda; non adeo publicæ cognitionis eſt, ex quo hiſtorias pleriq;, ut fabellas, oblectationis cauſſa legunt: quidam, ne aliter mereantur legi, ſcribunt. Quocirca paulo fuſius hic nobis agendum fuit. Cetera brevius expediri poſſunt: quæ de

quo celerrime proficiat Princeps.

celeritate proficiendi deque *profectus illius peculiari utilitate, Comineus* diſ-

us diſſerit. *Hac ratione*, inquit, *in uno ſolo libro, tribus ſolis menſibus, plus videbit unus homo, quam experientia, uſusque rerum, & conſpectus vitæ, viginti integros docere poſsint, etiamſi ordine ſuam alteri ætatem alter ſubjunxerit*. Sleidanus ita extulit: *in libris brevi temporis ſpatio plus videri poteſt atque cognoſci, quam multa hominum ætates ordine percipiant*. Gallica verba, quorum interpretatio duplex hactenus eſt allata, illa ſunt: *& qu' auſſi plus on voit de choſes en un ſeul liure en trois mois, que n'en ſçauroyent voir à l'œil, & entendere par experience, vingt hommes de rang vivans l'un apres l'autre*. Aſſertio magna, & quæ prima fronte, ἐν σχήματι λόγῳ, *cum figura rei attollendæ*, videri queat ſumenda: verum nos, ſicut figuram omnem non excludimus, ita hyperbolen vix agnoſcimus. Cum diſputare volentibus eam rem, ultra potius progrediendi, quam citrà regrediendi aut ſubſiſtendi occaſio veniat. Quod ut

recte æſtimetur, redeundum eſt ad *copiam rerum*, quas hiſtoria paucis pagellis ſuppeditat; ad *earundẽ ſeriem contextumq́;* quem uſus tardiſſime, & paucis quibusdam, ab omni ævo, ſuppeditare potuit: ad *conſiliorum, monitorum, totiusque*, qua ſcriptores utuntur *diſciplinæ evidentiam & amplitudinem.* De quibus ſingulis ſatis egimus diffuſe. Præclare in hunc ſenſum, *Owenus*:

> *Non tam multa gravis rerum experientia longo*
> *Tempore, quam parvo te docet Hiſtoria.*

id quod exẽple oſtendunt 35. Quæ fuerit Reip. Romanæ forma, inſtitutio, adminiſtratio, qui diu ibi hærebant, non dignovere accurate, nec tantum cognovere, quantum una *Polybii* digreſſio *lib. 6.* immerito nonnullis ſuggillata, ſpatio non unius horulæ noſtræ conſiderationi offert. Cum Libonis Druſi fatum ſcripturus eſſet Tacitus, *Ejus*, inquit, *negotii initium, ordinem, finem curatius diſſeram: quia tum*

tum primum reperta ſunt, quæ per tot annos remp. exedere. 2. A. 27, 1. Ecce illa quæ per tot annos non obſervata ſunt Romæ, aliquot capitibus, tanquam momento obſervanda proponuntur. usq; adeo verum eſt, *uſum & negotioſam in re præſenti vitam, non abundare occaſionibus, & alicubi non pauciora ferme abſtrudere, quam oſtendere*: quæ inuſitata ſollertia pauciſſimi; ceteri exemplis docentur. Belli unius caſus & prudentiam, ſociata multorum induſtria, permultis annis, non perfecte videas cognoſci. At in *Thucydide, Diodoro, Xenophonte*, paucis diebus, XXVIII. annorum bellum e.g. Peloponneſiacum, intimius perſpicies, quam pleriq; eorum qui interfuere. De converſionibus Reip. & imminentibus eventis (quæ pars prudentiæ civilis ut ſumme neceſſaria, ita pleriſq; ignorata, ſecuritate aut judicii hebetudine transmittitur) nihil poſſe expediri, absque ſolida præteritorum alteque repetita notitia, re-

niſi exemplis & in re præſenti innoteſcere liquido ſolent: quo nobis, breuitatis ſtudio, minime nunc eſt egrediendum.

Prouidentiã inſtruuit Hiſtoria varie.

30. Juimus hactenus per *memoriæ intelligentiaq;* diſciplinam: quam ex Hiſtoria efficaciſſime peti, conſtare ex iis quæ dicta ſunt poteſt. Supereſt, ut nobiliſſimam prudentiæ partem, *Prouidendi* ſcilicet, *diuinandi, coniiciendi de futuris facultatem*, pari inſtructu abſoluamus. Iphicrates imperatori pudendam vocem exiſtimauit, dicere, *non putaram.* (*Plut.* apophth.) Jd nos de Principum regimine vniuerſim merito uſurpamus: ad quorum non pudorem modo, ſed detrimentum ſpectat, tantum ea quæ ante pedes ſunt cernere; euentura autem deinceps, non cura, non prouiſu complecti, ſed cum euenere, ſecuritatem tantam & ſecuritatis damna, frigido ſolatio aut excuſatione inumbrare, *Quis putaſſet?* Pro quo dicendum

erat,

Digitized by Google

erat, *Quis prudens & cautus non putaſſet*? quippe cujus officium eſt, *præcipere cogitatione futura, & aliquanto ante conſtituere, quid accidere poſſit in utramq; partem: & quid agendum ſit, cum quid euenerit: nec committere ut aliquando dicendum ſit, non putaram.* Cic. 1. offic. 23. Licet enim humano conſilio prouideri omnia nequeant, turpe tamen prudenti viro fuerit, reuolutos toties rerum circulos, vicesque tam aſſidua exemplorum ſimilitudine alternatas ignorare. Quod ne uſu veniat, primum quidem ab ingenio & ſollertia (ſicut *Cicero* loco laudato monet) deinde ex rerum geſtarum commentatione, qua vis illa naturæ elicienda eſt ac firmanda, unice expectari poteſt ac debet. Abſoluitur autem hoc negotium *meditatione eorum, quæ expetimus & optamus: 2. quæ timemus & vitamus. 3. quæ intercurſant varia connexionis ratione utriusq;*. Siue rectius fortean fuerit, hanc indu-

induſtriam exercere, 1. *in cauſſis cauſſarumq; affinibus & adminiculis, ad efficiendum agendumq; tendentibus*: 2. *in ipſius actus indole, facultate, difficultate, omniq; interiori conditione*: 3. *in caſuum & euentuum iſtam ſeriem rerum interpellantium varietae, celeritate, efficacia, imagine*, perdiſcendis.

Quo pertinet cauſarum ad effect. progreſſus & cum eodem convenio.

31. Eſt autem tota hæc cura, in duo commentandi genera diuiſa: ſi, nimirum, 1. *quid & quomodo alii bene recte, feliciter geſſerint*; 2. *quid aberrarint, impegerint, minus ex ſententia adminiſtrarint*, expendamus. Utrinque ſperandi timendiq; cauſſas & artes, id eſt, ipſam Providentiæ diſciplinam, hauriemus. Incipiemus à *cauſſarum iſta meditatione*: quæ caput eſt hujus ſtudii. Licet enim divelli hæc membra proprie nequeant, ordinis tamen cauſſa de ſingulis agendum eſt. Cum *Hannibal* aliquis in bello *omnia hoſtium haud ſecus quam ſua* cognita habet Liv. 22. 41. (partim ſcilicet *ſollertia diuinandi*,

Digitized by Google

nandi, partim inueſtigandi explorandiq́ſubſidiis adiutus) cum quid vnuſquiſque facturus ſit, ex ingenio cuiuſque & occaſionibus prævidet: victoriam conſilio jam prius quam manu elaborauit. *Quid Flaminius animi, quid miles indignationis, quid utriq́, præcipitis conſilii per mutua temeritatis ſtimulos capturi eſſent, circa Arretium, cum Hannibal multo ante vidiſſet, atq́ ratiocinatus eſſet, nequaquam ejus inceptum fruſtra fuit*: ſecuto euentu, cujus imaginem ad votum plane ſuum animo peregerat dux callidiſſimus & aſſimilaverat. Legendus eſt, qui diſerte ac cum politica huius præuiſionis interpretatione, rem exponit *Polybius* 3, 80, 81, 82. Sequitur, aduerſus Hannibalem Fabius, *Cunctatoris* nomen ex prouidentia adeptus. Js cum ingenium, vires, momenta, tempora, conſilia Hannibalis conſideraſſet: non minus quid paſſurus eſſet, commutata belli ratione, quam quid

quid acturus hoſtis, præcepit. Eadem Annibal de Fabio, veluti in certamine quodam prouidentiæ: quem cum videret ratione bellum non fortuna gerere (Liu. 22, 23.) jam tum timuit & conjecit, quod poſtea faſſus eſt, *iſtam nubem, quæ ſedebat in montibus, ſolicitatam procella, imbrem daturam eſſe. Liu.* 22, 30. Cum *Cicero* aliquis in turbato reip. ſtatu, è *ſtudiis principum, vitiis ducum, mutationibus reip. non ſolum ea quæ viuo ſe acciderunt, futura prædixit, ſed etiam quæ poſtea vſu venere, cecinit vt vates:* (*Corn. Nep.* Attic. 16, 4.) cum Monarchiam fatalem prædicens Romanis, *Neque enim*, inquit, *ullus alius diſcordiarum ſolet eſſe exitus inter claros & potentes viros, niſi aut vniuerſus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum (orat. de haruſp. reſp.* c. 25) vnde iſtam quæſo *conjecturam*, illum, ut ipſe appellat, futurorum *ſenſum* hauſit? ſane, ex iis quæ accidere: id eſt, ex hiſtoria, tum *domeſtica,*

Digitized by Google

meſtica, quam Romanis ſuis, ut notiorem inculcat; tum *externa*, quæ à viro tam erudito minime ignorabatur. Jnfinita hic ſe dicendi panderet occaſio, *de neceſſitate hujus prouiſionis, de prouidendi artibus & induſtria, de maximis in re togata bellicaq́ ſpeciminibus ac documentis*; niſi pridem nos, ad modum & breuitatem ſubnaſcentia vltro ſcripti incrementa vocarent.

32. Cumprimis, *de efficiendi gerendiq́ res ſingulas facultatibus aut difficultatibus*, admonent nos efficaciſſime exempla eorum, qui per illas, aut inter illas, proſpere aut ſecus, ad deſtinata contenderunt. Pulchre ſibi videbatur ad hoſtem vincendum vel multitudine ſola & ſplendore exercitus ſui inſtructus Antiochus: Annibali non videbatur. Jlle enim præſidentiæ oculo; hic prouidentiæ vtebatur. Gell. noct. Attic. 5, 5. Nec ob aliam cauſſam, Charidemus difficillimum exiſtimauit, quod Darius facillimũ: *& ipſius aſt. facultas difficultasq́.*

apud

apud *Curt.* 3, 2. Aſpice Galbas, Othones, Vitellios, nec occupandi, nec retinendi imperii facultates rationemque probe ſubducentes, partim nec cogitantes: & compara hanc imprudentiam cum cautiſſima Veſpaſiani meditatione ap. *Tacit.* 2. H. 74. &c. *Quantum ſumi ex fortuna, quantum anticipari, quantum elici, quantum reſtaurari; quo rerum ſtatu, ordine, progreſſu, regreſſuq́; poſſit: quid paruum moretur magnas ſæpe vires, quæ occultâ labes inoriri, oboriri, ſuboriri queat; aut exorta ſanari*: non niſi inter occupatos diſtrictosque, in ipſo actus fideliter repræſentari theatro diſcitur. Idem *de caſuum fallacibus interuentibus, ſuperuentibus momentis*, in utramque partem, judicandum eſt. Percutiunt inopinantes & ſubuertunt, quæ à præuidentibus declinari uno ſæpe motu ſolent aut flexu. Hinc ſecuritas, fatalis proſperarum rerum comes, & aduerſarum anteambula.

& caſuum meditatio.

Hæc

Hæc ut jam viciſſeſibi viderentur, qui mox vincendi erant, ſæpe effecit. Qualem ἀβλεψίαν ſiue futurorum negligentiam Pompeianis, ſagaciſſimus venturæ ſortis arbiter, *Caſar* exprobrat l.3, de bell civ. *Non denique*, inquit, *communes belli caſus recordabantur, quam parvulæ ſæpe cauſſæ vel falſæ ſuſpicionis vel terroris repentini, vel objectæ religionis, magna detrimenta intuliſſent: quoties vel culpa ducis, vel tribuni vitio, in exercitu eſſet offenſum: ſed proinde, ac ſi virtute viciſſent, neque ulla commutatio rerum poſſet accidere, per orbem terrarum, fama ac litteris victoriam ejus diei celebrabant.* Atque hoc pacto, ſuo erant exitio proximi miſerrimi mortales, cum ab eodem ſe quam longiſſime abeſſe non crederent modo ſed jactarent. Optabilis ergo inprimis & ſtrenuæ, ſed & ad degendam in magnarum rerum tractationibus vitam neceſſariæ diſciplinæ res eſt, *præſtare, ne quid ex his quæ eveniunt, ſubitum ſit.*

Quicquid enim fieri poteſt, quaſi futurum proſpiciendo, malorum omnium impetus molliet. qui ad præparatos expectantesque nihil adferunt novi: ſecuris, & læta ſpectantibus, graves eveniunt. (Libuit hoc verbis *Senecæ* dicere ex lib. de tranq. an. c. 11.) Nam *quæ acciderunt, accidere poſſunt*: Liv. 28. 41. imo

Cuivis poteſt accidere, quod cuiquam poteſt,

ut habet *Publii Syri* verſus.

totaque conſulendi dexteritas. 33. Pertinet huc tota *conſultandi, deliberandi, ſtatuendi*, ſollertia. Nã ex iis, quæ olim recte conſulta, recte ſuſcepta ſunt, decernendi in futurum regula naſcitur ac methodus: ex iis, quæ animadvertimus offendiſſe, deeraſſe, exerraſſe, aberraſſe, cautionis oritur induſtria. Equidem *conſilium Principis, conſiliandique dexteritatem*, primo quidem, *Divinæ ſapientiæ benigniſſime ſe immittens radius*: deinde *Hiſtoria*, divinorum in terris operum teſtis, ad ſalutem publicam informabit.

mabit. Hæc, ne ſemel faciat, quod ſemper reip. noceat, totidem monita, quot exempla ſuggeret: hæc, ne ad pauca reſpiciat deliberatio, periculis eorum, qui ad multa reſpexere quidem, ſed neglecto ex præcipuis uno, ſæpe nec ex præcipuis, ſed ex pertinentibus, adverſos exitus habuere, commonefaciet. *Enimvero in conſiliis ſenes junioribus præferri ſolent, ob comparatam longo rerum uſu prudentiam: At vero eam hiſtoriæ diſciplina tantum antecedit, quantum multitudine rerum præſtare, ab omnibus cognoſcitur. Ideoque ad omnes vitæ caſus utiliſſimam eſſe hujus applicationem merito quis ſtatuerit. Adoleſcentibus enim ſenilem prudentiam confert: ſenibus experientiam cumulat. Privatos principatu dignos reddit: principes ad pulcerrima quæque ſuſcipienda, propoſita immortali gloria exſtimulat.* Aſſerui hæc verbis *Diodori Sic.* cujus *Proœm. lib.* 1. *Bibl.* apprime ad noſtrum inſtitutum pertinet. Ex quo & illud

Eſt ergo hiſtoria, experientia quædam genus;

intelligimus: *eſſe revera experientia cujusdam & quidem præſtantiſſima genus, recte ac ordine inſtitutam hiſtoriarum lectionem.* Cui aſſentit *Polyb.* 5, 75. qualia loca, non exſcribimus nunc explicamusve, ſed indicamus.

34. Vidimus ergo, quam copioſe, quam accurate, quam perſpicue, politicam prudentiam tradat hiſtoria, tum ceteris lectoribus ſuis, tum Principibus: quibus, excellentiore quodam modo, propria eſt civilis prudentia, & propterea commendatior eſſe debet ſplendidiſſima eademque commodiſſima ejus via. An autem, & quæ, talis ſit exiſtimanda; non adeo publicæ cognitionis eſt, ex quo hiſtorias pleriq;, ut fabellas, oblectationis cauſſa legunt: quidam, ne aliter mereantur legi, ſcribunt. Quocirca paulo fuſius hic nobis agendum fuit. Cetera brevius expediri poſſunt: quæ de

Quo celerrime proficiat Princeps.

celeritate proficiendi deque *profectûs illius peculiari utilitate, Comineus* diſ-

us diſſerit. *Hac ratione*, inquit, *in uno ſolo libro, tribus ſolis menſibus, plus videbit unus homo, quam experientia, uſusque rerum, & conſpectus vitæ, viginti integros docere poſſint, etiamſi ordine ſuam alteri ætatem alter ſubjunxerit.* Sleidanus ita extulit: *in libris brevi temporis ſpatio plus videri poteſt atque cognoſci, quam multa hominum ætates ordine percipiant.* Gallica verba, quorum interpretatio duplex hactenus eſt allata, illa ſunt: *& qu' auſſi plus on voit de choſes en un ſeul liure en trois mois, que n'en ſçauroyent voir à l'œil, & entendere par experience, vingt hommes de rang vivans l'un apres l'autre.* Aſſertio magna, & quæ prima fronte, ἐν σχήματι λόγῳ, *cum figura rei attollenda*, videri queat ſumenda: verum nos, ſicut figuram omnem non excludimus, ita hyperbolen vix agnoſcimus. Cum diſputare volentibus eam rem, ultra potius progrediendi, quam citra regrediendi aut ſubſiſtendi occaſio veniat. Quod ut

recte æſtimetur, redeundum eſt ad *copiam rerum*, quas hiſtoria paucis pagellis ſuppeditat; ad *earundẽ ſeriem contextumq;* quem uſus tardiſſime, & paucis quibusdam, ab omni ævo, ſuppeditare potuit: ad *conſiliorum, monitorum, totiusque*, qua ſcriptores utuntur *diſciplinæ evidentiam & amplitudinem.* De quibus ſingulis ſatis egimus diffuſe. Præclare in hunc ſenſum, *Ovvenus*:

Non tam multa gravis rerum experientia longo
Tempore, quam parvo te docet Hiſtoria.

id quod exēpla oſtendunt 35. Quæ fuerit Reip. Romanæ forma, inſtitutio, adminiſtratio, qui diu ibi hærebant, non dignovere accurate, nec tantum cognovere, quantum una *Polybii* digreſſio *lib.6.* immerito nonnullis ſuggillata, ſpatio non unius horulæ noſtræ conſiderationi offert. Cum Libonis Druſi fatum ſcripturus eſſet Tacitus, *Ejus*, inquit, *negotii initium, ordinem, finem curatius diſſeram: quia*

tum

Digitized by Google

tum primum reperta ſunt, quæ per tot annos remp. exedere. 2. A. 27, 1. Ecce illa quæ per tot annos non obſervata ſunt Romæ, aliquot capitibus, tanquam momento obſervanda proponuntur. usq; adeo verum eſt, *uſum & negotioſam in repræſenti vitam, non abundare occaſionibus, & alicubi non pauciora ferme abſtrudere, quam oſtendere*: quæ inuſitata ſollertia pauciſſimi; ceteri exemplis docentur. Belli unius caſus & prudentiam, ſociata multorum induſtria, permultis annis, non perfecte videas cognoſci. At in *Thucydide, Diodoro, Xenophonte*, paucis diebus, XXVIII. annorum bellum e.g. Peloponneſiacum, intimius perſpicies, quam pleriq; eorum qui interfuere. De converſionibus Reip. & imminentibus eventis (quæ pars prudentiæ civilis ut ſumme neceſſaria, ita plerisq; ignorata, ſecuritate aut judicii hebetudine transmittitur) nihil poſſe expediri, absque ſolida præteritorum alteque repetita notitia, re-

 ctiſſime

ctiſſime *Polybius* judicavit. Hic vero plane deficit experientiæ auxilium: nam nec citra aut ultra ſuam ætatem erudiri quiſquam poteſt, nec ex ſuæ diſciplina tantum ſumere, quod huic inſtituto ſufficiat. Ergo inſpicienda καθαρίως ϰ̀ ἐν συνόψει, liquido & velut in tabella tota Reip. noſtræ ſeries, ætates percenſendæ, fata comparanda: adhibito interim aliarum exemplo, ut aliquid in poſterum provideamus ſtatuamusue de noſtris rebus. Atque hic vere celeritas profectus, multis hominũ ætatibus anteſertur. Nobis coercendus eſt calamus, propter ea quæ reſtant. niſi quod obiter, æſtimari jubemus *Cominæi* i. e. hominis actu rerum, ut qui maxime, exerciti, ea contendentis, quorum utrinque gloria floruit (experientiam intelligo & hiſtoriæ cognitionem) adverſus eos, qui eruditos, affectata uſus laude contemnunt, auctoritatem. Ita hodie mores ſunt: ſi eadem diceret *Polybius* aliquis aut *Thucydides*, utut majoribus pluribusque re-

bus

Digitized by Google

bus admoti, tamen, quia præjudicio ſæculi ſcholis relinquuntur, parum haberent fidei apud eos, qui nova nec comparare cum veteribus, neque hæc illis didicerunt antehabere.

36. Pergendum eſt ad illa, *quæ Principis & principatus utilitatibus propria ſunt*, ex Hiſtoriarum tracta- tione, indeq; parata prudentia. Ubi ante omnia ingens illud minimeq; vulgare *Cominæus* commendat, *ut Princeps* ſit *αὐτοπρόσωπος & in regendo imperio ipſe per ſe aliquid ſapiat, conſulat, gerat. Credas mihi*, inquit, *quicunq; leges iſta, Deum Regũ dignitates Principumq; officia & dignitates nequaquã ideo inſtituiſſe, ut velut beſtiæ aliorum ſenſibus prudentiaq; ii regantur, nec propter illos adeo, quibus glorioſum dictu eſt: non ſum clericus, viderint conſiliarij mei, his meum eſt, fidem adhibere: ut poſt has vices, nulla audita, neque addita ratione, abeant ad conſuetas delicias*. &c. Turpe ſed verum dictu: inter eos etiam, qui religione vera ſunt imbuti,

Facitq; hæc diſciplina principem in agendo regno αὐτοπρόσωπον.

induſtriam exercere, 1. *in cauſſis cauſſarumq́ affinibus & adminiculis, ad efficiendum agendumq́ tendentibus: 2. in ipſius actus indole, facultate, difficultate, omniq́ interiori conditione*: 3. *in caſuum & euentuum iſtam ſeriem rerum interpellantium varietae, celeritate, efficacia, imagine*, perdiſcendis.

Quo pertinet cauſarum ad effect. progreſſus & cum eodem connexio.

31. Eſt autem tota hæc cura, in duo commentandi genera diuiſa: ſi, nimirum, 1. *quid & quomodo alii bene recte, feliciter geſſerint*; 2. *quid aberrarint, impegerint, minus ex ſententia adminiſtrarint*, expendamus. Utrinque ſperandi timendiq́; cauſſas & artes, id eſt, ipſam Providentiæ diſciplinam, hauriemus. Incipiemus à *cauſſarum iſta meditatione*: quæ caput eſt hujus ſtudii. Licet enim divelli hæc membra proprie nequeant, ordinis tamen cauſſa de ſingulis agendum eſt. Cum *Hannibal* aliquis in bello *omnia hoſtium haud ſecus quam ſua* cognita habet Liv. 22. 41. (partim ſcilicet *ſollertia diuinandi*,

nandi, partim inueſtigandi exploc-randiq́ſubſidiis adiutus) cum quid vnuſquiſque facturus ſit, ex ingenio cuiuſque & occaſionibus præuidet: victoriam conſilio jam prius quam manu elaborauit. *Quid Flaminius animi, quid miles indignationis, quid utriq́, præcipitis conſilii per mutua temeritatis ſtimulos capturi eſſent, circa Arretium, cum Hannibal multo ante vidiſſet, atq́ ratiocinatus eſſet, nequaquam ejus inceptum fruſtra fuit*: ſecuto euentu, cujus imaginem ad votum plane ſuum animo peregerat dux calidiſſimus & aſſimilaverat. Legendus eſt, qui diſerte ac cum politica huius præuiſionis interpretatione, rem exponit *Polybius* 3, 80, 81, 82. Sequitur, aduerſus Hannibalem Fabius, *Cunctatoris* nomen ex prouidentia adeptus. Js cum ingenium, vires, momenta, tempora, conſilia Hannibalis conſideraſſet: non minus quid paſſurus eſſet, commutata belli ratione, quam

quid

quid acturus hoſtis, præcepit. Eadem Annibal de Fabio, veluti in certamine quodam prouidentiæ: quem cum videret ratione bellum non fortuna gerere (Liu. 22, 23.) jam tum timuit & conjecit, quod poſtea faſſus eſt, *iſtam nubem, quæ ſedebat in montibus, ſolicitatam procella, imbrem daturam eſſe. Liu.* 22, 30. Cum *Cicero* aliquis in turbato reip. ſtatu, *è ſtudiis principum, vitiis ducum, mutationibus reip. non ſolum ea quæ viuo ſe acciderunt, futura prædixit, ſed etiam quæ poſtea vſu venere, cecinit vt vates:* (*Corn. Nep.* Attic. 16, 4.) cum Monarchiam fatalem prædicens Romanis, *Neque enim,* inquit, *ullus alius diſcordiarum ſolet eſſe exitus inter claros & potentes viros, niſi aut vniuerſus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum* (*orat. de haruſp. reſp.* c. 25) vnde iſtam quæſo *conjecturam,* illum, ut ipſe appellat, futurorum *ſenſum* hauſit? ſane, ex iis quæ accidere: id eſt, ex hiſtoria, tum *domeſtica,*

Digitized by Google

meſtica, quam Romanis ſuis, ut notiorem inculcat; tum *externa*, quæ à viro tam erudito minime ignorabatur. Jnfinita hic ſe dicendi panderet occaſio, *de neceſſitate hujus prouiſionis, de prouidendi artibus & induſtria, de maximis in re togata bellicaq; ſpeciminibus ac documentis*; niſi pridem nos,ad modum & breuitatem ſubnaſcentia vltro ſcripti incrementa vocarent.

32. Cumprimis, *de efficiendi gerendiq; res ſingulas facultatibus aut difficultatibus*, admonent nos efficaciſſimę exempla eorum, qui per illas, aut inter illas, proſpere aut ſecus, ad deſtinata contenderunt. Pulchre ſibi videbatur ad hoſtem vincendum vel multitudine ſola & ſplendore exercitus ſui inſtructus Antiochus: Annibali non videbatur. Jlle enim præfidentiæ oculo; hic prouidentiæ vtebatur. Gell. noct. Attic. 5, 5. Nec ob aliam cauſſam, Charidemus difficillimum exiſtimauit, quod Darius facillimũ: *& ipſius act. facultas difficultasq;.*

apud

âpud *Curt.* 3, 2. Aſpice Galbas, Othones, Vitellios, nec occupandi, nec retinendi imperii facultates rationemque probe ſubducentes, partim nec cogitantes: & compara hanc imprudentiam cum cautiſſima Veſpaſiani meditatione ap. *Tacit.* 2. H. 74. & c. *Quantum ſumi ex fortuna, quantum anticipari, quantum elici, quantum reſtaurari, quo rerum ſtatu, ordine, progreſſu, regreſſuq́; poſſit: quid paruum moretur magnas ſæpe vires, quæ occultâ labes inoriri, oboriri, ſuboriri queat; aut exorta ſanari*: non niſi inter occupatos diſtrictosque, in ipſo actus fideliter repræſentati theatro diſcitur. Idem *de caſuum fallacibus interuentibus, ſuperuentibus, momentis*, in utramque partem, judicandum eſt. Percutiunt inopinantes & ſubuertunt, quæ à præuidentibus declinari uno ſæpe motu ſolent aut flexu. Hinc ſecuritas, fatalis proſperarum rerum comes, & aduerſarum anteambula.

& caſuum meditatio.

Hæc

Hæc ut jam viciſſeſibi viderentur, qui mox vincendi erant, ſæpe effecit. Qualem ἀβλεψίαν ſiue futurorum negligentiam Pompeianis, ſagaciſſimus venturæ ſortis arbiter, *Cæſar* exprobrat l.3. de bell. civ. *Non denique*, inquit, *communes belli caſus recordabantur, quam parvulæ ſæpe cauſſæ vel falſæ ſuſpicionis vel terroris repentini, vel objectæ religionis, magna detrimenta intuliſſent: quoties vel culpa ducis, vel tribuni vitio, in exercitu eſſet offenſum: ſed proinde, ac ſi virtute viciſſent, neque ulla commutatio rerum poſſet accidere, per orbem terrarum, fama ac litteris victoriam ejus diei celebrabant*. Atque hoc pacto, ſuo erant exitio proximi miſerrimi mortales, cum ab eodem ſe quam longiſſime abeſſe non crederent modo ſed jactarent. Optabilis ergo inprimis & ſtrenuæ, ſed & ad degendam in magnarum rerum tractationibus vitam neceſſariæ diſciplinæ res eſt, *præſtare, ne quid ex his quæ eveniunt, ſubitum ſit.*

mabit. Hæc, ne ſemel faciat, quod ſemper reip. noceat, totidem monita, quot exempla ſuggeret: hæc, ne ad pauca reſpiciat deliberatio, periculis eorum, qui ad multa reſpexere quidem, ſed neglecto ex præcipuis uno, ſæpe nec ex præcipuis, ſed ex pertinentibus, adverſos exitus habuere, commonefaciet. *Enimvero in conſiliis ſenes junioribus præferri ſolent, ob comparatam longo rerum uſu prudentiam: At vero eam hiſtoriæ diſciplina tantum antecedit, quantum multitudine rerum præſtare, ab omnibus cognoſcitur. Ideoque ad omnes vitæ caſus utiliſſimam eſſe hujus applicationem merito quis ſtatuerit. Adoleſcentibus enim ſenilem prudentiam confert: ſenibus experientiam cumulat. Privatos principatu dignos reddit: principes ad pulcerrima quæque ſuſcipienda, propoſita immortali gloria exſtimulat.* Aſſerui hæc verbis *Diodori Sic.* cujus *Proœm. lib.* 1. *Bibl.* apprime ad noſtrum inſtitutum pertinet. Ex quo & illud

 intel-

Eſt ergo hiſtoria, experientia quoddam genus;

intelligimus: *eſſe revera experientiæ cujusdam & quidem præſtantiſſimæ genus, recte ac ordine inſtitutam hiſtoriarum lectionem.* Cui aſſentit *Polyb.* 5, 75. qualia loca, non exſcribimus nunc explicamusve, ſed indicamus.

34. Vidimus ergo, quam copioſe, quam accurate, quam perſpicue, politicam prudentiam tradat hiſtoria, tum ceteris lectoribus ſuis, tum Principibus: quibus, excellentiore quodam modo, propria eſt civilis prudentia, & propterea commendatior eſſe debet ſplendidiſſima eademque commodiſſima ejus via. An autem, & quæ, talis ſit exiſtimanda; non adeo publicæ cognitionis eſt, ex quo hiſtorias pleriq;, ut fabellas, oblectationis cauſſa legunt: quidam, ne aliter mereantur legi, ſcribunt. Quocirca paulo fuſius hic nobis agendum fuit. Cetera brevius expediri poſſunt: quæ de

quo celerrime proficiat Princeps.

celeritate proficiendi deque *profectus illius peculiari utilitate, Comineus* diſ-

us diſſerit. *Hac ratione,* inquit, *in uno ſolo libro, tribus ſolis menſibus, plus videbit unus homo, quam experientia, uſusque rerum, & conſpectus vitæ, viginti integros docere poſſint, etiamſi ordine ſuam alteri ætatem alter ſubjunxerit.* Sleidanus ita extulit: *in libris brevi temporis ſpatio plus videri poteſt atque cognoſci, quam multa hominum ætates ordine percipiant.* Gallica verba, quorum interpretatio duplex hactenus eſt allata, illa ſunt: *& qu' auſſi plus on voit de choſes en un ſeul liure en trois mois, que n'en ſçauroyent voir à l'œil, & entendere par experience, vingt hommes de rang vivans l'un apres l'autre.* Aſſertio magna, & quæ prima fronte, ἐν σχήματι λόγῳ, *cum figura rei attollendæ,* videri queat ſumenda: verum nos, ſicut figuram omnem non excludimus, ita hyperbolen vix agnoſcimus. Cum diſputare volentibus eam rem, ultra potius progrediendi, quam citrā regrediendi aut ſubſiſtendi occaſio veniat. Quod ut

recte æſtimetur, redeundum eſt ad *copiam rerum*, quas hiſtoria paucis pagellis ſuppeditat; ad *earundẽ ſeriem contextumq́;* quem uſus tardiſſime, & paucis quibusdam, ab omni ævo, ſuppeditare potuit: ad *conſiliorum, monitorum, totiusque*, qua ſcriptores utuntur *diſciplinæ evidentiam & amplitudinem*. De quibus ſingulis ſatis egimus diffuſe. Præclare in hunc ſenſum, *Ovvenus*:

> *Non tam multa gravis rerum experientia longo*
> *Tempore, quam parvo te docet Hiſtoria.*

id quod exẽpla oſtendunt

35. Quæ fuerit Reip. Romanæ forma, inſtitutio, adminiſtratio, qui diu ibi hærebant, non dignovere accurate, nec tantum cognovere, quantum una *Polybii* digreſſio *lib.* 6. immerito nonnullis ſuggillata, ſpatio non unius horulæ noſtræ conſiderationi offert. Cum Libonis Druſi fatum ſcripturus eſſet Tacitus, *Ejus*, inquit, *negotii initium, ordinem, finem curatius diſſeram: quia tum*

tum primum reperta ſunt, quæ per tot annos remp. exedere. 2. A. 27, 1. Ecce illa quæ per tot annos non obſervata ſunt Romæ, aliquot capitibus, tanquam momento obſervanda proponuntur. usq; adeo verum eſt, *uſum & negotioſam in re præſenti vitam, non abundare occaſionibus, & alicubi non pauciora ferme abſtrudere, quam oſtendere*: quæ inuſitata ſollertia pauciſſimi; ceteri exemplis docentur. Belli unius caſus & prudentiam, ſociata multorum induſtria, permultis annis, non perfecte videas cognoſci. At in *Thucydide, Diodoro, Xenophonte*, paucis diebus, XXVIII. annorum bellum e.g. Peloponneſiacum, intimius perſpicies, quam pleriq; eorum qui interfuere. De converſionibus Reip. & imminentibus eventis (quæ pars prudentiæ civilis ut ſumme neceſſaria, ita plerisq; ignorata, ſecuritate aut judicii hebetudine transmittitur) nihil poſſe expediri, absque ſolida præteritorum alteque repetita notitia, re-

ctiſſime *Polybius* judicavit. Hic vero plane deficit experientiæ auxilium: nam nec citra aut ultra ſuam ætatem erudiri quisquam poteſt, nec ex ſuæ diſciplina tantum ſumere, quod huic inſtituto ſufficiat. Ergo inſpicienda καθαρίως κὴ ἐν συνόψει, liquido & velut in tabella tota Reip. noſtræ ſeries, ætates percenſendæ, fata comparanda: adhibito interim aliarum exemplo, ut aliquid in poſterum provideamus ſtatuamusue de noſtris rebus. Atque hic vere celeritas profectus, multis hominũ ætatibus anteſertur. Nobis coercendus eſt calamus, propter ea quæ reſtant. niſi quod obiter, æſtimari jubemus *Cominæi* i. e. hominis actu rerum, ut qui maxime, exerciti, ea contendentis, quorum utrinque gloria floruit (experientiam intelligo & hiſtoriæ cognitionem) adverſus eos, qui eruditos, affectata uſus laude contemnunt, auctoritatem. Ita hodie mores ſunt: ſi eadem diceret *Polybius* aliquis aut *Thucydides*, utut majoribus pluribusque re-

bus

bus admoti, tamen, quia præjudicio ſæculi ſcholis relinquuntur, parum haberent fidei apud eos, qui nova nec comparare cum veteribus, neque hæc illis didicerunt antehabere.

36. Pergendum eſt ad illa, *quæ Principis & principatus utilitatibus propria ſunt*, ex Hiſtoriarum tractatione, indeq; parata prudentia. Ubi ante omnia ingens illud minimeq; vulgare *Cominæus* commendat, *ut Princeps* ſit αὐτοπρόσωπος *& in regendo imperio ipſe per ſe aliquid ſapiat, conſulat, gerat. Credas mihi*, inquit, *quicunq; leges iſta, Deum Regũ dignitates Principumq; officia & dignitates nequaquã ideo inſtituiſſe, ut velut beſtiæ aliorum ſenſibus prudentiaq; ii regantur, nec propter illos adeo, quibus glorioſum dictu eſt: non ſum clericus, viderint conſiliarij mei, his meum eſt, fidem adhibere: ut poſt has vices, nulla audita, neque addita ratione, abeant ad conſuetas delicias.* &c. Turpe ſed verum dictu: inter eos etiam, qui religione vera ſunt imbuti,

Facitq; hæc diſciplina principem in agendo regno αὐτοπρόσωπον.

 buti,

buti, inueniri principes, qui otio, ruditate, & ignaua licentia, ſui faſtigii munus impleant: vt nemo magis in regni negotiis hoſpes ſit, quam regnator ipſe. Scilicet ſumptuoſius & exquiſitius cenare, opibus & auro abundare, facilius tranquilliuſque & delicatius vitam degere, quam ceteri: his rebus ceteros vincere, id eſt, principem eſſe, id eſt, principatus dignitate ſupra parentium conditionem eminere: cuius profanitatem ſententiæ vel puer, è gentilibus, *Cyrus* coarguat, cujus apud *Xenoph.* (*l.*1.*de inſt. Cyr.*) præclara & expedita ſapientia eſt: τὸν ἄρχοντα οὐ τῷ ῥᾳδιουργεῖν διαφέρειν τῶν ἀρχομένων ἀλλὰ τῷ προνοεῖν τε καὶ φιλοπονεῖν προθυμούμενον. *non differre à parentibus imperantem facilitate vitæ ac mollitie, ſed præſtantia expeditæ prudentiæ, impigriq; laboris.* Addenda his ſunt, quæ ſupra diximus (§.9.) de prudentia principe digna: tum quæ de virtutibus principali faſtigio decoris ac neceſ-

neceſſariis, in toto *Cyro* ſuo *Xenophon*; in Auguſto ſuo *Suetonius*; in Traiano, *Plinius*; in Antonino *Capitolinus*; in Seuero *Lampridius*; in Alexandro, *Curtius*; in aliis, alii; priſci recentesque ad memoriam poſterorum & exemplum imperantium prodidere.

37. Quod enim ad conſiliariorum opem & amicorum attinet; ſunt vel *idonei aptiq;* ad munus, poſt principale faſtigium, maximum; vel ſunt *inepti aut infidi*. Qualibus nulla facile aula caruit. *Cincti ſunt*, inquit Noſter, *principes identidem hominibus nihil aliud ſtudentibus, quam ut dominis ſuis placere valeant, omnibus eorum inceptis ablandiri, cujuscunque ea ſint pretij, conſuetis*. Et poſtea: *Non affirmem omnia Principum conſilia ſtupidis malignisue, aut perfidis hominibus inſtructa eſſe, majorem tamen partem eorum, quos ego viderim, his nequaquam exoneratam fuiſſe, in me recipiam*. Ita omnino eſt: neque hic

ac in conſiliis de regno capiendo tutũ, idq; I. reſp. conſiliariorum inſidorum aut ineptorum.

hic ſola *Cominæi* experientia, ſed omnium ætatum memoria, teſtimonium dicit. Adulatio, auaritia, perfidia, malignitas obſtrepunt ſinceris conſiliis, neque quicquam vel tam parabile vel tam venale quam conſiliariorum perfidia. Quæ interim plurimis obtenditur velis ac ſimulacris. de quibus alibi. *Cominæus*, de ipſa ſapientiæ ſimulatione meminit, & arte prætexendi juris: *Ad quoduis verbum* inquit, *in ore habent legem aliquam, aut Hiſtoriam: Harum etiam optimæ nullo negotio torqueri in malos ſenſus poſſunt.* Quid hic faciet imperitus princeps? dum refellere nequit ac diſcernere, quod allatum eſt, tacet, conſentit, permittit, negligit. *Qui autem ſapiet, legeritq; hiſtorias ipſe* (ſunt rurſum verba Noſtri) *nunquam his decipietur, neque quiſquam tam audax erit, ut mendacium pro re geſta coram erudito Principe recenſeat.* Niſi valde properaremus, eſſet hoc loco hodierna præſertim conſue-

Digitized by Google

conſuetudo excutienda, cum *Statiſtæ*, qui vocantur, multi, ut Dominis ſuis quidlibet perſuadeant, unice Hiſtoriis abutuntur: tali ferme conſequentia; *Ille Princeps, cujus alias prudentia celebris eſt, hoc fecit: ille, fœdus fregit ob illam cauſſam; ille bellum ſuſcepit ob iſtam,* &c. *Ergo tibi idem eſt faciendum, ſi prudens haberi velis aut eſſe.*

38. Jam ſi *idonei* ſunt & *fidi* ſæpe â pluribus imperitis vincuntur: ut plerunque vincit pars, non quæ melior, ſed quæ major. Nonnunquam, fuga contentionum, & detrectatione turbarum aliorſum rapiuntur, aut diſtinentur à propoſito. Nam *contra* ineptos infidoſque, ait, *Cominaus*, *ſi melius aliquid protuleris, omnia illico conturbaſſe exiſtimabere.* Et *lib.* 5. *c.* 10. obſervat: cum pauci aliqui aut unus monet, quod ceteri ſtudio placendi aliiſque cauſſis diſſimulant probantque, *à monitis præter indignationem ad bonos viros nihil redire, ipſo Princi-* 2. *reſp. idoneorũ & fidorum.*

pe

pe tamen ad conſuetum morem viuente. Adeoque *deeſſe ſolent, qui ſuadeant, vbi ſuaſiſſe periculum eſt.* Curt.3,8,6. Neque profecto ſtatim in tanta fingendi ſimulandique vel neceſſitate vel occaſione, quilibet princeps *intelligit iſta, ut ſunt magis, quam ut dicuntur.* Vide multa huc pertinentia in *Gruter. diſcurſ. ad Tacit.* ad verba 1. A. 74,6. *Quo loco cenſebis Caſar* &c. Ergo hic opus erit, primo quidem, *conſiliarios mortuos, id eſt, Hiſtoricos conſulere:* hi ſine affectu, flexuque; ſine gratia & odio, quid recte aut ſecus tractatum à quolibet, quem & cur euentum habuerit, ediſſertabunt: tum vero *elicienda diuerſa in unoquolibet negotio ſententia, & elicita comparanda. Tales* enim *ſermones, ut purpura & aurum,* quod *Plato* alicubi ait, *melius dijudicantur, ſi conferas inuicem.* Denique *non totus a conſilio amicorum princeps pendeat, ſi quidem regni & ſuam majeſtatem ſartam tectam cupit, ſed ipſe norit proui-*

Digitized by Google

prouidere aliquid in medium, conſiliis aliorum addere, demere, moderari: ea inflectere, temperare, gubernare. Alias turpiter audiet cum Claudio ap. Tac. 12, 3, 4. *cui non judicium, non odium, niſi indita & juſſa.* ſtatimque in promptu erit Horatianum illud: *Ducitur ut neruis alienis mobile lignum. Tempore urgente* (rurſum Cominæi verba continuo) *vidi ſapientiores Principum potuiſſe quærere prudentes præ ceteris & eorum conſiliis citra moram & querimoniam uti.* dum ſcilicet non infelicius dijudicant, quam exquirunt conſilia. Atque hæc omnia Hiſtoriarum beneficio potiſſimũ obtineri omnes intelligunt. Cyrum filium monuit prudentiſſimus pater, *ut augurandi ſcientiam, vel ob hoc ipſum diſceret, ne ab auguribus tantum penderet*, ſicut auctor eſt *Xenoph.* 1. de inſt. C. Ita nos principem, conſultandi artem, ne à ſolis conſultoribus agatur ducaturque, ex Hiſtoria petere arbitramur debere.

CAP.

CAP II.

Quæ Hiſtoria & quatenus cognoſcenda principi aut ſeligenda.

1. Expoſitum eſt quantum Principi, Hiſtoriarum cognitio proſit; non quidē ſicut ubertas argumenti poſtulabat, ſed prout ratio temporis noſtri & Cominæana digreſſio monebat. In hoc capite dicemus, *quæ Hiſtoria & quatenus ad tam præclaram cognitionem parandam faciat.* Cominæus ſane indefinite, *les Hiſtoires anciennes, Hiſtorias veteres, ſiue veteris æui*; Item, *les choſes paſſees, res præteritas* commendat. Ceterum, in tanto Hiſtoricorum rerumque numero, licet nihil præteriri dignum ſit, quædam tamen breuitati vitæ & negotiis condonari; quædam prudentiæ & neceſſariis uſibus ſeligi par eſt.

2. Ante omnia, *Hiſtoriæ Vniuerſalis* hic eſt facienda mentio. id eſt rei

Digitized by Google

rei, quam commendant omnes, nemo exhibet. Palmarium prudentiæ ciuilis præſidium haud dubie in eo reponitur, ſi, *quæ rerum in vniuerſo orbe facies, connexio, conſecutio, progreſſus, ab initio uſq; ad ætatem, qua viuitur, fuerit*, liquide & ordinate teneatur. Intelligenda eſt autem hæc cognitio, ſicut in chartis vniverſi orbis typus depingitur: ubi plurima de ſingulis prætereunda ſunt, vt vniuerſi formam complectamur. Dum diuina prouidentia ita diſpenſat hoc negotium, vt plurima nos voluerit plane latere; quædam, pœnæ cauſſa, jam litteris prodita eripuerit; tantum tamen ad nos ſiuerit peruenire, quantum ad informationem noſtram, adeoque ad eum finem, cujus ergo nobis tota Hiſtoriæ diſciplina communicata eſt, ſufficit. Interim hæc quoque catholica Hiſtoria, ſicut reſpectu noſtrarum occaſionum & monumentorum definita eſt ac limitata, nondum, quod tuto & certo affirmari

 poteſt,

Google

poteſt, ab ullo tam accuratè eſt tradita, ſicut magnitudo rei flagitabat. Loquor hoc citra cujusquam detractionem: quod facile æſtimant eruditi, quorum nemo, vt arbitror dubitat, tantam eſſe talis operis difficultatem, vt nec præſidiis hic abundent inſtructiſſimi; neque tempore, aſſiduiſſimi; neque judicio, ſolertiſſimi. Ne nunc dicam, de gentilium ignoratione, qui, ne quid tale efficerent, inopia cognitionis circa primæua mundi tempora, abſtinebantur. Recentiores autem; quot Hiſtoriæ tacentis, aut imperfecte, eſt ubi fabuloſe, loquentis, hiatus ab ejusmodi conſiliis remorantur. Utendum igitur ea diſciplina eſt, pro captu noſtræ facultatis, rerumque ad nos tranſmiſſarum, copia. Quæ non parum ſcil. Principi in ſuarum alienarumque rerum tractatione lucis dabit.

è qua totius prudētia practicæ ſolida fundamenta petuntur.

3. Hinc enim demum intelligitur, *Quam potens, ſapiens, aſſiduus omnium regnator Deus, regna inſtituat,*

tuat, deſtituat; amplificet, extenuet; extollat, deprimat; opponat, componat; conuertat, euertat. quod ſola pietate firmentur ſceptra, virtutibus ornentur coronæ; impietate confringantur illa, iſta vitiis deturpentur. præſertim imperantium mores vel ſtabiliendo imperio, vel labefactando plurimum poſſe. tum adminiſtrationis modum calliditate ad exitium; juſtitia prudentiaq; ad ſalutem proficere. Ambitione & avaritia non tam proferri regna, quam efferri ac velut ſepeliri fundamenta boni ſtatus. Felicitatem malarum artium, neque ipſis, neq; diu tribui; ſed dum plectantur, quibus illa flagella erant deſtinata. Splendoris & inanium admiratione rationis vſum obfuſcari; mox accedente vanitatis ſtudio, in ſimias, canes, vrſos, & quicquid vel ridicularum vel turpium beſtiarum numeramus, tranſmutari homines. Ita fieri, vt orbis iſte ſit & fuerit officina flagitiorũ, amphitheatrum inſanientium, fabrica machinarum, qui-

bus perdant inuicem & pereant miſeri errones mundani: rebus ſecundis elati, indomiti, luxuriantes; adverſis queruli, timidi, & aliquando ſtupidi. Alternari ergo crimina & criminum pœnas, donec illa quidem, finis abruperit vltimus; has autem æternitas vltrici perpetuitate protraxerit. Inter hæc puſillum agmen Deoq; familiare & gratum, vt roſam inter ſpinarum aculeos, vt radium nitidæ lucis, in opaca nocte, florere, ſplendeſcere, nulloq; neglectu impetuq; adverſantium prohiberi, quo minus perituro orbi ſuperuectum perennet. Atq; ita per virtutum & ſcelerum bella perpetua ac certamina, ad illarum triumphos, horum autem ſupplicia & cineres, id eſt, ad auctorem vtriuſque judicij Deum recte ac ordine perueniri.

4. Hæc & ſimilia non percipiuntur accurate, id eſt, non cognoſcitur mundi indoles & fatum, niſi Hiſtoria mundi, per ſeriem, quà licet, & contextum vniuerſalem euentuum

ſentuum, viam muniuerit. Poſt quam cognitionē, danda eſt opera, vt Hiſtoria *particularis* quidem, ſed initio ea, *quæ ad vniuerſalem proxime accedit*, pertractetur. Tales ſunt, quæ plurimarum gentium res exponunt, *Diodori Siculi* & *Iuſtini* opera. Item; quæ principali argumento, connectunt ea, quæ ratione geſtorum cohærere poſſunt & ſolent: qualis *Polybij* expoſitio, quam vniuerſalem propterea quodammodo dici poſſe, doctis notum eſt. *Herodotus* quoq; Græcorum, Ægyptiorum, Medorum, Perſarum, Lydorum res coniunxit. Exempli loco laudaverim etim hic *Thuani* inſtitutum; qui res toto orbe geſtas ſcripturus, ante omnia, quis ſtatus rerum habitusque apud gentes fuerit, preſertim autem populorum ceteros præminentium fortunam, expoſuit: nimirum vt vniuerſali quadam cognitione præparatum lectorem per ſingula facilius deduceret. 2. particularis.

5. Succedit *ſingularum gentium*

Hiſtoria. inter quas, communi ſuf-fragio prudentum, *Romanorum Græcorumq;* eminet auctoritas. quorum geſta copioſius & ſplendidius litteris conſignata, multam proficiendi occaſionem ſuppeditant. Interim, præſertim hodie, minime ſuadenda Principi fuerit ceteterarum gentium præteritio. Quin, vt olim Romanum Græcumque nomen præualuit: ita propioribus ſæculis, *Galli, Hiſpani, Germani* meruerunt aliis antehaberi. Sed quid parce & anguſte de re ampla loquimur? *Plerarumq; gentium, ſaltem mores, indoles, inſtituta noſcenda:* non tantum, vt actionum principia inde facilius judicentur, ſed vt bonorum malorumq; delectus queat fieri expeditior. Qua de re multa differit *Bodinus in method. hiſtor. c. 5.* Optandumque fuiſſet, vt ad eam formam, quam terſiſſimus *Barclaius*, in quorundam populorum natura deſcribenda tenuit, ceterorum quoque indoles explanata foret. Nam ille

labor,

labor, fortaſſe non una ratione ſuperat notos aliorum in hoc argumento commentarios. Eſt vnicuiq; genti aliquid, quod vel vtiliter vel jucunde comperias. Etiam illas intelligo, quæ alias nec adeuntur tam auide, nec, vt reliquæ, celebrantur. Tale eſt, quod nationum plurimarum peritiſſimus vir *Hubertus Languetus epiſt. 6. ad Sid.* ſcribit: *Peruagatus ſum pleraſque orbis Chriſtiani prouincias, ſed nullius itineris mihi eſt jucundior recordatio, quam illius, quod ad extremum ſeptentrionem ſuſcepi: multa enim ibi vidi, quæ nemo in noſtris regionibus docere me potuiſſet, nec etiam credidiſſem, ſi ex alio audiuiſſem.* Quem locum ideo tantum produxi, vt oſtenderem, ſiniſtram eſſe eorum opinionem, qui præcipuas quaſdam nationes intuentes, reliquarũ cognitionem tanquam vilem aut minus vtilem, extra ſuam curam ponunt. Porro in ipſa gentis alicujus Hiſtoria, non omnia parem diligentiam poſtu-

lant, aut fructum promittunt. E.g. in Romanis rebus fertiliſſima eſſe variæ profundæque cognitionis, tempora Cæſaris, Auguſti, Tiberii; ſplendidiſſima, Scipionis & æqualium, haud abſurde dixeris.

5. *Vetus & noua.* 6. Cum autē *Vetus Hiſtoria* omnino diligenter euoluenda ſit (alias enim & comparationis ad noſtra inſtrumento, & dexteritate judicandi, quam copia & ſimilitudo euentuū firmat, deſtituetur Princeps) valde tamen errant, qui *vetera tantum extollunt, recentium incurioſi.* Tac. 2.A.88,5. Quæ diligentia vt ſcholis forte aptior (quæ & ipſæ tamen vtilius recentia veteribus miſcent) ita negligentiæ notam ſubit, cum de Principe aut conſtituto in ciuili actu homine loquimur. Cui, tum *propiora ſecula*, quibus ſcilicet è noſtro aſſimilantur multa; tum *recentiſſima quæque* explorata ac in promptu eſſe debent. Magna pars prudentiæ eſt, cum de exitu negotii deliberatur, reſpicere ad initia, penſita-

penſitate media &c. Atque vt hodie recte conſulas, aduertenda ſunt, quæ heri, imò ante ipſum tuæ conſultationis exordium, euenete. Concutitur jam pluſquam vicennali rerum perturbatione Germania: ejusque rebus, ſerius, ocyus innexa exterorum conſilia & arma, varia in utramque partem momenta adferunt. Judicare igitur de præſenti ſtatu; aliquid deliberare de futuris, nemo feliciter poterit, niſi cui tota rei ſcena ab initio, vſq; in hunc diem, cum ſuis cauſſis & prætextibus, innotuerit. Id quod arduum, & illis tantum conceſſum, qui propius rebus gerendis interfuere, deficiente adhuc publicæ Hiſtoriæ accurato ſubſidio. nam quæ è commentariis partium vulgata nouimus; fortaſſe non ſufficiunt. multo minus aliquid ſani habent nonnullorum breues libelli, quibus nihil aliud, quam ineptam veterum imitationem, aut declamationes ſcholaſti-

cas aut ſtudium partium, tanquam illuderent orbis cordati judiciis, publicauere.

4. *præcipue domeſtica.*

7. Præſertim vero in *domeſticis Hiſtoriis* verſatiſſimus ſit Princeps: *Ne ſit peregrinus domi.* nam & iſtiusmodi exempla propius cùm attingunt. ſicut in hanc mentem diſſerit *Iacob. R. A.* in δωρ. βασιλ. *lib.* 2. Igitur *commentaria regni, regiſtra, publica acta*, diligenter conſulenda. quorum ob id magnam curam haberi par eſt. Sic, *cum Romæ publicorum commentariorum quidam omnino periiſſent; quoſdam vetuſtas ad vſum ineptos reddidiſſet, tribus ſenatoribus negotium datum, vt & qui extarent deſcriberentur; & qui abeſſent aut laterent, conquirerentur. Sed & incendio correptis quibusdam non Tiberius modo, ſed Liuia etiam ſuccurrit.* Dio 57. Ceterum cum occurrere omnibus caſibus difficulter poſſit humana induſtria, vnicum & (accedente vtique typographiæ adminiculo) certum ſubſidium relinqui-

linquitur : *cura & manus prudentis Hiſtorici.* quem ego tam neceſſarium magno Principi credo, quã ſummorũ miniſtrorum quiſquam habetur. Sane & foris prudentiæ laudem inuenit, & domi magno ſuarum rerum adjumento pollet ornamentoque, qui diligenter talium virorum operam ſibi comparat. quod in Sereniſſimis Danorum Regibus, longa ſerie commendat, eius, qui nunc imperio feliciter præeſt, Hiſtoriographus, *Io. Meurſius, in frontiſpicio Hiſt. Dan.* Nota ſunt exempla Principum, qui Hiſtoriæ ſcribendæ manus ipſi admouere. id quod adhuc hodie tum præcipue fieri conſultum eſſet, ubi recentiſſima quæque celare, aliquando inter artes imperii eſt. Quid nonnulli curioſe formidoloſi, hic argutentur in contrarium, non ignoramus : ſed feſtinationi noſtræ conuenientius fuerit, in ipſum diſquitionis exercitium hæc & talia reſeruare.

Præ-

5. *Selecti prudentiæ magiſtri præ ceteris.*

8. Præter hanc conſiderationem Hiſtoriarum, quæ ex rebus ipſis earumque delectu petitur, *quidam Hiſtorici* merito & vel maximè Principi commendantur, *ob ſcribendi prudentiam artemq; ſingularem; tanquam duces periti ciuilis ſapientia & familiares præceptores.* Eorum Catalogum, magno judicio adornauit *Lipſius ad cap. 9. lib. 1. Polit. ſuorum*; quem non ex cribimus. Addideris illis cum venia & ratione, *Dionem Caßium, hiſtoricum profecto prudentißimum, & immerito à Lipſio in catalogo prudentiæ Doctorum præteritum*, vt rectiſſimè autumnat Magnificus vir omnique ciuili cognitione actuque prælustris, *Chriſt. Forſtnerus in not. ad 1. An. Tac.* Sed & *Herodianus*, haud dubie inter præcipuos prudentiæ conſultos, & incomparabiles rerum conditores, niſi me omnia fallunt, ponendus eſt. Recentiorum quoque numerum, tum alii, tum præcipue auguſti calami ſcriptor *Thuanus*; &

accu-

accuratæ circumſpectionis *Sleidanus* augere poſſunt ac debent. De ceteris non opus eſt, ut multa dicamus, quorũ nec ignorantur publicæ laudes, & electio, merito inſtituto cuiusq; ac tempori relinquitur. Chriſtiano Principi, poſt *annales ſacros*, quorum perpetua lectio repetitioq; requiritur, frequens comes *Ioſephus* eſto: & piorum acta Principũ, Conſtantini & M. Theodoſii &c. diligenter cognoſcantur. fructum oſtendit & commendat *Euſebius, l. 1. de Vit. Conſtant. 6.*

9. Unum ſuperioribus addimus, breuem indiculum, *Hiſtoricorum & Hiſtoriarum, quas nonnulli Principum ac Imperantium, præ ceteris amaſſe lectitaſſeq; ferantur.* In ſacris occurrit nobis exemplum *Ahasueri, qui nolens inſomnem noctem otioſe terere, ſed operi ad utilitates regni ſui pertinenti tribuere* (οὐ βουλόμενος ἀργῶς ἀπολέσαι τὴν ἀγρυπνίαν, ἀλλ᾽ εἴς τι τῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ διαφερόντων αὐτὴν ἀναλῶσαι, *inquit Ioſephus* *Exēpla principum Hiſt. amantium.*

ſephus) commentarios regni, ſiue Hiſtoriam de actis regũ (quod ex Joſeph. diſcimus) per anagnoſten juſſit ſibi prælegi. *Eſth.* 6,1. *Herodoti* libros, in Olympicis recitatos ludis tota didicit amare Græcia (*Lucian. in Herodot.*) *Thucydidẽ* Demoſthenes octies deſcripſit, referente *Luciano, in eum qui multit. libr. ſuperb. & Agath. lib.* 2. *extremo.* Alexandro deſcripta ab *Homero* Troiani belli Hiſtoria placuit, *Plutarcho & Dion. Chryſoſt. &c. teſtibus.* Scipio ille Africanus *Xenophontis* Cyropædian de manibus non ponebat. *Cic. ad Q. F.* l. 1. ep. 1. c. 8. *It. Tuſcul. quæſt.* 2,26. Cæſar Julius *rerum Alexandri Hiſtoriam* diligenter legit. *Plut. in eius vita.* Alphonſus Arragonius *Liuium & Iulium Cæſarem* adamauit, & in expeditione ſecum habuit. *Panormit.* Eundem *Cæſarem* Selymus Turcarum Imperator in ſuam linguam juſſit transferri. *Iou. in e. vit.* eundem filio *ſuo*, inter profanos, vnice commendat *Iacob. R. A. δωρ. βασιλ.*

βασιλ. *libr.* 2. *Thucydidem & Cominæum* Carolus V. Imper. maxime ſuo ſtudio dignos æſtimavit. Sed & Sleidanus *Cominæum* vel maxime Eduardo Angl. Regi conciliat, *præfat. in Claud. Seſell. de rep. Gall. Tacitum* Hiſtoricum Imperator Tacitus maximi fecit, deſcribique juſſit ſæpius ac in Bibliothecis conſervari. *Vopiſc.* 10. Sed ad metam.

CAP. III.

Quomodo diſciplina Hiſtoriæ primæ principis ætati tradenda & per ceteras firmanda ſit.

1. Excrevit juſto longius noſtra diſſertatio: igitur quod ſupereſt, perſtringendo ſummatim non explicando exhibebimus lectori. Primo omnium *Mature tradenda eſt pueris, in ſummæ reiſpem natis educandisque* (quod & Cominæana digreſſio innuit) *Hiſtoriarum ampliſſima diſciplina:* ut *ſuavitate* ejus, primæ

mæ ætatis oblectatio; *copia vero*, annorum adoleſcentium induſtria; *prudentia* denique, maturioris judicii ævique profectus excitentur alanturque. 2. *Faciendum ab univerſali hiſtoria initium.* ſed *contracta quam poterit fieri breviſſime; diſtincta notiſſimis & celeberrimis epochis lucidiſſime inſtillata familiari colloquio jucundiſſime, repetita frequentiſſime.* 3. *Statim Geographiæ ſceleton* (nam Chronologiam ſub initia neceſſariam, ſub epochis complexi ſumus) *præmiſſa terminorum partiumque univerſi quadam notitia in expreſſis fideliter mappis; & præſertim figura orbis ejusque connexio, in globo demonſtretur.* nihil ſerium aut magnum concipiet de reconditiore Philoſophia Hiſtoriæ, qui, nec loci nec temporis conditionem ad res geſtas judicandas attulerit. 4. *Quemadmodum Vniverſali Hiſtoriæ non modo temporis, ſed prudentiæ terminos epochasque convenit adjungere: ita in particulari, ad Vniverſi fata con-*

Digitized by Google

ta contextumque ſemper reſpiciendũ, resque omnes ſuis quibusdam notis illuc ſunt referendæ. 5. Nihil minus, quam ſolæ ſententiæ & bona dicta ſunt commendanda, ſed potius ſententiarum in re præſenti uſus, applicatio, tempeſtivitas, cauſſæ, urgenda. 6. Semper Diatheſis Hiſtorici, judicium, ſcopus, diſciplina, inculcanda 7. Rerum genius non modo ex iis quæ adſunt, ſed quæ ſubſunt, veſtigandus. 8. Ipſæ res ad ſuas claſſes politicas vocentur, non confuſe & craſſe, ſed ſubtiliter & diſtincte. 9. Oſtenſis ſcilicet ſubinde fundamentis cautionis, diſcriminis, modi, artis, varietatis, circumſtantiarum, obſervationum &c. ſine quibus vagum & erronea fluctuatione plenum eſt politicum ſtudium. 10. *Adiumenta jucunditati ſervientia erunt, figuræ & imagines mathematicæ, mechanicæ, poliorceticæ, &c.* quibus perſpicuitas cognitioni; & memoriæ, fidelioris pignus cuſtodiæ additur. 11. *Comparationis quoque magna vis eſt, longius, propius; ex*

us; ex re nata, & profectuum ratione inſtitunda. vbi regimen & mores patrum in oculis habendi, crebro & prudenter. 12. *Cognita ſerii Hiſtorici arte, inſpiciendi, etiam nugatores, vani, mendaces: cum deteſtatione manifeſti vitii, occultorum autem revelatione, dubiorum examine.* 13. *Varia eruditione e.g. phyſica, ethica, politica, juridica, theologica, ad ſuas diſciplinas exigenda.* 14. *Si quid peculiarem artem inſtituto ſcribentis aut uſu legentis habet (e.g. deſcriptiones perſonarum & elogia plerumque magno judicio & philoſophia abundant) ſi quid auctori proprium & domeſticum* (qualia in Tacito ſupra tetigimus cap. 1. §. 29.) *moneatur expliceturve.* 15. *Conjungenda autem perpetua Vniverſæ Politices diſciplina cetera: quædam etiam addenda Iuris notitia ne exemplorum varietate vacillet aliquando judicium aut diſtrahatur.*

Digitized by Google

DE UTILITATE EX HISTORIÆ UNIVERSALIS CONTEXTU CAPIENDA.

NOn eſſe ſemper facile, *inſcriptionem rotundam ac brevem* libellis præfigere, vel hæc Diſſertatio, quam paramus, oſtendat. Qui *Hiſtoriæ Polybianæ Excerptis* lemmata appoſuere, ita exprimunt: ὅτι ἡ καθόλου τῶν πράξεων ἱστορία πολὺ διαφέρει, *quod univerſalis Hiſtoria rerum geſtarum longe ſit præſtantiſſima.* Lib. VIII. pag. 513. cap. 3. Scilicet, ſi cum particularibus hiſtoriis conferatur. *Caſaubonus*, intentus illi ſenſui, quem Polybius hîc, & alibi ſæpe operoſius explicat, ita convertit: *De utilitate Hiſtoriæ univerſalis.* Sed, qui hæc legit auditve, generaliter concipiat neceſſe eſt utilitatem Hiſtoriæ univerſalis: quam nemo ignorat aut in dubium vocat. At Polybio potius eſt propoſitum, interio-

teriorem aliquam & ſingularem, neq; cuivis obviam intellectamq; utilitatem, ex Hiſtoriæ univerſalis pragmaticâ & exquiſitâ ſcripturâ demonſtrare. Ipſa enim eſt *οἰκονομία καθολικῆς ἱστορίας* unde hæc utilitas emergit. Latinè, *diſpoſitionem*, *ordinationem*, *ſeriem*, *contextum*, voces licet; ſemper minus, & pæne aliter, quàm Græca vox poſtulat, dixeris. Incipit Hiſtoria à ſingulis; deducitur ad plures; pertinet ad populos: contrahitur denique ſcribendo in quandam univerſitatem genus humanum. Verùm non tàm iſta univerſæ hiſtoriæ congregatio quàm ars contexendi conſerendique momenta, coaptatio, habitus inter ſe rerum neceſſitudo & repugnantia; hæc, inquam, atque talia ſunt, quæ judicio comprehenſa, erudito lectori pariunt eam utilitatem, cujus perpetuus eſt laudator *Polybius.* Si dicendum eſt ſimpliciùs, gloriatur, & non ſine oſtentatione

quâ-

quâdam prædicat, lectoribusque ut ſpecimen ſuæ,& inſtrumentum alienæ prudentiæ, ſi non ſummam,commendat hoc proficiendi meditandiq; genus,ne velint in partibus rerum hęrere,ſed quo ordine,conjunctione aut disjunctione, concurſu aut diſcurſu,viribus, operibus, auxiliis, cauſis, rationibus, mutationibus, viciſſitudinibus, conſiliis, caſibus, univerſa induerint unam unius corporis, ut ita dicam,faciem,uno nec obſcuro confuſoque conſpectu intueri.

An rectè ita ſenſerit *Polybius*,abundè perſpicietur, *ſi* ante omnia mentem ejus paulò accuratiùs expoſuerimus, *deinde* exempla illuſtris ſcripturæ Hiſtoriæ univerſalis conſideraverimus; *tum* rationes ejus artis varias ſigillatim requiſiverimus. Sic enim conſtabit,non eſſe vulgarem,ſed eruditis ac prudentibus propriam utilitatem,quę ex Hiſtoriâ univerſali, non ut diſtribui in multas partes poteſt,ſed

ut

ut cohæret ex multis partibus; & in unum habitum aptatur, peti poteſt.

An Polybius Hiſtoriam univerſalem ſcripſerit: ſive, quid illi hoc nomine veniat. Quid Ethnicorum alij, nomine Hiſtoriæ univerſalis intelligant. Quid Chriſtianis ſit Hiſtoria univerſalis. Sententia Polybiana quomodo Hiſtoriæ univerſali excellenter ſic nominatæ cõveniat.

KΑθολικὴν καὶ κοινὴν ἱστορίαν vocat Hiſtoriam, quam conſcripſit, Polybius *generalem & communem hiſtoriam*: τὰ γραφέντα καθόλου, *generaliter ſcripta*: τὴν τῶν καθόλου πραγμάτων σύνταξιν, *res in hiſtoriã univer-*

Excerpt. Lib. VIII p.514.c.4.

Lib. III. pag 187.c.32.

Lib. I. pag. 4. cap.4.

univerſalem compoſitas. Complexus autem erat ſuo opere, cujus hodie exiguam partem tenemus, inſignia illa incrementa Romanæ potentiæ, *ab initio belli ſecundi Punici, uſq; ad finem belli & Regni Macedonici, per quinquaginta & tres circiter annos.* quibus deinde alia nonnulla addidit. Et quanquam primario populi Romani facta componere voluit; quia tamen aliarum quoque, toto fere orbe tùm notarum nationum, res inſeruit temporibus, copulavit argumentis; non præter rem videbatur, amplitudini operis magnificum hiſtoriæ univerſalis elogium adhiberi. Inprimis propter conſerendi, & vinculis unius contextus illigandi, quæ ſegregata & ſibi invicem aliena haberi ſolent, artificium. Quod ſibi glorioſius uni, certè primo, vindicat. Conſtet licet, HERODOTI MUSAS ante illa tempora, nequaquam τῆς κατὰ μέρος ἱστορίας τρόπῳ, *particula-* *Lib. I.*
 ri

ris hiſtoriæ menſurâ taxari debere: quippe quæ non *Barbarorum* minus, ut vocabant, quàm *Græcorum* res memoratu dignas *per ducentos viginti annos* complectuntur, Europæq; & Aſiæ pleraq; (nam Africæ non æquè magna illis temporibus in publicis magniſque ac celebribus negotiis ſors & connexio erat) varietate ſcripturæ contextuque mirifico denarrant. Sed Polybius, aliquid ſingularis & ad ἐπίστασιν πολιτικὴν ſeu obſervationem & animadverſionem rerum civilium referendæ laudis ſibi deberi putat. Quo nomine credo *Caſaubonum*, liberalius, & infrà dignitatem Herodoti pronuntiaſſe in *Dedicatione Polybij*: *Magnus ſane ſcriptor Herodotus & ſine controverſiâ Hiſtoriæ pater: ſed qui ad πολυμάθειαν & rerum antiquiſſimarum cognitionem plurimum; ad eam verò quam quærimus prudentiam non multum ſit collaturus.* Nimirum & *Caſaubonus* hîc eximium illud diſci-

Herodot. lib. 1. cap. 1. Dionyſ Halicarn. Epiſt. ad Cn. Pompej. Chriſtodor. Poet. lib 5. Antholog. Gr. Epigr.

plinæ

plinæ civilis genus animo conceperat, quod ſpectat τὴν καθόλου καὶ ſυλλήβδην οἰκονομίαν τῶν γεγονότων, πότε καὶ πόθεν ὡρμήθη καὶ πῶς ἔσχε τὴν συντέλειαν. *univerſam illorum quæ ad ſummam rerum conferunt adminiſtrationem in iis quæ acciderunt, quando & à quibus principiis quæque ſint profecta, quove modo hunc tandem finem res ſint nactæ.* Quod ipſi eſt, τὰ ὅλα συνόπτεσθαι, & συνθεάσασθαι τὴν τῶν ὅλων οἰκονομίαν, *Summæ rei notitiam quaſi uno conſpectu adipiſci*: ita tamen, ut eadem cognitione, non modò τὸ μέγεθος τῶν γεγονότων, *magnitudo rerum geſtarum*, ſed τὸ συνέχον, *ratio quâ cohærent & aptantur, comprehendatur.* Nam haud aliam eſſe viam autumat, *quâ res geſtæ verè in clarâ luce ponantur, & admirabiles appareant, dignamq; ſuâ nobilitate & prudentiâ lectoris obſervationem conſequantur.* Sive, ut Græca habent: οὕτως ἂν εἴη μόνον σαφῆ τὰ γεγονότα καὶ θαυμαστὰ, καὶ μάλιστ'

Polyb. lib. I.

Lib. VIII. pag. 515.

Ibid.

Ibid.

λις᾽ ἂν οὕτω τυγχάνοι τῆς ἁρμοζούσης ἐπιστάσεως Quæ obſervatio pruden-tum, à cognitione minus perfectâ, præclaris elogiis diſtinguitur, atque

Lib.1.p.5. e.5. ἐπιστήμη, γνώμη, ἀτεχνὴς ἐμπειρία, πίστις, *ſcientia, experientia, quæ liquidã & indubiam rerum notitiam & fidem præſtat*, appellatur. Sicut enim is,

Ibid. qui in tabellâ aliquas urbes & regiones inſpexerit, nondum de totius orbis figurâ, ſitu, ordine judicare poteſt; nec, qui partes animalis disjectas ſingillatim oculis ſubjecerit, de totius ſtatim animalis formâ & virtute idoneam adeptus eſt opinionẽ: Ita etiam ex particularibus hiſtoriis, ſive particulatim traditis narrationibus non paratur accurata illa rerum publicè geſtarũ cognitio, quæ Divinæ providentiæ negotioſam per omnia diſpoſitionem, hominum propoſita, conſilia, molimina, ſucceſſum, caſuũq; varias rationes, in eodem fati, ut ita dicamus, theatro contemplatur. Merebatur, quod ſuſcepit *Polybius* argumentum, ut, ſicuti fortuna

tuna Romanorum longè latéque per gentes ſe explicabat illis temporibus, ita eo demonſtraretur ſcribendi genere, quod non hæreret in diverticulis & particulis, ſed ſummam rerum, totamque imperii increſcentis imaginem exhiberet. Hæc ἐπίστασις καθολικὴ ſive obſervatio ciuilis in univerſa tendens, quin *Polybio* ſit & adhûc maneat, certo quodam modo propria, non negaverit, qui Polybii lectioni aſſueverit. Quare non præter rem *Gerardus Ioannes Voſſius* judicat: *Polybius non contentus prodere ſui temporis hiſtoriam, ſimul πρᾶξιν tradere inſtituit civilis doctrinæ, tum eius quæ in adminiſtrandâ Republicâ verſatur, tum quæ ad militarem diſciplinam pertinet: quibus duabus partibus politice abſolvitur.* Fuit ſanè & aliis Hiſtoricis pragmaticis hoc propoſitum. Sed Polybio placuit peculiaris quidam & amplior modus. tum quod in univerſa ſemper porrigeret ſuam obſervationem

De arte Hiſtor. cap. 22.

Digitized by Google

nem; tùm quod apparatu ſubſidiorum uberiore uteretur, qualem ſibi ceterorum nemo permiſit.

Majus opus animo concepit, & in multis exquiſitam Polybii curam, interdum & ſtilum, quamvis in genere ſcribendi preſſiore & magis conciſo, imitatus eſt, DIODORUS SICULUS. cujus *Bibliotheca*, *univerſalis Hiſtoriæ*, in quantum Ethnicis pertingere licuit, nomen, jam inſignitè meretur. Orſus eſt enim à rebus antiquiſſimis, & ex illo tempore, quod Ethnicis, ignoratione ſacræ, id eſt, omnium vetuſtiſſimæ hiſtoriæ, non immeritò *ἄδηλον* ſive obſcurum fuit, multa tamen, ex auditu veluti per umbram repetens, uſq; ad Julium Cęſarem, opere diligentiſſimo, cui elaborando triginta annos impenderat, omnium fere gentium nationumq; res per undecim amplius ſęcula executus eſt. Ingens theſaurus, niſi pleraque periiſſent. *Non defuiſſe paucos quoſdam, fatetur, qui ab ultimâ*

tima (intellige, Ethnicis cognita) *antiquitate Hiſtoriam univerſalem, ad ſua cujusq́; tempora deducerent.* ὀλίγοι δ' ἀπὸ τῶν ἀρχαίων χρόνον ἀρξάμενοι, τὰς κοινὰς πράξεις ἐπεχείρησαν ἀναγράφειν, μέχρι τῶν καθ' αὐτοὺς καιρῶν. Sed *alios horum, lucem chronologiæ non adhibuiſſe, alios barbarica pleraq; neglexiſſe, at hiſtoriam fabularem*, cui multa veritas ſubeſt, *tranſiliviſſe; nonnullos & fato præventos, certè non ultrà Alexandri M. ſucceſſores proceſſiſſe*, annotat. Quibus omnibus ſuum opus præſtare, non vanè prædicat; & de cætero non minus magnificè de inſtituto Hiſtoriæ univerſalis ſentit, quam *Polybius*. εἰ γάρ τις τὰς εἰς μνήμην παραδεδομένας τοῦ σύμπαντος κόσμου πράξεις, ὥσπερ τινὸς μιᾶς πόλεως, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἀρχαιοτάτων χρόνων, ἀναγράψαι κατὰ τὸ δυνατὸν μέχρι τῶν καθ' αὑτὸν καιρῶν, πόνον μὲν ἂν πολὺν ὑπομεῖναι δηλονότι, πραγματείαν δ' ἐπὶ πασῶν εὐχρηστοτάτην συντάξαιτο τοῖς φιλαναγνωστοῦσι. *Si quis enim*, inquit,

Diodor. Sic. lib. 1. Hiſt. p. 3. edit. Rhodomann.

Diodor. pag. 4.

inquit, *memoriæ proditas res geſtas totius orbis, tanquam unius civitatis, & Reipublicæ generis humani, initio ab antiquiſſimis temporibus ducto, ad ſua uſque tempora pro virili portione componat; is profecto & ardui laboris plurimum exantlaſſe, & opus omnium utiliſſimum ſtudioſis lectoribus elaboraſſe, cenſendus eſt.* Nec omittit comparationem hiſtoriæ particularis, & cetera, quæ ad imitationem elogii Hiſtoriæ univerſalis Polybiani pertinent.

Atque huic *Diodori Siculi* operi, quod per omnia æquari poſſit, nihil licet ex antiquitate Græcâ vel conjectare vel nominare. Nam APOLLODORI *Bibliotheca*, *XXIV. libris* minimum conſtans, ſicut ex *Photio* diſcimus, ante Diodorum quidem Hiſtoriæ univerſalis conſilium habuit: ſed fortaſſe congerendo potius, quam digerendo rem geſſit; ſi *Sopatri* judicium attentius legimus. Nam, illi *tres libri*, qui hodieque circumferun-tur

Cod. 161.

tur *Apollodori* nomine, extremâ parte, non magnâ tamen, defecti, à vetuſtiſſimis temporibus, ethnicorumque theologiâ orſi, ad Ulyſſis uſque errores, etiam hiſtoriæ univerſalis propoſito æſtimari debent: quanquam pauciſſimis ratio connexionis cognita eſt. Hactenus etiam, non male *Græcus epigrammatiſtes* apud *Photium*, carmen ſuum clauſit de iſto libello: *Cod. 186.*

> Εὑρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει
>
> *Invenies in me quicquid hic orbis habet.*

An autem *Photius* erraverit, quod *Apollodori* nomen huic quoque libello convenire credidit (ſicut contendit doctiſſimus *Tanaquill. Faber*) an verò *Epitomator* aliquis, nomen Apollodori ſuis excerptis ad eum qui dictus eſt finem, per 650. annos, adjecerit; aut hi tres libri ἀποσπασμάτων majoris operis haberi debeant, quod *Voſſio* viſum eſt; *in Not. ad Apollodor. pag. 262.* *de Hiſt. Græc. lib. 1. c. 21.*

eſt; nunc quidem in medio relinquimus; & *Diodori* exemplum, ut unicum, in iis quæ ſuperſunt amplectimur.

Cui ſuppar in *Latinis* TROGUS POMPEIUS, itidem *orbem terrarum aggreſſus, ſuis libris omnium ſæculorum, regum, nationum, populorumq; res geſtas, uſque* ad Auguſtum complexus eſt. *Iuſtin. in præf.* *Hic*, inquit *Bongarſius*, *à Nino, qui primus τῶν εἰς ἱστορίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων, ad Auguſtum Cæſarem, non ut Atticus apud M Ciceronem ſeptingentorum, ſed ut Corn. Nepos omne ævum, id eſt, duûm millium annorum memoriam, uno libro colligavit.* Et *Trogi* quidem Epitomen *Iuſtinus* fecit, & ad poſteros tranſmiſit.

CORN NEPOTIS autem, paulo ante Trogum clari, nullum huius curæ ſpecimen ad nos pervenit. ſalivam tamen movit *Catullus*, qui notitiam ſibi cum Nepote contractam, hendecaſyllabis prædicat, ipſum alloquens:

Iam

Digitized by Google

Iam tum, cum auſus es unus Italorum *carm. I.*
Omne ævum tribus explicare chartis,
Doctis, Iuppiter, & laborioſis.

Conciſo ſcribendi genere & brevi uſum eſſe, vix dubites.

CHRISTIANI autem, veriſſimi poſſeſſores ſacrorum codicum facti; & temporum computandorum peritiores, quam cœci eorundem voluminum cuſtodes; *Hiſtoriam univerſalem* non agnoſcunt, niſi quæ ab orbis conditu, auctoritate divinarum ſcripturarum originem capit; & ad fontem Biblicæ, id eſt, omnium & certiſſimæ & ſanctiſſimæ hiſtoriæ, reliquas totius orbis res corrivat; atque ubi deſinit illa, ex aliis Eccleſiaſticis & civilibus ſcriptoribus ſupplet pertexitque, uſque ad tempus, quo ſcribitur. Antiqua hujus generis opera, utinam poſſemus multa laudare. EUSEBII *Chronici Canones*, à Julio Africano multum mutua-

Digitized by Google

ti, *παντοδαπῆς ἱστορίας*, quaſi univerſalem ſeu omnimodam hiſtoriam dicas, nomen gerunt. Hinc GEORGIUM SYNCELLUM, & GEORGIUM CEDRENUM pleraque deſcripſiſſe, monſtrat, *principio animadverſionum Euſebianarum Ioſephus Scaliger*. Et *Euſebium quidem*, Latinè convertit, interpolavit, & ſupplevit *Hieronymus*. Ex *Syncello*, Euſebii Græca, quæ ſuperſunt, repetenda fuerunt. Quæ ſcripta *συναγωγὴν ἱστοριῶν χρονολογικὴν*, *collectionem hiſtoriarum notatione temporum* circumſcripſerunt: prætermiſſis expoſitione ulteriore & contextu rerum civili. *Cedrenus*, amplius inſtitutum ſecutus eſt, & univerſalis hiſtoriæ nomine dignius. Sed, quantum ex minore parte ingentis operis, quæ ſola ad nos pervenit, intelligitur, non rarò ambages ſerit, & in aliena digreditur, ne non tam philoſophus, quam hiſtoricus videatur. JOANNES quoque ZONARAS, in *præfatione* operi præmiſ-

præmiſsâ, ſatis oſtendit, ſibi in animo fuiſſe, καθολικὴν τινὰ ἱστορίαν, *univerſalis quoddam hiſtoria corpus* concinnare, à condito ſcilicet orbe uſque ad Alexii Comneni obitum, id eſt A.Chr. 1118. *Delegit autem ſibi non omnium, ſed præcipuarum gentium hiſtorias; neque eas omnes, ſed vel præcipuas, vel eas, quæ ad Eccleſiæ ſeriem perſpiciendam facere videbantur, conſilio judicioque ſuo:* ut *Interpres ejus fatetur.* Sed hi omnes, ſicut ad Hiſtoriæ univerſalis propoſitum aſpirarunt, ita in citeriore gradu ſubſtiterunt. Minus etiam Zonarâ præſtitit, quamvis idem conſilium intra ejuſdem argumenti limites præ ſe ferens MICHAEL GLYCAS, totus παρεκβατικὸς, digreſſionibus & diſputationibus deditus, & legum hiſtoriæ immemor.

Hieron. Wolf. præfat. in Zonar.

Cur *Ioſephi Iudæi* nullam fecerimus mentionem in hâc annotatione, ultrò intelligi par eſt. Licet enim is à primævâ mundi ætate orſus,

ſus, hiſtoriam uſque ad ſua tempora pertexuerit; & in poſteriore parte ſuæ ἀρχαιολογίας, Aſiaticas & Ægyptiacas & Romanas res miſcuerit; quia tamen ad Judæos pleraque retulit, inter eos potius referendus eſt, qui hiſtoriam univerſalem ſcripturo plurimum poſſunt adjumenti adferre, & non modicam materiæ partem ſubminiſtrare.

Pauci omninò fuerunt, à tot ſeculis, qui formam hiſtoriæ univerſalis vel animo complecti, vel ſtilo ſignare auderent. quanquam neceſſarium, ſi quod, tale opus, non ignorarent. Ad *compendia* quædam, ut vocant, vel *chronologica* vel *hiſtorica* decurſum eſt. *Quidam* ad ὕλην ἐκκλησιαστικὴν animo converſo, vix alia, quàm quæ ad Eccleſiæ facta pertinebant, ſibi requirenda exiſtimârunt, quotiens magni operis hiſtorici pomœrium ducere aggreſſi ſunt. *Alij* ad conficiendam certam quæſtionem adverſariis oppoſitam, hiſtoriæ latius conſignandæ

dæ rationes & excerptiones retulerunt. *Nonnulli* ſuæ nationi & affinibus locis rebusq; ſi advigilarent, huic inſtituto ſatis eſſe, opinati ſunt.

Cum tamen *Hiſtoria univerſalis*, ſi hodie deſcribenda ſit, non poſſit aliter vel animo concipi, vel hoc elogio publicari, quàm ut res omnium ætatum ac populorum, inde ab origine temporis, id eſt, ab orbe creato uſque ad hanc noſtram ætatem, in Eccleſiâ & Republicà, collectas ſedulo, diſpoſitas ordine, contextas prudenter, ad contemplandam Dei omnia regentis ſapientiam & potentiam, hominumq; ex conſiliis, operibusque variè ordinatos eventus obſervandos, Deoque gloriam, lectoribus artem vivendi comparandam, comprehendat & exhibeat.

Tali operi, quin accuratè conveniat, & eximiè, quæ *Polybius* ſuo inſtituto, utut longe longeq; anguſtiori, ſplendidis laudibus accommodavit, nullum relinquitur dubium.

 bium.

bium. Sed, ſi ad menſuram Polybianam ſcribendum eſſet, immenſa volumina naſcerentur. Ille enim non multum ſupra dimidium ſæculum complexus, quadraginta libros, ingenti opere conſtruxit. Hîc ſexaginta fere ſæcula condenda eſſent uno hiſtoriæ complexu. Non cogitavit de formâ & conſilio operis Polybiani proprio doctiſſimus *David Chytræus*, ſed deflexo in ſimilitudinem quandam ſenſu, etiam epitomen quamcunque honoravit illâ commendatione: *Quiſquis igitur* (inquit) *in lectione hiſtoriarum* (*De lectione Hiſtor. Inſtit. ad Princip. Iul.*) *utiliter verſari cupiet, is initio juxta Polybij præceptum, univerſam mundi hiſtoriam*, ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἄγειν καὶ σωματοποιεῖν, *uno intuitu complecti, & velut in corpus redactam, animo comprehendere ſtudeat. ut enim in cæteris artibus, initio ſumma totius doctrinæ in compendium contracta, rectiſſimè diſcitur: ſic in hiſtoriarum etiam lectione, principio Epitome brevis ſeu chronicon. com-*

plectens

plectens ſeriem omnium temporum & Imperiorum, & præcipuarum generis humani mutationum, ex libello Carionis, vel ſimili, accuratè cognoſcendum eſt. De quo genere libellorum deinde aliquid dicendum eſt.

Exempla conatus eiusmodi ſcripturæ; & ſucceſſus. non ſine diſtinctione: & inquiſitione hiſtoricâ: per ſeriem temporum.

DE exemplo Hiſtoriæ univerſalis apud ethnicos incomparabili, DIODORI ſcilicet SICULI BIBLIOTHECA, antea, ut oſtenderetur, quid hoc nomine intelligendum eſſet, agendum fuit. Acceſſit & de illis aliqua Diſſertatio, qui in arctiore inſtituto, citra illum finem, ad quem votum adjeciſſe ſatis erat, reſtiterunt. Pertexenda nunc ſunt conſilia talis operis, diſpare deſtina-

tione ſucceſſuque inſtituta. ubi perpetua ferè confuſio *chronicorum* ſeorſum ita dictorum, & *hiſtoriæ explanatæ demonſtrataq;*, occurrit. ita, ut, qui hoc affectaret, optaretque, ad illud delatus, eove quomodocunque perfunctus, cauſam ſibi ultrà dicendam non putaret. In *Eccleſiaſticis* quoq; & *Civilibus*, utramque laudem ſibi trahebant, qui in alterutra paululum proceſſiſſe videbantur. ut &, qui partem aliquam ſtudioſius tractâſſet, de toto, quamvis præſcripto promiſſoque, reſpondendi cauſam detrectabat.

PAULUM OROSIUM ponunt etiam in iis, qui univerſali hiſtoriæ animum adjecerunt. Nec alienus *in Epiſt. ad Petr. Chol. n.* eſt ab hâc ſententiâ *Andreas Schottus*, dum *Orcheſtram* putat inſcriptum eſſe hoc opuſculum, *ceu theatrum rerum geſtarum;* & hiſtoriarum lectionem ab eo compendio auſpicandam, arbitratur. Admodum liberaliter ita judicant de conciſo libello, & ex ſingulari occaſione,

ad

ad certum ſcopum ac hypotheſin relato. Et *Orcheſtra* illa, fortè tam nihili eſt, quàm *Hormeſta*, & *Ormeſta*, aut *Hormathus* aliave deliramenta, circa indicem libri.

Nec enim *Caſſiodori Chronicon*, ab orbe cõdito uſque ad Theodoricum Regem, quiſquam huc retulerit.

Godefridi Viterbienſis Pantheon, operi Piſtoriano inſertum eſt. Voſſ. de Hiſt. Lat. lib. 2. c. 54.

Vincentius Bellovacenſis, uſque ad annum Chr. 1244. deduxit *ſpeculum Hiſtoriale*, in quo multæ nugæ. Voſſ. de Hiſt. Lat. lib. 2. c. 59.

Henrici VII. temporibus, *Anonymus* quidam ſcripſit *Chronicon de ſeptem ætatibus mundi*, haud dubiè hiſtoriam univerſalem molitus, ſed quantum ex deſcriptione *Voſſii* conſtat, compilatio mera eſt. De Hiſt. Lat. lib. 2. c. 63.

Ita etiam inſcripſit ſuum opus *Richardus Grasdale*; *de ætatibus mundi*. Lib. 3. cap. 5. p. 559.

Nec aliud, quàm excerpta ſapit *Henrici de Erfordia* opus, de factis illuſtribus ab orbe condito uſque ad ann. Chr. 1355 Lib. 3. c. 1.

Lib.3.c.2. *Ranulphi Hygden Polychronicum*, videtur æſtimatores reperiſſe: cui etiam auctarium addidit *Thomas*
Lib 3.c.9. *Walſinghamus*.

Florilegium tantùm Hiſtoriæ univerſalis ipſo nomine profitetur
Lib.3.c.2.ſ. *Matthæus Weſtmonaſterienſis*.

Lib.3.c.5. pag.550. *Balduinus* parochus Paderbornenſis ab orbe condito uſque ad 1418. hiſtoriam univerſalem reliquit.

Lib.3.c.5. p.551. *Chronodromon Ioannis Brandonis* hûc videtur aſpirâſſe.

Ut &, *Anonymus* ſub Sigiſmundo Imperatore.

Lib.3.c.9. p.801. Cuius temporibus etiam *Gobelinus Perſona* Coſmodromium ſuum compoſuit.

Aniani Flandri Caſſelenſis chronicon univerſale, an ſuperſit, ignorat *Voſſius*.
Lib.3.c.6.

Lib.3.c.6. p.567. *Petri Ranzani*, de omnium pæne gentium rebus Annales, quales fuerint, ſuperſtes de 61. libris fragmentum ultimi oſtendit.

Wer-

Werneri Roleving de Laer, Faſci-
us temporum, operi Scriptorum
rmanic. *Piſtoriano* inſertus, qua-
ït, in propatulo eſt. Lib.3. c.6. p.569.

Hartmanni Scedel Chronicon No-
bergenſe notiſſimum eſt.

Blondus Flavius ab Arcadio Hono-
ij Cæſaribus (quo tempore incli-
te Romanum Imperium memo-
t) uſq; ad ætatem ſuam, univer- Lib.3. c.7.
m ſcripſit hiſtoriam, opus certè p.586.
riosum & utile; verùm expoli-
emendatoreq; dignum. Ita Io.
elinus.

Antonini Archiepiſcopi Floren- Lib.3. c.7.
opus multa continet, quæ ne- p.587.
hiſtoricarum artium peritus
baverit.

Referunt alii, ſcriptores Hiſto-
univerſalis, numeroſius: *Bodi-*
ſub finem methodi, Chytræus, Bol-
nus, &c. Sed non deſunt cauſæ
ungendi quoſdam: & nobis
d fuit propoſitum. Quanquam
enumeratis modò, vix quic-
m eſt, quod valde hûc faciat.

Ioan-

Digitized by Google

Ioannis Naucleri opus Hiſtoriæ univerſalis, multum debet limæ Lib 3.c.10. p.646. Philippi *Melanchthonis*: annotante *Ioachimo Camerario in vitâ Melanchthonis.*

M. Antonij Sabellici Enneades undecim, uſque ad A. Chr. 1504. pertin- Lib.3.c.12. gunt.

Hi duo longè ſupra priores, quibus vel temporis vel ingenii conſuetudo minus propitia fuit, in hiſtoriâ uniuerſali profecerunt. Ad legem tamen contextus Polybiani non aſpirarunt.

Imo multis, in parte conſilii fuit exuere illam ſolicitudinem, & de ordine cogitare, qui erudita ordinis myſteria excluderet; ut ipſi quidem ſperabant. Ita longè facilius fuit, in *Quatuor* ſumma Imperia, ſive *Quatuor Monarchias* partiri univerſitatem Hiſtoriæ; &, quæ ad hos titulos referri poſſent, jam ſatis diſpoſita, ſatisque contexta credere. *Rudolphus Agricola*, cum ratione & gravitate hûc deſcendit, quan-

Voſ. de Hiſt. Lat. Lib.3. c.6. p 566.

ando Principis ſui petitioni ſa-
ſaciendum eſſe vidit.

Sleidani quoque libellus hoc no-
ne præſcriptus, quantum in illâ
guitate fieri potuit, auctoris pru-
ntiam abundè prodit. Fontes
toriæ, opportunâ annotatione
ibomius eruditè adjecit.

Inſtitit hanc viam *Chronicon*,
od vulgo *Carionis* vocatur: eſt au-
n à *Philippo Melanchthone* com-
ſitum, & à *Peucero* continuatum.
iocea ſunt, ad ſummam rerum,
hiſtoriæ univerſalis contextum
ſtantia, judicia, monita, præce-
, ut de alio hujus generis & inſti-
i volumine, ſimilia polliceri ne-
facilè queat.

Quanquam de cætero ad uſum
nmunem, epitomidum tamen
erior ſit & frequentior *Ludovici*
fridi Hiſtoria univerſalis, *Qua-*
r Monarchiarum elogio compre-
ſa.

Chriſtianus Matthiæ, ſuavitate &
vitate quadam methodi, ſua ad
monar-

monarchias excerpta adornavit.

Omnium autem in hoc genere curas vicit nobiliſſimum opus *Reineri Reineccij*, ſive, *Syntagma Hiſtoriæ Iuliæ* : acerba auctoris morte, quantum ad ultimam partem attinet, interruptum.

Ioannes Cluverus, *Epochas Biblicas & Propheticas*, aliter judicio & contextu ſequitur: in quantum habuit, qui præirent. Aut, ſi dicendum clarius eſt, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ aptavit, quicquid ad connexionem rerum pertinet.

Pezelij & *Micralij* opera, docentis ingenio accommodari auditoribus viſa ſunt. Ceteris haud æquè τῆς ἁρμοζούσης ἐπιστάσεως, quàm in Hiſtoria univerſali Polybius ſpectat, copiam præbere putantur.

Aliqui contexendi facilitatem quæſiverunt in *Ætatibus Mundi*, ex vulgatâ opinione. Ita *Dreſſerus* hiſtoriam univerſalem per *ſex Millenarios mundi* diſtribuit. Et *Iacobus Vſſerius Armachanus* in *ſeptem ætates* digeſſit *Annales ſuos*. Sicut

Sicut & ille modus ei, ad propo-
ım hiſtoriæ univerſalis viſus eſt
ngruere, ſi *Hiſtoria Sacra*, exter-
ſubtexerentur. Ita in *Annalibus*
eris, & *Novi Teſtamenti* diligen-
pleraque conſeruit, ex reliqua
ɔis hiſtoriâ.

Quod & *Iacobus Salianus*, *in An-*
'ibus veteris Teſtamenti præſtitit.
t à Chriſti nativitate, Hiſtoriam
:leſiaſticam profeſſi, *Centuriato-*
Magdeburgici, *Hottingerus*, &

Illud quoque in expedito vide-
:ur, ab *Epocha Imperatorum*, ad
usque Imperatoris tempora,
icquid eſt in univerſo ὑλησισρε-
, referre.

In *ſacula*, ſive centenaria anno-
n ſpacia, partiri hoc argumen-
n, obviæ itidem commoditatis
ɔebatur. Cujus viæ aditum mu-
ınt *Tabulæ Helmſtadienſes*, *Lam-*
iana, & alia ſcripta.

Chronicorum inſtitutum, in
ıntum à contextâ Hiſtoriâ dif-
fert,

fert, apparet nos excluſiſſe. itaque nec *Ubbonis Emmij Chronologicos Canones*, nec *Calviſium*, aliosq; plurimos nominavimus. Et nunc ab hoc exceſſu redeundum eſt, ad illum interiorem artificii contextum hiſtoriæ univerſalis, de quo ad mentem Polybii potiſſimum, agendum erat.

Huius generis exempla quædam notabilia annotabimus, primò *extra hiſtoricorum opera*, deinde, *in Hiſtoricis*.

Extra *Hiſtoricos* hæc ſcientia ſe prodit in iſtis *libris*, qui, exempli causâ, unius & alterius nomine exprimi poſſunt. Talis eſt, *Trutina Statuum Europæ Ducis Rohanæi.* Tali certè notitiâ rerum inſtructus eſſe debet, qui hiſtoriæ univerſali manū vellet & animum accommodare. Ita *Lydius Lapis Trajani Boccalini*, ut & alia eius ſcripta, ſpeciminibus talis cognitionis voluerunt celebrari. quanquam is, nimium ſæpe conjecturis ſuis permiſit, & confi-
dentius

:ntius aliquando ambulat. De-
que, ſicut ad res ſummas in Re-
ıblicâ gerendas, hoc illud lumen
l; quo paucorum & magnorum
rorum virtus; orbem illuſtrat; ità
ſcribendam hiſtoriam ex pluri-
n gentium rebus contextam, hic
bus opticus niſi oculis admini-
letur, caligo & tenebræ facile ab-
cent aut ſeducent eum, qui hoc
ere decrevit.

Præcellunt hoc peritiæ genere
teri & *Forſtneri* ſcripta.

Doctiſſimus autem *Iohannes*
rauchius Juriſconſultus, in *Exer-*
ationum Exotericarum primâ ſta-
n totius Europæ; currente ſæculo
ʳI. ità exhibuit, ut conſiliorum
rumque geſtarum contextus, eò
bſidio melius ordinari compre-
ndique poſſet.

Davidis quoque *Chytræi præfatio*
Lectorem, præmiſſa *Saxoniæ*, eà
ſerit; quæ huius meditamenti
nuinum ſpecimen præ ſe ferunt.
:ut & in eo ipſo opere longè plus
eſtat, quàm titulus promittit, nec

Arctoi orbis modo, ſed Europææ hiſtoriæ inſtruendæ idonea conducendo, proxime ad hiſtoriæ univerſalis ſuperioris ſæculi conſilium accedit.

In ipſis *Hiſtoricis*, huius curæ exempla indicanda ſunt. Et opus quidem *Hiſtoriæ univerſalis* ab ortu rerum primo ad proxima tempora, ſyntagmate modico conſcriptum, iis tamen artibus, quæ ſcriptori amplioris operis neceſſariæ ſunt, laudatur facilius hactenus, quàm reperitur. In amplitudinem autem diffundere res geſtas, more Polybiano, non eſt unius hominis aut ætatis. Quare prudentioribus placuit, *Hiſtoriam univerſalem, certi nec longi temporis aggredi.* Fecit id ſingulari brevitatis genio *Ludovicus Guicciardinus*, etiam in anguſtiore ambitu: qui ſuum conſilium (interprete Kerckhovio) ita explicat: *hoc ad extremum deliberatum fuit, ut devorato omnium difficultatum tædio, ſigillatim certi temporis*

memo-

moriam uno libro colligarem, &
ſi in epitomate, ſummam dunta-
earum rerum, quæ in Belgio, jam
e à pace illâ apud Cameracum in-
Carolum V. Imp. & Franciſc. I. eo
ine Franciæ Regem facta, exactis
triginta annis, paſſim aliquan-
venisſent, λακωνικῶς perſtringe-
: eodemq; intertexerem datâ oc-
ne, quicquid alicubi gentium,
imè verò, in Europâ clarum, in-
e, ac memorabile interim acci-
compertum eſſet. quippe perſpi-
am, res ambas naturâ ita com-
tas eſſe, ut hæ cum illis quodam
ſi affinitatis vinculo copulatæ;
ſolùm facile invicem cohæſerint;
non minimum etiam convene-
, ad amplificationem, fundamen-
q; juſtæ hiſtoriæ, quam à me deli-
m, perficiendam gravioribus in-
iis relinquo. Non ignoravit con-
um rerum eruditè tractandum:
cavit ſibi, veniæq; conſequendæ
ones ex eo diſpoſuit, ſi Belgii
io præcipuè ſuam narrationem
iſſe, cetera non eodem ſtudio;
 ſed

ſed ſecurius, &, ut ſub manum ſuccederent, ſubtexuiſſe videretur.

Iulius Caſar Bulengerus, *hiſtoriam univerſalem* non niſi *ſui temporis* deſcribendam ſuſcepit.

Nec ulterius patet *Natalis Comitis*, *Veneti*, inſtitutum, qui ab anno 1545. uſque ad 1581. hiſtoriam univerſalem edidit: non valde illam quidem exactam, aut artibus, quæ hic ſpectantur, copioſam, non omittendam tamen in hoc tranſcurſu.

Et quando tempora, quæ *Natalis* componit, in *Iacobi Auguſti Thuani* opus congruunt; qui ab anno Chriſti 1543. uſque ad 1607. ſexaginta annorum hiſtoriam univerſalem condidit; non poterit utilior & exactior κρίσις inſtitui, quàm ſi quis illius ſcripturam cum huius expoſitione conferat, conſilia conſiliis, artes artibus ſcribendi comparet, & quid ingenio prudentiâque valeat uterque, intentiore curâ dignoſcat. Fallor, aut magno

agno exemplo conſtabit, duo
m faciunt idem, non eſſe idem:
uno eodemque argumento in-
nia decora cœlo tenus aſſurgere;
paria, inter conandum hebeſce-
& obhæreſcere. *Thuanus* enim
, cui nemo hiſtoriarum ſcriptor,
eo quo vixit tempore, per omnia
teſt comparari. Præſertim illis
ibus, quas Polybii exemplo, uni-
rſali hiſtoriæ coaptandæ, unicè
lidas & idoneas exiſtimamus.

Atque *Thuanus* quidem palam Lib.1. pr.
ofeſſus eſt, ſe *res orbe toto geſtas*
nis deſignatis & expreſſis, *poſteris*
aditurum. Inſequentia tempo-
Gabriel Bartholomæus Gramondus
ribenda ſuſcepit, ſed intra Galli-
rum rerum fines. *Hiſtoriam æta-* Lib.1. pr.
noſtræ Gallicam poſteritati tra-
m, inquit. Rhetoris more lo-
itur ad Lectorem: *ſcribere ſe res*
rum temporum Gallicas, eoq; no-
ne Europæas. & in *Dedicatione*:
tate qua vivimus, res Gallicæ, Eu-
æ hiſtoriam faciunt. Quæ figurâ

non carent. ne nunc de Aſiaticis, Africanis, Americanis rebus, quas Thuanus complectitur, aliquid dicamus.

Interdum *Editores* operum, indicem libri eo uſque extendunt, quo *Auctor* ipſe nec cogitavit. Accidit hoc *Emmanueli Meterano*. qui, cum univerſalem hiſtoriam nec aggreſſus, nec profeſſus eſſet, illi tamen, qui anno hujus ſæculi 40. iterarunt editionem, tali elogio volumina præſcripſerunt.

Ab erudito illo conſilio contexendi hiſtoriam univerſalem, plurimum abſunt tumultuarii illorum labores, qui *Mercurios* orbe toto diſcurſuros emittunt, & *Relationes*, ut quidque audiunt accipiuntque, curioſitati paſcendæ, ad horas & nundinas conficiunt. Aliud nimirum eſt, ſcribere quæ ætatem ferre queant, & componere quaſi ad uſum ſpectaculi alicuius temporarium opus: quod *Thucydides* præclarè monet. Lib. 1.

Hinc

Hinc eſt, quod *Mercurios Vltramontanos*, ſatis contemtim ridet *Victorius Sirius*, longeque alio inſtructu ſuum *Mercurium* adornat. Hic enim vir eſt, qui veras artes hiſtoricas edoctus, ab anno 1635. orſus, Italico ſermone, operis æternam famam habituri illuſtre ſpecimen dedit. Sed id apparebit clarius, ex iis, quæ jam de ipſis illis artibus, hiſtoriæ univerſali pragmaticæ condendæ deſtinatis, ſingillatim adumbrare conabimur.

Il Mercurio overo hiſtoria de' correnti tempi, tom. I. præf. ad Lector.

Artes, ſive leges quædam Hiſtoriæ univerſalis, pragmatico contextu ordinandæ, ſingillatim attinguntur.

HOc loco, ante omnia, I. Sciendum eſt: *quæcunq; hiſtoria pragmatica etiam particulari convenire putantur, ea ab hiſtoriâ univerſali, Polybiano ſenſu ſcribenda, abeſſe nequaquam poſſe.* Neque enim hîc

nuda expectatur rerum & even-
tuum conſignatio, ſicut in anti-
quorum Annalium more, & *diario*
quodam, ſive ephemeride fieri ſo-
Gell. lib. 5. c. 18. lebat. hoc enim eſſet, ſi *Sempro-
nium Aſellionem* audimus, *fabulas
pueris narrare, non hiſtorias ſcribe-*
Tacit. 1. Hist. 4, 1. *re.* cum potius id agendum ſit, *ut
non modò caſus eventuſq; rerum, qui
plerumque fortuiti ſunt, ſed ratio
etiam cauſaq; noſcantur. Nobis enim,*
l. 1. inquit Aſellio, *non ſatis eſſe video,
quod factum id pronuntiare, ſed et-
iam quo conſilio quaq; ratione geſta
eſſent, demonſtrare. Polybius* in hâc
Lib. 3. p. 163. ſententiâ animoſius, *quorſum,* in-
quit, *ægroto medicus, qui ignoret cau-
ſas affectionum humani corporis?
quæ item viri illius utilitas, qui ad
tractandam remp. acceſſit, & neſcit
dignoſcere, quomodo, quare, & unde
ſingula, quæ eveniunt, cauſam cur
fierent ſint nacta? Siquidem, ut me-
dicus ille nequaquam, ut oportet, re-
ctam curandis corporibus rationem
inierit; ita neq; vir pragmaticus*

aut

Digitized by Google

aut in gerendâ republicâ occupatus, quicquam eorum, quæ tractandâ offerentur, rectè ſubductâ ratione ſuſceperit, abſq; earum, quas diximus, rerum cognitione. Quare nihil æque oportebit curare & requirere, quàm omnium eventuum cauſas. Id quod *Caſaubonus* in *Dedicatione* operis Polybiani magnifice exequitur.

II. *Magno animo aggrediendum eſt opus hiſtoriæ univerſalis, & extra tricas poſito, quique veritatis eruendæ ac dijudicandæ peritiâ ſit præditus.* Ab animo parvo & pravo nihil expectatione dignum prodibit. Corrumpitur enim, ut in vaſe parum ſincero, quicquid incidit in malignas & minutiis aſſuetas animas. *Thuani* eximia prorſus virtus, ubiq; præclariſſimo operi, genium infudit, & vigorem. Quippe *obfir-* lib.127.p. *mato contra calumnias & obtrectationes animo, conſcientia* tutus, iter 989. tenuit ambitione & periculis vacuum. Ab iis, qui livore pleni nunquam rectis oculis aſpicere nego-

tia poſſunt, quid tu purum aut hiſtorici officio conſentaneum ſperes? Quid de iis, qui etiam in hiſtoriâ, loco maxime alieno, neminem, in religione diverſa ſentientem, vel nominare niſi *hæretici* convitio verberatum poſſunt, contra morem civilis vitæ & ſtilum legum publicarum? Magnus non poteſt cuiquam contingere animus, absque divino beneficio. Dubitavit *Livius*, an Hiſtoricos deceret, more Poëtarum divinam opē expoſcere, & *orſis ſuorum operum ſucceſſus proſperos* impetrare. At majoris animi eſt pietas, neq; moris, ſed officii viro prudente digni eſſe exiſtimat, cœptorum laborū primordia precibus honeſtare. *Thuanus*, de ſuo inſtituto præfatus, graviter addit: *quod ut nobis concedat omnium gratiarum largitor Deus, eum toto pectore per generis humani propitiatorem, qui cum ſpiritu conſolationis per ſæculorum æternitatē regnat,* JESUM CHRISTUM, *etiā atq; etiam rogamus.*

lib. 1. pr.

III. Et

Digitized by Google

III. Et quando pars eſt cautionis neceſſariæ, *explorata tradere*: primas quidem partes experientia ſibi vindicat. de quâ magnifice *Polybius*, partem rerum à ſe ſcriptarum commemorans, ad hunc laborem ſe maximè eâ re impulſum gloriatur, *quod non ſpectator modo plerorumq; ſed adjutor, & nonnullorum auctor adminiſtratorque extiterit.* διὰ τὸ τῶν πλείστων μὴ μόνον αὐτόπτης, ἀλλ' ὧν μὲν συνεργός, ὧν δὲ καὶ χειριστὴς γεγονέναι. Quia tamen id non omnibus nec ſemper poteſt contingere, proximum eſt & experientiæ inſtar habet, ab actoribus auctoribusque rerum, eorumq; commentariis, aliisq; probatiſſimis monumentis, magno delectu judicioq; conquirere, quæ in hos uſus valeant. Quare *Diodorus Siculus* valde commendat, τὴν ἐν Ῥώμῃ χορηγίαν τῶν πρὸς τὴν ὑποκειμένην ὑπόθεσιν ἀνηκόντων, *ea quæ Romæ ipſi ſuppeditata ſint ad argumentū hiſtoriæ pertinentia*: ut & τὰ παρ' ἐκείνοις ὑπομνήματα ἐκ πολλῶν χρόνων τετηρημένα, *commentarios*

Lib.3.p.161. c.4.

Lib.1.p.5.

rios

rios rerum à longo tempore ibi aſſervatos. Thuanus, qui & ipſe multis rebus publicis interfuit, & in peregrinatione ſuâ plurima futuro operi, quod meditabatur, conducibilia collegit, etiam *ſingulis libris nominatim præmiſit, quibus uſus eſſet ſubſidiis.* quod ante eum, *Aventinus* fecerat. operæ pretium eſt, audire ipſum, optimum probæq; mentis & orationis virum in apologiâ operis Hiſtorici. *Eodem tempore*, inquit, *inchoatum hiſtoricum opus, ante* XV. *annos animo cõceptum, comparata ad id undiquaque per totum illud tempus materiâ, & per peregrinationes in adoleſcentiâ, virorum illuſtrium tota Europa aut per literas aut coram contractâ familiaritate, ac noſtrorũ imprimis, qui res magnas ſub regibus geſſerunt, commentariis item illorum qui præcipuis legationibus functi ſunt, & ipſorum* IIII *virum à ſecretis epiſtolis, ſcriniis diligentiſſimè pervolutatis: etiam libris (nam nihil diſſimulandum) qui factionum arden-*

commentar. de vit. ſuâ. lib. 5. p. 81.

ardente incendio utrimque publicati ſunt, in conſilium adhibitis, ſed ad eorum, qui rebus ipſis interfuerunt, fidem, religioſè poſtea examinatis: ut non ex rumoribus & ſparſis libellis, quod injurioſè Thuano à malevolis exprobatum eſt; ſed ex ipſo veritatis fonte hauſiſſe, quæ ſcripſit, meritò aſſeverare poſſit. Addantur ſequentia, & illud, quod ſubjicitur: *hoc & obſervabat religioſe, ſicuti ex ipſo audivi, ut præter orationes, quas quiſque fidelium mane ſurgens ad Deum concipere tenetur, peculiarem pro inſtituto opere faceret, & non niſi expiata per preces ab affectibus mente ad ſcribendum accederet, numen invocatum venerans, ut ſibi præſenti auxilio adeſſe dignaretur, & lumen menti præpanderet, quo inter factionum & odiorum æſtus latentem veritatem eruere, & in apertum citra livorem & adulationem educere ſibi liceret.* &c. Sed, ut virtus & ingenium *Thuani* ſingularis eſt exempli; ita delectus & judicium in ſe-

in ſequendis aut non ſequendis; quæ alii conſignaverunt, ad ſummum laudis profecit. *Natalis Comes* in principio ſui operis promittit quidem: *ſervabimus tanquam jurisiurandum, ne ſcientes mentiamur.* Sed parum ſolicitus fuit, de teſtium teſtimoniorumq; delectu: ſicut, ne alia nunc attingamus, vel ex locis patet; ubi *Surium*, citra examen, deſcribit.

IV. *Principium* in arduo & magno opere Hiſtoriæ univerſalis, ſicut in ædificio fundamentum, *ſummâ curâ oportet conſtituere, & quodammodo in ſolido locare.* Facundus eſt de hoc artis genere *Polybius* & magniloquus. Ponit primo communẽ regulam: ληπτέον δὲ καὶ τοῖς καιροῖς ὁμολογουμένην καὶ γνωριζομένην ἀρχὴν παρ' ἅπασι, καὶ τοῖς πράγματι δυναμένην αὐτὴν ἐξ αὐτῆς θεωρεῖσθαι. *Sumendum autem eſt principium, quod & tempora certa, ac apud omnes nota habeat, & res ejusmodi, ut ipſum per ſe poſſit intelligi.* Ne ſcilicet, ſi aliunde pendeat;

Lib. I. p. 5. c. 5.

deat, & per ambages demonſtrari opus habeat, *ἀνυπόστατος ἡ τῆς ὅλης* Ibid.
ὑποθέσεως ἀρχὴ γένηται καὶ θεωρία, totius argumenti explicatio ſuo quaſi demonſtrationis fundamento careat. Deinde, *apparatum* ipſum hujus curæ, & quomodo in fundamento tali conſtituendo verſandum ſit, oſtendit in illis mox ſubſequentibus ac cohærentibus verbis: *κἂν δέῃ τοῖς χρόνοις βραχὺ προαναδραμόντας κεφαλαιώδη τῶν μεταξὺ πράξεων ποιήσασθαι τὴν ἀνάμνησιν. etiamſi oporteat repetitus paulo altius temporibus, medii intervalli res geſtas ſummatim in memoriam revocare.* Denique *duos in-* Lib. 2. & 3.
tegros libros operi ſuo præmunit, donec libro tertio ad res ipſas, quas Lib. 3. c. 1.
ſuſcepit ſcribendas, accedat; & principium jam in luce poſitum exhibeat; repetitâ & denuo incul- Confer. lib. lib. 4. c. 2.
catâ hujus conſilii philoſophiâ.

Gemina his *Thuanus* orditur: cujus totus *liber primus* ad conſtituendum accuratè principium & habitum argumenti refertur. In quo

labo-

Lib. 1. p. 22. labore, *Hæc*, inquit, *quamvis altius repetita commemorari breviter neceſſarium duxi; quando ea, quæ deinceps ſcripturi ſumus; ab illis veluti continuatâ ſerie pendent, & ad conſiliorum & eventuum, qui deinde ſecuti ſunt, intelligentiam conſenſione quadam pertinere viſa ſunt.* An ſatis diſertum Polybii interpretem hæc verba produnt?

V. *Singularis eſt Polybio* & propria diligentia; ad contextum rerum omnium demonſtrandum, in eo, quod poſt apparatum illum ampliſſimum; *inſuper lectorem ſuum jam ſatis præparatum, ſummâ totius hiſtoriæ inſtruit; & quaſi in toto contueri jubet, quæ ſingillatim & per partes inde cognoſcenda daturus eſt.* (lib. 3. cap. 2. 3. 4. 5.) Quæ προέκθεσις ſive *contracta in unum prænarratio argumenti; ita confecta eſt; ut ſit* ἀκόλουθος τοῖς εἰρημένοις ſive *cum ante in apparatu expoſitis cohærens.* Cui ſtudio vix eſt; quod uſquequaque compares. Nam *breviaria* & *lemmata*; quæ ſingulis libris apud

âpud *Thuanum* præmittuntur, ad conſpectum quidem argumenti, in partibus, ſed alio quodam modo valent.

VI. Non tantum autem *in illâ præmunitione principij* (quanquam hîc potiſſimum) ſed etiam *locis aliis opportunis & ad magna argumenta tendentibus, judicio exacto habitus rerum animorumque undecunq; ad contextum hiſtoriæ pertinentium, ſignari & in conſpectu poni debet. Thuanus*, indicato hiſtoriæ argumento, *quod antequam aggredior*, inquit, *conveniens inſtitutæ narrationi videtur eſſe, ut prius, qui ſtatus rerum, quæ conſilia & vires principum, qui motus animorum tunc eſſent, breviter ſed altius ducto initio, explicetur. Itaq; à Gallis & Hiſpanis, penes quos rerum ſumma & reliquorum principū fortuna erant, auſpicabimur.* lib.1.pr. Ita *Victorius Sirius* Hiſtoriæ ſuæ præmittit ſtatum rerum in Europa, anno 1635. unde orditur: *quæ diſpoſitiones, paratus, re-* tom.1.lib.1.

gula,conſilia,rationes utilitatis apud *Hiſpanos, Gallos, Pontificem, Venetos, Genuenſes, Sabaudum, Florentinum, Mantuanum, Parmenſem, Mutinenſem, Helvetios, Hollandos, Imperatorem & Domum Auſtriacam, Ligam Catholicam, Principes Proteſtantes, Reges Sueciæ, Daniæ, Hungariæ, Poloniæ, Angliæ.* Vide,& mirare diligentiam & prudentiam ſcriptoris. Hoc eſt, quod *Polybius* dicit: πρὸς δὲ τούτοις τὰς ὁρμὰς καὶ τοὺς ζήλους ἐξηγητέον, τίνες παρ' ἑκάστοις ἐπεκράτουν καὶ κατίσχυον, περί τε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους καὶ τὰς κοινὰς πολιτείας. *dicendum inſuper* (ita *Cauſabonus* reddit) *de animorum inclinationibus & ſtudiis, quæ apud ſingulos populos,tum in vitis privatorum, tum in publicis conſiliis obtinebant ac præcipuè vigebant.* Addi debent antecedentia & ſequentia.

VIII. *In magno argumento, ſunt omnino quædam ſpatia & intervalla, ut in viâ lapides, conſtituenda.* Eſt hæc res judicii majoris, quam prima ſpecie apparere poteſt. Adeo

Digitized by Google

Adeo ut magnus & ſingularis in hoc genere haberi debeat *Diodorus*. Hic non tantum ab initio ſtatim deſignat, quam periodum *primis ſex libris*, quam *ſequentibus undecim*, quam item *tribus & viginti reliquis*, complexus ſit: ſed ſingulis deinceps libris, quo progreſſurus ſit, novâ partitione oſtendit: *Hac de rebus Ægyptiis ſatis ſit dixiſſe; nunc Aſſyriorum res perſequemur.* Et ſic in ceteris. *Libro quarto, novo inſuper exordio* utitur; & *res prioribus libris traditas*, & *hoc tradendas* clare recenſet. Libri *quinti* principio, & *regulam* hanc tradit, & *exemplis* declarat, & *modum* ita ſcribendi diſertius exprimit: *Hiſtoriarum ſcriptores omnia quidem ad ejuſmodi ſcriptionem utilia probe decet obſervare, tum inprimis ſtudioſos eſſe, τῆς κατὰ μέρος οἰκονομίας, bene diſtributi in ſingulis partibus ordinis. Sicut enim bene ordinata ratio in re familiari plurimum ad conſervandas & augendas*

lib. 1. p. 3. *lib. 1. f. p. 89.* *& lib. 2. pr. p. 90. add. lib. 3. pr. p. 143. lib. 4. pr. p. conf. l. 15. p. 328. & 408. lib. 5. p. 285. & ſeq.*

opes confert: ita in hiſtoriis, ſcriptoribus non parva præſtat adjumenta. Taxato ſubinde *Timæo*, *Ephorum* laudat, non *componendis magis*, *quàm diſponendis rebus paſſim geſtis inſignem.* τῶν γὰρ βίβλων ἑκάστην πεποίηκε κατὰ γένος περιέχειν τὰς πράξεις. *Partes* ſcilicet *ſingillatim*, *neque per tempora*, *ſed per ſpecies exequebatur*, *quò diſtinctius demonſtrari cognoſci possent.* ut verbis *Suetonii* hûc apposite pertinentibus utamur. *unicuique libro certum rerum genus attribuit.* quo exemplo *Diodorus*, illum ipſum librum quintum, *inſularem* nominavit. Certum quidem tempus unicuique parti rerum definire ſolet, ſed prout res ſe invicem conſequuntur complentque, ut divelli non debeant, ante complementum. Quo ſenſu *Curtius*: *Quæ interim ductu imperioque Alexandri vel in Græcia, vel in Illyriis ac Thraciâ geſta ſunt: ſi quæque ſuis temporibus reddere voluero, interrumpendæ ſunt res Aſiæ. Quas*

in Aug. c. 9. — *lib. 12. p. 73.* — *lib. 5. c. 1.*

Quas utiq; ad fugam mortemq; Darij univerſas in conſpectu dari, & ſicut inter ſe cohærent tempore, ita opere ipſo conjungi, haud paulo aptius videri poteſt. Et *Tacitus*: *Hæc quanquam à duobus proprætoribus plures per annos geſta, conjunxi, ne diviſa haud perinde ad memoriam ſui valerent. Nunc ad temporum ordinem,* (qui in Annalibus per annos ſignatur) *redeo.* Hoc eſt *Diodoro*, τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας ἀναπληροῦν. *Hiſtorici enim eſt, res geſtas integre exhibere, à principio uſque ad finem.* πράξεις αὐτοτελεῖς, ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχρι τοῦ τέλους. οὕτω γὰρ μάλιστα διαλαμβάνομεν τὴν ἱστορίαν εὐμνημόνευτον καὶ σαφῆ γενέσθαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν. *Ita enim præcipue hiſtoriam credimus facilius memoriâ comprehendi poſſe, & perſpicuam lectoribus fieri.* Ad novum ejuſmodi intervallum ſignandum, *interſeri ſolent* aliquando *præfationes aliquæ.* quas *Diodorus*, ſtudio brevitatis non conſectatus, aliquando tamen *opportune ex utili-*

12. Annal. c.40.

lib.11.pr.

Diodor.lib.16.pr.

lib.13.pr.

Digitized by Google

tate argumenti adhibet. Polybium ſtudioſius hoc feciſſe, ex iis, quæ ſuperſunt, licet colligere.

v. lib. 12. pr. & lib. 14. & lib. 15. & lib. 19. pr. & lib. 20. pr.

Thuani huc pertinent, *libri octavi initium*: ut & *libri viceſimi, viceſimi quarti, quadrageſimi, quadrageſimi ſecundi, quadrageſimi tertij, quadrageſimi octavi, quadrageſimi noni, quinquageſimi primi, ſexageſimi ſeptimi, ſeptuageſimi quarti, ſeptuageſimi ſeptimi, & ſequentis, octogeſimi primi, octogeſimi quarti, nonageſimi ſeptimi, centeſimi quinti, centeſimi decimi, centeſimi decimi quarti, centeſimi viceſimi ſecundi, centeſimi viceſimi quinti, centeſimi viceſimi ſeptimi, centeſimi trigeſimi, centeſimi trigeſimi quinti, centeſimi triceſimi ſeptimi.* præter alia in ipſo opere loca. nam quædam tantum in exemplum poſuimus.

VIII. Ex propoſito illo, contexendarum, quæ hiſtoriam univerſalem conſtituunt, rerum, etiam iſta peculiari quodam & proprio modo fluit, *judicandi, digredien-*

di &

diq; Polybiana conſuetudo. Omnis quidem hiſtoria pragmatica eam admittit: ſed ſingularis forte character animadverti poteſt, quo ampliori hiſtoriæ univerſalis inſtituto attemperatur. Qui *judicium* ſcriptoris interponi non debere hiſtoriæ, exiſtimant, non meminerunt, ſcribi omnino aliter hiſtoriam non poſſe. judicet enim rectè de rebus oportet, qui ſcripturus eſt, & ſui judicii notas in ſcripturâ totâ exprimat. ſecus à ſcopo aberrare videbitur. Etiam, qui modeſto *commentariorum* nomine utuntur, vitare hoc non poſſunt. Nam, ſi Julium Cęſarem, judicium ſuum premere in hiſtoria crederem, judicio uti non viderer. Idem de *Sleidano*, imitatore tituli Cæſariani dixeris. *Orationes* & conciones interpoſitas, *Voſſius* judicii partem facit, & in hiſtoria defendit; *Polybianaſq;* conſignat. Eſt autem magnum diſcrimen inter *orationes Veterum*, & quæ *noviſſimis hiſtoriis* in- *de art. Hiſt. cap. 20.*

ſeruntur. Veteres enim ſæpius, non quid dictum ſit, ſed quid dici appoſitè & convenienter potuerit, multo eloquentiæ ingeniique cultu compoſuerunt. At *Thuanus*, & qui hodie artem hiſtoricam intelligunt, ex ipſis actis publicis commentariisque, quid revera conſultatum peroratumq; ſit, plerumq; exponunt. Quæ res aliam quandam, eamque inſignem, dignitatem habet. Ob *digreſſiones* alias vehementer reprehenſus eſt *Polybius* à *Sebaſtiano Maccio*; defenſus autem ſtrenue à *Gerardo Ioanne Voſſio.* qui tamen pro prudentia qua valebat, hanc tanquam *ἰδιοπρέπειαν* in *Polybio* non excuſari modo ſed laudari poſſe, eo, quod non aliter aut alibi digrediatur, niſi ubi rei intelligentia & commoditas poſtulat, cum dixiſſet, notabiliter addit: *Nec propterea neceſſe puto, hac ſemper parte Polybium potius imitemur, quàm ceteros, qui digrediendo & parciores ſunt & breviores.*

De arte Hiſt. cap. 22.

IX. Va-

IX. Valere poteſt & debet hoc judicium, quando vix negari poteſt, Polybium ſingulari prorſus inſtituto uſum, omnes ſcribendi rationes non minus quàm decebat illuc accommodaſſe. Ex eo genere eſt etiam illa ſententia, quæ nobis *Deſcriptionem Reipublicæ Romanæ incomparabilem* peperit. *Ibi*, inquit, *narratio noſtra ſubſiſtet, & ſermonem in deſcribenda Romanorum Republicâ occupabit: ut ex conſequenti, demonſtretur, quod plurimum Romanis* ἡ τοῦ πολιτεύματος ἰδιότης, *illa qua uſi ſunt propriè Reipublicæ forma, profuerit, non modo ad Italiam & Siciliam recuperandam, Hiſpaniamque & Galliam ſubigendam, ſed etiam ad orbem terrarum ſuæ ditioni adiiciendum.* Vera, ſine dubio, ſed ex reconditis civilis prudentiæ penetralibus deprompta ſententia; quam etiam tentavit *Salluſtius* non uno loco. *Thuanus* nihil horum ignoravit. Igitur opus eius plenum eſt *Digreſſioni-*

Lib. 6. — Lib. 3. c. 2. pag. 158.

 bus,

bus, Deſcriptionem variarum totius orbis Rerumpublicarum, Regnorum, imperiorum, ſtatuum, continentibus. Qua in re, ut ſemper, magno judicio delectuq; verſatur. Exemplo eſſe poteſt *Deſcriptio S. Romani Imperij*, qua ad Germanos pertinet. Licet enim aliqua ſint, quæ aliter deſcribi poſſunt & debent, judicio tamen vſus eſt tam candido rectoque, ut pudorem incutere poſſit multis Germanorum, qui oculis longe minus illuminatis iſthæc talia aſpexerunt. Quanto ſit inferior *Natalis Comes*, ingenio, judicio, diligentia, peritia, licet intelligere ex conatu illo, cum *Comitia Imperii* deſcribere aggreditur. Sed id jam oſtendit erudita cenſura magnum quondam huius Academiæ ornamentum *Caſpar Bitſchius Iuriſconſultus*; cuius *Animadverſiones in Natalem*, qui pluris faciunt, quàm ipſum Natalem, non habeo qui refutem.

lib. 2.

lib. 16. pag. 341.

X. Eodem pertinent, non tam lauda-

laudationes quàm pragmaticæ *deſcriptiones virorum Principum, adminiſtrorum, doctorum, artificum*; qui ſuam famam induſtriamque, partem ſæculi & Reipublicæ fecerunt. Cur enim inventa illuſtrium ingeniorum, varias apud nationes extra commercium communium utilitatum in Republicâ humani generis in medium conferendarum, ſeponantur, aut ſegregentur? Illorum quoque, quorum res geſtæ in hiſtoria certi temporis vtramque paginam faciunt, memoria & quaſi imago, ad extremum vno conſpectu, & in ſummâ vitæ, exhiberi debet. Quæ diligentia in *Thuano* eximiè eminet.

XI. Vulgo vix bene cognitum eſt, *quantum univerſa mercatura & negotiationis ratio, eiusque bona & mala, ad rempublicam pertineant*. At in contextu, quem totiens hactenus laudamus, ordinando, hic locus quàm commendatiſſimus eſſe debet Hiſtorico, qualem optamus.

mus. Rara & pæne intacta palma, in medio conſtituitur, ſi quis periculum velit facere. Non enim in magnis tantum illis Societatibus ratio, quam indicavimus, obtinet, ſicut de *Indicana Societate* apud Belgas, *Grotius* annotat, quod poſt initium huius ſeculi *magna pars reipublicæ cœperit haberi*: ſed in partibus quoque minus amplis diffuſisque, reipublicæ commodis incommodisque miſcentur, quæ recte aut ſecus circa mercimonia ſuſcipiuntur conſtituunturque.

Hiſt. lib. XI. pag. 429.

XII. *Polybio* non minima ubique cura fuit, etiam *rei militaris rationes, per omne genus tractandorum armorum, accuratius perſequi*. Quare *Lipſius de Militia Romana* ſcripturus, hunc ſibi fundum fecit, & quaſi commentarium in Polybii militaria adornavit. In quo tamen opere, multa deſideraſſe *Ioſephum Scaligerum*, teſtatus eſt, qui poſtremæ eius valetudini diligenter aſſedit, *Daniel Heinſius*. Optandum

in epiſt. ad Lingelsh. msc.

dum erat, vt *Caſubonus* abſolveret, quos deſtinaverat animo commentarios; de quibus *Bongarſius* in anteceſſum ſpem fecerat: *Politica & rem militarem diligenter excutit: recentioribus aptat illa vetera, magno labore, maiori iudicio.* Sed illa quidem ſpes decollavit. ſicuti & altera de doctiſſimo *Schelio*; cuius *Notæ in caſtra Polybiana*, & *Diſſertationes aliæ in capita digeſtæ*, ſatis oſtendunt, quantum in arduo hoc labore ab eo ſperandum fuerit. *Salmaſium* quoque Princeps Arauſionenſis, ad ſcribendum de *Militia Romana* extimulaverat. ſed *fragmentum* tantum *poſthumum* ad quædam, quæ tempus in Militiâ Romanâ mutavit, pertinens, in dias luminis auras exivit. Multa autem ſupereſſe, quæ in militaribus Polybii, nondum ſunt ad liquidum perducta, id vero inter eruditos conſtat.

In epiſt. ad Lingelsh. an. 1605.

Salmas. epiſt. 83. ad Peyreſc.

Et ſane, cum militia ſemper aliquid novi adferat, in hiſtoriâ univerſali

verſali ſcribendâ, non ſequendæ ſunt ſchedæ eorum, qui res novas & eventus varios pretio emunt venduntque; ſed ex literis ducum præfectorumque militarium, & diariis caſtrenſibus, ita colligendæ ſunt res geſtæ, ut mos militiæ cuiusque temporis, ſtilo & ritu proprio peritisque uſitato exprimatur. Ponamus exempli loco, *Machiavelli libros de arte militari*, ubi inventa militiæ parvis ſæpe temporum intervallis immutata, uſumq; variis momentis diſtinctum, demonſtrat. Quo accedere poteſt *Hermanni Hugonis Militia Equeſtris.* Similis aliqua peritia, Hiſtorico neceſſaria eſt. Et quoniam hodie pleraque omnia ad tractationem militiæ pertinentia vocabulis Gallicis & peregrinis exprimuntur, dederunt operam, vt Latina idonea, ex comparatione antiquitatis, vel ex re & neceſſitate præſenti conquirerent, *Daniel Heinſius in obſidione Sylvæ Ducis*; *Hugo Grotius, in Obſidione Grollæ*

Grollæ; *Hermannus Hugo in Obſidione Bredana*, *Famianus Stradâ*, *in Belgicis*. quæ tamen non ſtatim ad obviam intellectionem ita expromta videbantur, quin *indiculo aliquo*, *ſive gloſſario*, aut *adiectione marginali*, Latinis peregrina compararentur.

In re & militiâ navali, multis mutationibus in hunc diem innovatâ, nondum extat ſimilis induſtriæ exemplum in Hiſtoriâ. *Thomas* enim *Rivius* in *Hiſtoriâ Navali, Antiqui*, & *Medij ævi*, ad ſummam rei geſtæ reſpicit; neque ſingulis motibus congreſſibusq; navium, & pugnæ artisque nauticæ molitionibus intentus eſt. Si leges, quid *ſuperioris ſæculi anno octogeſimo octavo inter Hiſpanicas Anglicasque claſſes* actum ſit, apud *Meteranum*: fa- *lib. 15.*
cile intelliges, *Stradam*, & *Camde-* *dec. 2. lib. 9.* *Part. 3.*
num, ea ſecutos eſſe, quæ prælii e- *Hiſtor. lib. 1.*
venta ſummatim ſignarent. Nec *lib. 89.*
multum vltra, *Grotius* proceſſit. *Thuanus*, Meterani veſtigiis inſtitit.

XIII. Non

XIII. Non poſſunt in Hiſtoriâ Vniverſali omitti, quæ ad Statum Religionis pertinent. Quare *Thuanus*, ex *Sleidano*, quæ in annos certos congruunt, diligenter mutuatur. Huius enim viri candorem, prudentiam, fidem, ex merito æſtimavit. *Acta* quoque *Colloquiorum* de religione inſtitutorum, & alia eodem pertinentia ſcripta ſedulo evolvit, vt poſſet, quamquam brevem ſummam exhibere. Et quia utrinque ſcripta & dicta cognoſcere & narrare potius, quàm præter officium hiſtorici alteram partem inſectari voluit; tum etiam, quia acerbius in alteram partem facta, non laudanda ſuſcepit; odium graviſſimum incurrit hominum maleferiatorum; teſtatum famoſo libello; cuius titulus erat: *Io. Baptiſtæ Galli Notæ in Hiſtoriam Thuani.* qui liber ſententiâ Curiæ Pariſienſis, manu carnificis crematus eſt.

v. lib. 28. & 29. & 127.

XIV. *Pietatis* non leve ad ſcribendæ hiſtoriæ facultatem momentum

mentum eſſe, jam ante profeſſi ſumus. Sicuti autem pars pietatis utiliſſima eſt, divinæ providentiæ, in rebus humanis, publicis, privatisque, occupationem, diligenti oculo ſcrutari atque venerari: ita *Hiſtoriam præſertim univerſalem, valde decet obſervatio illa perpetua, quomodo Deus ſuum in magnis publicisq; negotiis regimen ac moderamen conſpici voluerit.* Vt vere fiat, quod *Diodorus* quamvis ethnicus extulit: Hiſtoricos, ὥσπερ τινας ὑπουργοὺς τῆς lib 1.
θείας προνοίας *tanquam adminiſtros* & quodammodo imitatores *divinæ providentiæ eſſe. Cominæus* in hoc propoſito pietatis, diligens & aſſiduus eſt. vt & *Thuanus.* Quanquam hic locus erudita & theologicâ cautione indiget, ne vel ſcrutari nimis humanæ obſervationi exemta, vel rectæ religioni minus probata pronuntiare, quis auſit. Facilis enim lapſus eſt: vt multis exemplis conſtat.

Sed quid ſingula conſectamur?

Artes condendæ Hiſtoriæ Vniverſalis, non tam eſt facile ſtilo explicare, quàm erudito & ſubacto iudicio obſervatas, intra animum reponere. Igitur ne ludibrium debeamus iis, qui, ubi multa dixerimus, pauca à nobis eſſe expoſita, non ſine ratione credent; ingeniis reconditæ doctrinæ capacibus pleraque relinquentes, rudiore tantum Minervâ magnitudinem ardui operis, non in ſpeculo, quod verum & iuſtum rerum modum, iuſtove maiorem; ſed in eo, quod minora longe quám ſunt, exhibet omnia, velut ex intervallo & in umbra, quodam modo deſignare, ſatis habebimus.

Diximus ſupra, ſcripturo Hiſtoriam Vniverſalem opus eſſe cognitione accurata, regularum, reſpectuum, conſiliorum, rationumque interiorum, quibus regnorum, principatuum, rerumpublicarum ſtatus, tanquam ſibi propriis, gaudet fruiturque. Sed hoc pruden-

Digitized by Google

prudentiæ genus, quám latet in abdito? quàm periculoſe quæritur? quàm ægrè reperitur? Dicam verbis *ſummmi ſummarum rerum tractatoris & actoris*, ut lucidius fiat, quod obſcurum eſt. *Diſtinguendum reor*, inquit, *in ſcripturis de eo* ex epiſt. mſt.
quod regum rerumve publicarum intereſt, inter VERITATEM *&* OPINIONEM. *Nam* ALIVD *forſan Germaniæ Galliæque ſtatus poſtulat,* ALIVD *rerum potientibus poſtulare videtur. Vir prudens & iudicio valens, accedente præſertim cognitione geographicâ, de* VERA CVIVSQVE NATIONIS VTILITATE, *ſatis adrem reſpondere poteſt. quin & de eo,* QVOD REGNANTIBVS RE VERA VTILE EST: *ſed de eo,* QVOD REGNANTIBVS VTILE APPARET *& commodum videtur, is demum exactè iudicat, & accuratè arbitrari aptus erit, qui ipſorum regnantium & primariorum adminiſtrorum perſonas indoleſq; & veluti characteres ſatis perviderit. Ex qua*

pragmatica ethices parte omnis hic politicorum Ratiocinatorum habitus penè dimanat. Rohaneus ipſe magis de eo loquutur, quid facere rectores populorum debeant, quàm quod faciunt aut facturi videntur. Sed ILLVD *ſine* HOC *noſſe, ad praxin non ſufficit. neque de eventibus ex vera ſed apparente cuiusq; vtilitate pronuntiari convenit. Per eſt difficile, quid conſtanter de eo, quod facti eſt, apparente nempe principum bono, ſcribi. quùm in annos, imò in horas, pleraq; varientur. Polybius, Tacitus, Cominaeus, Poſſevinus, & ad rationalem, vt ita loquar, hiſtoriam propiores reliqui, hic vſui erunt, iuxta cum Machiavello in Florentinâ, Herberto, Hiſtoriâ Excenſus Anglorum in Inſulam Ream, Verulamio, in Henrico VII. adde Vlicovium Demonſtrat. polit. pro elig. Reg. Pol.* Hæc ille, ex medio rerum uſu tractatuque. Opportunum ſanè eſt, quod de *Vlicovio* affertur Indagavit ille *utilitates Regni Poloniæ*, tam exquiſito

ſito ratiocinationis ac demonſtrationis genere, ut ſimile exemplum forſan nominari nequeat. Multum negotii fruſtra ſuſcepturus erat, qui ante Electionem Novi Regis, contradicere inſtituiſſet. Sed poſt electum Piaſtum, fortaſſe non defuturæ eſſent rationes, quibus argumenta ante valere viſa in contrarium verterentur. Adeo commutabilis eſt ſapientia, quæ de regnorum commodis incommodisque, demonſtrationes ſectatur. Scriptores nominati, ſui quisque temporis bona malaque indicaverunt. Aliud tempus alios mores, aliud iudicium poſtulat. Commendavimus ſupra hoc nomine etiam *Victorium Sirium*. Et poſſunt addi *Scriptor Miniſteriorum Cardinalis Richelii, & Mazarini*; vbi non moratur in locis communibus: & *Domini de la Cour Belgica, Conſideratien* van Staat / *Intereſſe* van Holland / &c. Jam fingamus, *ſcribendam eſſe Hiſtoriam Vniverſa-*

verſalem huius ſæculi, ab initio nimirum usque ad annum ſeptuageſimum, quem ingreſſi ſumus. Quanto apparatu opus? Collecta extent in una Bibliothecâ, ad hoc ſæculum ſpectantia omnia volumina hiſtorica, acta, itineraria, relationes, navigationes, monumenta, variis linguis typisque Europæis vulgata. Et erit hæc ſane ampla & numeroſa ſatis librorum congeries: quamvis nonnullæ nationes parcè ſe adhibeant in ſuis rebus publicandis. Quanti in his omnibus hiatus? quàm multa manca, mutila, alterius partis relatu defecta, diligentiâ exiguâ, judicio nullo congeſta? Qui non intelligunt, quid ſit hiſtoriam ſcribere, nimium ſibi eſſe ſubſidiorum credent. At prudentes ubique invenient, quod deſiderabunt. modo huc, modo illuc oculos adiicient, & interrogabunt, quis nobis fores huius aut illius archivi recludet? quis legatorum relationes, negotiatorum commen-

Digitized by Google

mentarios, miniſtrorum literas, aularum ſecreta & conſultationes nobiſcum communicabit? Pudebit loqui, vbi hæreas: pudebit tacere, vbi contextus rerum, vocem poſtulat. Tum, quantam ſcientiam hæc Sparta poſtulat? cuiusque gentis jura & mores accuratè noſſe, quàm non ſit res obvia, *Hortlederus* monſtravit in Exteris, Germanica ſcribere volentibus: nec eſt, quod contingere non poſſit Germanis, externa ſcribentibus. Interiora rerumpublicarum ſtatuumque propoſita, conſilia, molimina, ut non ſemel jam dictum eſt, in numerato eſſe debent. Geographiæ emendatæ peritia, rei nauticæ, militarisq; & mercatoriæ intellectus, itidem non abeſſe poteſt. Notitia ingeniorum animorumque, vel ut in populo, vel ut in ſingulis: iudiciũ de actionibus, vel ut oſtenduntur; vel ut deſtinantur: proviſio eius, quod in ſummam, aut quod ſeorſum conſequitur: examẽ veritatis, inter ſtudia odia- *in præfat. Act. publ.*

odiaque diverſè tractæ: delectus alieni judicii, ubi proprium expediri non poteſt: obſervatio inclinationis temporum, mutationis rerum: diſcretio occaſionum: connexio momentorum: denique omnis prudentiæ civilis in multam abditiſſimarum artium amplitudinem patens complexio, hîc velut in unum conducitur acciturque: ne ſcriptor tanti operis vel ad pauca reſpicere, quod Ariſtoteles in philoſopho tolerare non potuit, vel hoſpes ubivis eſſe, qui ubique patriam agnoſcere debebat, credatur.

Atque in his omnibus & ingenii & prudentiæ artibus, ſine dubio nihil eſt exquiſitius, nihil rarius, nihil difficilius, quàm res ita animo concipere, vt cohærere & copulari poſſunt, & ita contexere, vt anima explicationis & demonſtrationis in colligatione illâ, conſtitui videatur. Pauci ita ſcripſerunt ſcribentque: Pauci ita intellexerunt intelligentque. Experientia, mille teſtes.

Quod

Quod ſi unum & alterum de commilitonibus ad legendum hoc modo intelligendumque, *Polybium* & *Diodorum* ex veteribus: *Thuanum* ex junioribus, excitare poſſemus; jam conſtaret nobis abunde ratio ſusceptæ huius operæ: cui veniam apud æquos lectores paratam, nihil dubitamus.

Digitized by Google

187

JOH. HENRICI BOECLERI

HISTORIA VNIVERSALIS

A

MUNDO CONDITO

VSQVE

AD

CHRISTI NATIVITATEM.

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIÆ VNIVERSALIS Procœmium.

DE Hiſtoriæ deſcriptione, vſu, præſtantia, generibus ac formis, quæq; alia ſunt eiusmodi, nihil attinet hoc loco prolixius præfari: quin potius, ſtatim ad rem ipſam præuertendum nobis, arbitramur.

Conſilium eſt autem Hiſtoriam rerum toto orbe geſtarum, à primo eius conditu, ad noſtra circiter tempora, veluti in compendio exhibere.

Formam operis delegimus, quæ & multum comprehenderet; & brevitati tamen atque perſpicuitati fideliter ſeruiret.

Nimirum, 1. *rerum ſummas*, adiectis hiſtoriæ fontibus i. e. veris propriisque & primis, vt ſic dicam, in vnoquoque argumento monumentis explicamus.

2 *Con-*

tum, certitudinem Chronologiæ characteribus indubitatis mirifice ſtabilit. In hac ergo Inuentorem *Scaligerum* (neq; enim ſpoliandus eſt hac laude, licet vſitatam Græcis annorum *ὁμάδα* ſecutus fuerit) ducem habemus: in prioribus diligentiſſimum ſeſe præbuit *Dionyſius Petavius* in laborioſo & erudito opere *de Doctrina temporum.* *v. Petau. de. doctrin. temp. lib. 9. cap. 1.*

PERIODUM JULIANAM prolixe expoſuit *Scaliger in opere de emendatione temporum*; & poſt eum *Dionyſius Petavius in op. de doctrina temporum*; & nouiſſime breuiſſimeque *G.I. Voſſius in diſſert. de natali anno Christi.* *7, 7 &c. 9, 1 &c.*

De æra annorum Chriſti, infra ſuo loco dicetur.

Æra mundi mirifice variat; ſed nos, vt dixi, accuratiſſimum, vt videtur, *Petavij* calculum ſequemur.

Epochas conſtituemus ſimpliciſſime, abſq; nouorum titulorum aut partitionum affectatione: cuius ſi perexiguum aut nullũ hactenus pleros-

pleroſq; viſum aſſecutos dixero, nihil forte à veritate alienum dixero. Ad millenariam ſæculorum computationem, quam non ſine cauſſa, diu probatam doctorũ multis non arbitramur reiiciendam, facile congruent illæ generales & ad mundi ætates notabiliter accommodatæ, quas ſequemur Epochæ: quarum

1. *A rerum conditu ad Diluvium.*
2. *A Diluvio ad Abrahamum.*
3. *Ab Abrahamo vſq; ad Dauidem regem.*
4. *A Dauide vſq; ad captiuitatem Babylonicam.*
5. *A Capt. Babyl. vſq; ad Chriſtum natum.*
6. *A Ch. nato vſq; ad conſummationem ſæculi.*

Ab his, inquam, terminis ſuo jure inſignibus cur diſcedamus, cauſſam video nullam, quæ alicuius momenti ſit.

Sed nimirum hæ *generales* ſunt Epochæ: ſub quibus, *ſpeciales* certisq; gentibus aut euentibus dicatæ, paſſim ſuo loco diligenter annotabuntur.

Vt in fine operis *computatio & partitio plena* euidenter exhiberi poſſit.

 P. Iu. An. Mund. An. Chr.

ÆTAS MUNDI PRIMA.

à

CONDITO ORBE AD DILUVIUM ANNOS HABET,

M DC LVI.

IN principio tempo- 730. 0. 3984.
ris, DEUS, per Filium ſuum ſex diebus creauit ex nihilo omnia, quæ creata ſunt. Primo die cœlum & terram (adhuc informi ſcilic. maſſa & rudi) cum luce Geneſis Moſaica creata memorat. ex qua de *cœlo empyreo*, quod alii in hunc diem confe- Salian. in App. VI, 2.
runt, nihil demonſtrari poteſt. Lubentius admittimus piæ antiquitatis, de Angelis primo die creatis conjecturam. Secundo die firmamentum expanſum eſt, & aquæ ſub firmamento diſgregatæ à ſupra cœleſtibus: quas non debemus in dubium vocare, licet de vſu earum parum

P.J. A.M. A.C. certi queamus perſpicere.
Voſſ. Th. Gent. 2, 39. Tertius dies aquas in maria colligi, terram emergere, ac germinare omni plantarum genere vidit. Quarto, Sol, *Id. 2, 67.* Luna, cæteræque ſtellæ productæ ſunt. Quinto, piſces & volucres. Sexto, animalia terrena, ipſeque homo ex limo terræ productus, poſteaque ex eius coſta fœmina condita eſt. Hæc Moſes princi- *Geneſ. c. 1. & 2.* pio ſuæ Hiſtoriæ, omnium & antiquiſſimæ & nobiliſſimæ, primo quidem ſummatim, mox cum ἐξηγήσει præcipuorum, præſertim quæ ad hominem pertinent, exponit. Paradiſi etiam adiecta deſcri- *De Paradiſo ſcripſit Hopkinſonius. Add. Salian. Annal item Biſciolæ var. Lect. 3, 4. &c.* ptione. cuius creatio diei tertiæ videtur congruere; cætera plurimis diſputationibus inuoluta, nunquam forte ad liquidum perducentur. Moſis narrationem deſcripſit, quanquam non ſine hallucinatione *Ioſephus I. Antiquit. Iud.*

quit *Iud. c.* 2. *Zonar. tom.* 1. *Annal.pr.* itemq; *Glycas*. Perveniſſe ad Gentiles etiam aliquid hujus de rerum primordiis hiſtoriæ argumento ſunt ea, quæ fuſe collegit *Euſebius Præparat. Evangel. lib.* 1. Inter recentiores diligenter id egit *H.Grot in annot.ad lib.* 1. *de veritate Chriſt. religionis*. Adami memoriam videtur etiam Germanorum Mannus Tuiſtonis filius, *Tacito* memoratus, referre. & præſertim Saturnus.

P.J. A.M. A.C.

Voſſ. Th. Gent. 1,38.

Id. 1,18.

Tempus Orbis conditi multi in Ver contulere, quos memorat & ſequitur *Salianus*, cum *Iacobo Capella. Hiſtor. Sacr. & exotic. Gerardus Mercator* æſtati aſſignauit: autumno tribuunt *Scaliger, Caluiſius, Petauius*, qui *lib.* 9. *de Doctrin. temp. c.* 2. initium orbis confert *in XXVI. Octobr. fer.* 1. *luna* 15. vt ſit annus periodi Julianæ

P.J. A.M. An.C. lianæ 730. Cyclus ſolis 2. lunæ 9.

Gen. 2, 2, & 3. Abſoluto ſex dierum opere, ſeptimo die DEUS quieuit i. e. ab opere ceſſauit, eumq; ſanctũ eſſe juſſit, ſuoq; cultui jam tum deſtinauit. Quid Judæi de inſtitutione Sabbathi ſentiant, &, an ille cultus ſeptimi diei etiam ad gentiles peruenerit, prolixe diſputat *Seldenus lib. 3. de jure nat. & gentium juxta diſciplinam Hebræorum c. 9. & ſeqq.*

Ceterum formatos à ſe homines DEUS non tantum plena juſtitia, luce intellectus, rectitudine voluntatis, harmonia omnium animæ virium facultatumque, corporis item incorruptibilis præſtantia ornauerat, ſed in ſocietatem coniugalem junctos, dominos rerum conſti- Gen. 1, 28. & ſeq. tuerat, addita lege de non comedendo fructu ex arbore

ſcien-

ſcientiæ boni & mali, cuius nomen ad euentum triſtiorem ſcilicet reſpicit. Cum enim homini in Paradiſum introducto omnia in vſum & eſcam Deus conceſſiſſet, obedientiæ tamen Creatori præſtandæ ſymbolum in abſtinentia huius arboris poſuit, horribilique mortis tum primæ tum ſecundæ pœna ſanciuit. At vero Diabolus, angelorum, qui paulo poſt creationem ſuam defecerant à Deo, princeps, inuidens humanæ felicitati, Deique, à quo iuſtiſſima rebellii ſupplicia damnatus cum ſuis, omnique beatitudine deiectus tulerat, inexpiabili odio flagrans, ſub aſtuti animalis Serpentis ſchemate, mulieri primum mentiendo pelliciendoque perſuaſit, vt neglecta Dei lege, altioris conditionis & ſapientiæ ſortem affectaret,

P. J. A.M. A.G. *Gen. 2, 17.*

Gen. 3, 1.

P.J. A.M. A.C. ſtaret, vetitæque arboris fructum deguſtaret. Mox in communionem culpæ, vxoria perſuaſione, vir pertractus eſt. Neque mora fuit, quin ſtatim ſcientia boni & mali, quam longe alia ſpe affectauerant, ſequeretur. Viderunt enim quantum bonæ ſortis amiſiſſent, & in quę mala prolapſi eſſent, corruptaq; omni tum animi tum corporis præſtantia, nuditatem, quam antea innocentia pudendam eſſe non ſinebat, non ſine ignominiæ ſenſu, grauati, campeſtria ſibi, ſiue ſuccinctoria de foliis ficus contexebant. Venit in hortum Dominus, reosque, fruſtra ſe audita eius voce occultantes, citat ad iudicium, crimen ſigillatim utrique exprobrat; tergiuerſantes ac translationem culpæ molientes arguit, pœnasq; peccatoribus, tum ſeductori Diabo-

Digitized by Google

diabolo, ipſique ſeductionis P. J. A. M. A. C.
inſtrumento ſerpenti, grauiter denuntiat. Dedit tamen in medio juſtitiæ judiciique actu, bonitatis infinitæ documenta: miſeratusque hominum ſortem, Redemtorem promiſit ex muliere oriturum, qui auctorem ſeductionis Diabolum contereret, ſeductumque genus ex faucibus ejus eriperet. Cuius ſolatii ſenſu animatus Adamus, vxori ſuæ Euæ nomen impoſuit, quaſi vellet teſtari, viventium matrem fore: neque periturum, ſicut meruerat, genus humanum, ſed gratia Dei, per ſemen benedictum & promiſſum, reuicturum eſſe. Ceterum hominibus, denunciatæ partem pœnæ mox repræſentauit, eosq; pelliceis ante tunicis indutos ex feliciſſimo Paradiſi incolatu, in laborioſam & duriorem vi-

P. J. A. M. A. C. tam tranſtulit, aditu Paradiſi, terribili cuſtodia obſepto.

Præter Moſen, ſed ex Moſe horrendi lapſus hiſtoriam *auctores paulo ſuperius memorati* commemorant: interq; eos *Ioſephus*, *Saliano* prolixe, modo non aliquando nimis rigide, examinatus. Adde *Sulpitium Seuerum lib.* 1. & *Suidam voc.* Ἀδάμ.

Tempus lapſus curioſe nonnulli inueſtigant: quidam, octavo à productione die, qui eſſet mundi tertius decimus, accidiſſe putant; quidam longius, quidam brevius in ſtatu innocentiæ tempus definiunt. Præciſe nihil licet affirmare in re, quam ſcriptura non expreſſit: breuiſſimum tamen fuiſſe ſpatium, quo in originis ſuæ beatitudine permanſere protoplaſti, non eſt, quod dubitemus.

De

Digitized by Google

De prima hominum vita P.J. A.M. A.C.
in Paradiſo aliquid inaudiviſſe gentiles, *Euſebius P.E.* 12,13. *ex Platonis Politico* obſeruat: itemque de nuditate primorum hominum *ex Diodoro Siculo*, *P.E.* 1,7. ad hiſtoriam lapſus, fabulam Pori refert, ex *Plat. Sympoſio*; P.E. 12,11. ſed &, quæ de *nectare* ac *ambroſia* finxerunt gentiles, ex arbore vitæ Paradiſiaca, originem habuiſſe exiſtimant: *vid. Riuet. exercit. in Geneſ.* 40. An aliquid lateat huc pertinens, in figmento de Æuo & Primogenito, è quibus Æuus cibi ex arboribus petendi auctor fuerit, apud *Euſeb. P.E.* 1,10. aliis cogitandum relinquimus.

Expulſi Paradiſo parentes 731. 1. 3983.
primi, ſtatim genuerunt filium, cui nomen Cain, mater Gen. 4,1.
à poſſeſſione ſiue adquiſitione dedit, Dominum illum ſi-

P. J. A. M. A. C. ue ſemen benedictum, reſtaurandæ saluti hominum promiſſum, ſe tenere rata. Hic eſt primogenitus mortalium; maximi primo gaudii ſpeique, poſt deinde ſummi luctus mœrorisq; cauſſa parentibus.

722 2. 3982. *Gen. 4, 2.* *de tempore diſſentiunt. Vid. Methodius Orthodox. Patr.*

Rurſum ſecundo partu Eua Abelem edidit: nomine indito vel ex luctu ob peccatum admiſſum, vel ex vanitate, in quam reciderat peccando humanum genus. Quę ipſa nominum impoſitio, ſicuti ex ſequentibus amplius apparebit, primum antiquiſſimumque fuiſſe ſermonem Hebræum, ſatis euincit.

Ceterum primorum fratrum vitam ſummatim, & ſine adnotatione temporum Scriptura pertexit, vt fruſtra *Salianus*, & alii, certos annos ſingulis euentibus conſtituere ſatagant. Præter enim cæ-

cædem Abelis, cetera notam temporis indubiam vix admittunt. Sed & quæ de pueritia & adoleſcentia eorum, itemque de ſerie colloquii quod cædem anteceſſit, extra Scripturas traduntur, partim frigida ſunt, partim conjecturis ſolis nituntur. P.J.A.M. A.C.

Summa hiſtoriæ ſacræ huc recidit; Abelem paſtoralem vitam, Cainum agriculturam Gen.4. 2. amplexum eſſe; prima ſcilicet maximeque neceſſaria victus amictusq; humani ſubſidia. Interiecto tempore, vterque, haud dubie inſtituto monituque parentum, obtulit Deo munera & ſacrificavit. Cain quidem primitias frugum terræ, Abel autem, primitias pecoris. Ibi DEUS probauit ſacrificium Abelis, quippe ex fide profectum, edito que ſigno, fortaſſe igni cœlitus demiſſo,

P.J. A.M. A.C. ſuam voluntatem declarauit: Cainum autem cum ſuo ſacrificio aſpernatus eſt; cauſſamque murmuranti expoſuit, peruerſæ mentis vitæque infidelitatem, ob quam amplius puniendus eſſet, niſi reſipiſceret.

Ioſephus l Antiq.3. non cepit cauſas diverſitatis.

Sed Caino malitiæ incitamentum fuit, quod pœnitentiam ſuadere debebat. Igitur creſcente in dies inuidiæ odiique in fratrem incendio
859. 129. 3855. in rus abductum occidit. Appellatus mox conuictusque à Deo parricida, deſperatione & pauore corripitur: ne (*vide Iacob. Capell. p.15.*) à quouis tamen occideretur, vagus & profugus exul, (id enim ex pœna ſibi denuntiata metuebat) ſigno peculiari, nec in ſacris expreſſo notatur; DEO nolente effuſionem humani ſanguinis in exemplum ire. Statim autem his coniungit

Moſes

Digitized by Google

Moſes ceteram Caini hiſtoriam, poſteritatisque ejus, ſine calculo chronologico, quo Sethi poſteritas in ſequentibus diſtinguitur. Series hæc eſt: Cainus in orientis interiora profugus genuit Henoch, ejusque nomine vrbem à ſe vel ob metum, vel vt arcem dominationis poſitam ſignauit Henochiam.

P. J. A.M. A. C.

Gen.5.

Gen.4,17.

Auguſtin. de C. D. 15, 8. quæ Beroſus habet de hac urbe fabuloſa ſunt.

Ab Henocho Irad, ab Irad Mauiaël, à Mauiaël Mathuſaël, à Mathuſaël Lamech geniti ſunt. Hic eſt ille Lamech primus polygamiæ auctor; cujus Moſes vxores memorat Adam & Zillam; inde filios ex altera Jabal & Jubal; ex altera Tubalcain, & filiam Noëmam: denique eius carmen ad vxores, arrogantiæ, vt pleriq; interpretantur, & jactantiæ plenum. Quidam ex hoc carmine Cainum à Lamecho interfectum putant: *Cedrenus*,

Gen.4,23.& 24.

ædium

P.J. A.M. A.C. ædium ruina periiſſe ſcribit: *Scriptura* nihil definit. Inuenta attribuuntur Caino quidem; extructio urbium; *Ioſephus* addit, non ſine φρονήσει & cenſura corruptæ primæuæ ſimplicitatis, menſuras; pondera, agrorum limites: quæ omnia Adamo adſcribere mallet *Salianus t.1.p.*110. Jabal mapalia aut tentoria paſtorum inueniſſe fertur Nam de cætero recte attendit *Capellus*, tentoria ante ædes, ædes ante vrbes fuiſſe: Germanus eius Jubal pſalterium & citharam inuenit. notari enim debet de inſtrumentis quibuſdam Muſicis ſermonem eſſe, non de ipſa Muſica, quæ ſatis clara inuenti diuinitate Adamum prodere auctorem videtur, ad quem ap. *Suidam voc. Ad.* omnes præclaræ artes referuntur *v. Matth Her-*

heni de natura cantus & mira- P.J. A.M. A.C.
culis vocis, prolog. Tubalcain
ærariam & ferrariam reperiſ-
ſe traditur: & ſi credimus *Io-*
ſepho, etiam militarem artem.

Quæ harum rerum in genti-
libus veſtigia reperiebantur,
diligenter inueſtigauit *Voßius*
th. gent. lib. 1. *cap.* 16. & 17. ubi
Vulcanum ex Tubalcaino
formatum, item pro diuerſis
gentibus Jubalem aliis Apol-
linis, aliis Mercurii nomine
ſignatum; itemq; Noëmam
ſiue Naamam Lamechi fi-
liam eſſe Mineruam gentium
exiſtimat: quanquam aliis pro
Venere placuit.

Hactenus quæ ad Caini
poſteros pertinent, præcepit
Hiſtoria Moſaica, quam ſe-
quimur: nunc ad Adamum *Gen.* 5. 3.
reuertendum eſt, quæ anno
poſt Abelis necem proximo,
vt videtur, ætatis autem 130. 860. 130. 3854.
Sethum filium ſuſcepit: cui
vxor

P.J. A.M. A.C. vxor Eua hoc nomen impoſuit, volens indicare, loco Abelis occiſi nouum ſibi ſemen à DEO poſitum, ſive conſtitutum eſſe. Hunc Sethum virtutis ſtudio deditum fuiſſe, ſimilesque ſibi poſteros habuiſſe, qui ſiderum ſcientiam coluerint, *Ioſephus* tradit: duasque columnas memorat ab iis erectas lapideam vnam, lateritiam alteram, quæ inuenta eorum poſteris proderent. *Suidas* etiam litterarum inuentionem ad Sethum refert: quam tamen alibi rectius Adamo tribuit, à quo quin hauſerit Sethus, non eſt dubitandum. Vide ea de re diſquirentes *Gerh. Io. Voſſ. lib. 1. de art. Grammat. c. 9. & Herm. Hugon. de prima ſcribendi origine.*

Gen. 4, 25.

Antiq. 1. 3.

3965. 235. 3749. Sethus anno ætatis 105. genuit filium: quem à miſeria

ria & fragilitate vitæ Enoch *P.J. A.M. A.C.*
appellavit. Iſte ergo cœpit in- *Gen,5.6.* *Gen.4,25.*
uocare nomen Domini, ſiue,
tunc cœptum eſt inuocari nomen Domini, ſcilicet publicis
congreſſibus cœtibusque, publicâ atq; à Deo præceptâ cærimoniâ. Vid. *Capell. p.17. Euſeb. P. E.7,8. Salian. t.1. p.111.*
Fuitq; adeo pietati dedita tota Sethi poſteritas: (*Ioſeph. 1. antiq. 4. pr.*) quam Codex ſacer (*Gen.5,9.12.15.18.21.*) ita pertexit; ut Enos anno ætatis 90. 1055. 325. 3659.
genuerit Kainan: Kainan an- 1125. 395. 3589.
1190. 460. 3524.
no ætatis 70. Mahaleel: Ma- 1352. 622. 3362.
haleel annos natus 65. Jared: 1417. 687. 3297.
Jared ætatis anno 162. Enochum: Enoch, poſtquam annos natus fuerit 65. Mathuſalem. Huius Enochi eſt illuſtre illud elogium, quod *ambulauerit cum Deo*, ſiue *DEO placuerit*, ſicut N. T. retinet verba LXX. interpretum: adeoque à Deo translatus ſit *Gen.5,24.* *Hebr.11,5.* *6,8.*

P.J. A.M. A.C. anima & corpore in beatitudinem, poſtquam vixiſſet an-
1717. 987. 2997. nos 365. Finis huius translationis potiſſimum videtur eſſe primo quidem, ut oſtenderet Deus, quantum virtuti & juſtitiæ pretium poneret; deinde vt reſurrectionis & beatitudinis præuium quoddam pignus humano generi daret. Nam quod nonnulli
44,16. ex *Syracide* ſtatuunt, rediturum in fine mundi cum Elia, ut det gentibus pœniten-
Salian.t.1.p.126. tiam. i. e. ut prædicet; illud nullo fundamento nititur.

(Refutata eſt illa opinio egregie à *G.Calixto lib de ſupr.jud p.33.& ſeqq.*)

Sed & cetera, quæ Judæi & Muhammedes de Henocho fabulantur, ne digna quidem ſunt, quæ referantur. Prophetam fuiſſe, & ſcripſiſſe quædã
v.14. ex *Epiſtola Iudæ* certum eſt. At vero ſuppoſititia eſſe & com-
Rader. in Chron. Alexand. mentitias nugas, quæ ex libro Heno-

Henochi circumferuntur, quorumque partem *Ioſephus Scaliger* in *Animaduerſiones Euſebianas* tranſcripſit (*pag.* 244.) nemo non videt. *P.J. A.M. A.C.*

(*Vid. Auguſtin.* 15. *de C D* 23. *Druſ. lib. de hoc argumento ſingulari: Pamel. ad Tertull. de Habitu muliebri.*)

Hæc de Enocho ſtatim conjunximus: nunc in viam redimus & genealogiam Sethi perteximus. Mathuſalem ergo anno ætatis 187 genuit La- 1604. 874. 3110.
nechum: longe ab altero il- *Gen.* 5, 25.
o & impio ex Cainica poſteitate Lamecho diuerſum. Quippe tota hæc Sethi poſteitas, ut ſupra cœpimus dicee Deo ac virtuti dedita fuit; e Cainicæ domui quaſi opoſita: ſicut viciſſim Caini ſoboles, perpetuo inimicitiaım, perſecutionum, ipſiusq; npietatis certamine pium lum cœtum exercuit; ſatis aro de fatis Eccleſiæ Dei in

O 2 ter-

P.J. A.M. A.C. terris, pignore. Poſt hæc Ada-
1660. 930. 3054. mus annos natus 930. moritur.
Gen.5,5.

cum antea uniuerſalem interitum duplicem prædixiſſet, ſi *Ioſepho* credere hoc licet: (1. Antiq. 3.) An ſaluatus ſit, immerito olim à nonnullis dubitatum eſt. Sepulturam ejus Hieroſolymis in monte Caluariæ, conjecturæ potius ſuauitatem, quam certitudinem hiſtoriæ ſecuti veteres videntur conſtituiſſe. Proximo ab Adami morte anno Cainum periiſſe *Cedrenus* refert: Euam decimo poſt anno *nonnulli* defunctam tradunt Judæorum ſc. traditiones ſecuti. Enochum 57. annis poſt Adamum translatum eſſe, jam ſupra notauimus. Succedit Sethi obitus, quem Scriptura (Gen.5,8.) an-
1772. 1042. 2942. no ætatis 912. vita exceſſiſſe refert. Mortem Sethi conſecutam eſſe deprauationem nepo-

v. Glyc. annal. Salian. t. 1. p. 120. & 121.

v. Salian. t. 1. p. 124.

Digitized by Google

nepotum ejus, multi probabiliter exiſtimant. Nam Cainica quidem poſteritas omni genere ſcelerum ac malitiæ ſe & ſæculum inde à primis temporibus inquinauerat: circa hæc autem tempora, etiam piorum cœtus praua Cainitarum ſocietate maculari cœpit. *P. J. A. M. A. C.*

[*Methodius* vult 600. anno à condito orbe, prolapſos in libidinem homines.)

Quo pertinet celebris locus Moſaicus de filiis Dei, filias hominum procantibus, & ducentibus, indeque Gigantes generantibus. Filii Dei, inquam, ſanctos pioſque; filiæ hominum impios Cainitas videntur notare. Et hæc eſt communiſſima congruentiſſimaque ſententia. Nam quod *Ioſephus* de angelis cum mulieribus congreſſis accepit, ad Judæorum ſomnia *Gen. 6, 2. &c.* *1. A. 4.*

O 3 perti-

P.J. *A.M.* *A.C.* pertinet. quem tamen multi ſecuti ſunt, interq; eos *Sulpitius Seuerus lib.*1. qui diuerſæ permixtione naturæ monſtra genita, quaſi magna aſſeueratione philoſophatur. Gigantes autem de tyrannis & violentis oppreſſoribus plerique hic accipiunt: quidam illi ferociæ addunt ſtaturæ proceritatem, quod & ipſum ſuâ non caret ratione.

(*Vid. Auguſtin. lib* 15. *de C D.*23. *Method. Orthodoxogr. Voſſ Th. G* 1,17. *Gerhard in Gene.* 6 *Joſeph.* ὑβριστὰς καὶ παντὸς ὑπερόπτας καλῶ *interpretatur.*)

De cætero recte annotat *Euſebius P.E.*1,14. *&* 7,8. hinc originem trahere, quæ de Gigantibus ſuis Gentiles prodidere. *Ioſephus* quoque ſimilia plane eſſe obſeruat. Quod *Chronicon Alexandrinum* decem Chaldæorum reges antediluuianos gigantes facit, illud

1. antiq. 4.

*Ballan.t.*1.*p.*132.

parum

parum liquidæ expoſitionis *P.J. A, M. A, C.*
in hiſtoria habet; imo fabuloſæ vetuſtatis affectationem manifeſte prodit: niſi quod videntur principes illi familiarum notari vſque ad Noachum, quem illi Xyſuthrum vocant, & ſub hoc diluuium ponunt. Generatus eſt autem Noë à Lamecho annos *1786. 1056. 2978.*
nato 182, cui pater nomen à *Gen. 5, 28.*
ſolatio impoſuit, non ſine ſpe, ut videtur, promiſſæ per Meſſiam reſtitutionis. Hic pius & juſtus fuit eoque no- *Gen 6, 9.*
mine peculiariter DEO carus & memorabilis. Itaque cum Deus orbem perdere decreviſſet, ipſum tamen, quem ſeruaret, excepit. Cum enim *Gen. 6, 7. & 8. &c.*
omnia ſcelera copioſo profectu increſcerent, præſertim autem impietas, vis, libido immani furore graſſarentur, abreptis jam in Cainitarum exempla etiam Sethi poſteris:

P. J. A. M. A. C. decreuit Deus communi aliquo ſupplicio homines, omniaque in terris animantia perdere, abolitoque malefico genere, nouum & melius ſemen ſibi ex Noacho excitare. Ne tamen ſpatium reſipiſcendi negatum mortalibus videretur, centum & vi-
3266. 1536. 2448. ginti, antequam deſtinata impleret, annis Noacho conſilium ſuum de immitendo orbi diluuio perdendisque hominibus, Deus aperit, ipſique & uxori & filiis, ac filiorum uxoribus incolumitatẽ promittit, jubetque eum arcam fabricari capacem & commodam tum recipiendis, quos dixi, ſupervicturis paucis hominibus, tum animalibus ex omni genere jugatim, ad reſtaurandam ſobolem complectendis. Ex eo
2. Pet. 2, 5. tempore Noachus ad pœnitentiam

Digitized by Google

tentiam & & juſtitiam, oſten- *P. I. A.M. A. 0.*
sâ imminentis periculi certitudine, Deique irâ non deſtitit homines grauiter & aſſidue cohortari. Sed ruebant in exitium, neque conſilia ſaniora jam pati poterant. Unde facile intelligi poteſt, quã triſtis circa hæc tempora, & dura piorum patrum fuerit conditio inter furentes & laſciuientes omnemq; diſciplinam alto faſtu aſpernantes. Sed Deus pleroſq; in beatam quietem tranſtulit, antequam deſtinata terris pernicies incumberet. Quippe Enos, an- 1870. 1140. 2844.
nos natus 905. obiit; (*Gen.* 5, 1965. 1235. 2749.
11.) Cainan annos natus 910. 2020. 1290. 2694.
(*Geneſ.* 5, 14) Mahaleel anno 2152. 1422. 2562.
ætatis 895. (*Gen.* 5, 17.) Jared 2385. 1655. 2329.
anno ætat. 962. (*Gen.* 5. 20.) Mathuſalem anno æt. 969. (*Gen.* 5. 27.) paulo ante diluuium mortui ſunt. Noachus autem 2288. 1558. 2426.
filios interim genuerat Sem, *Gen.* 5, 32.

P. F. A.M. A. C. ſuam voluntatem declarauit: Cainum autem cum ſuo ſacrificio aſpernatus eſt; cauſſamque murmuranti expoſuit, peruerſæ mentis vitæque infidelitatem, ob quam amplius puniendus eſſet, niſi reſipiſceret.

Ioſephus l Antiq.3. non cepit cauſas diuerſitatis.

Sed Caino malitiæ incitamentum fuit, quod pœnitentiam ſuadere debebat. Igitur creſcente in dies inuidiæ odiique in fratrem incendio
859. 129. 3855. in rus abductum occidit. Appellatus mox conuictusque à Deo parricida, deſperatione & pauore corripitur: ne (*vide Iacob. Capell. p.* 15.) à quouis tamen occideretur, vagus & profugus exul, (id enim ex pœna ſibi denuntiata metuebat) ſigno peculiari, nec in ſacris expreſſo notatur; DEO nolente effuſionem humani ſanguinis in exemplum ire. Statim autem his coniungit

Moſes

Moſes ceteram Caini hiſto- *P. J. A.M. A.C.*
riam, poſteritatisque ejus, ſine
calculo chronologico, quo
Sethi poſteritas in ſequenti- *Gen.5.*
bus diſtinguitur. Series hæc
eſt: Cainus in orientis interio-
ra profugus genuit Henoch,
ejusque nomine vrbem à ſe
vel ob metum, vel vt arcem
dominationis poſitam ſigna- *Gen.4,17.*
uit Henochiam. *Auguſtin. de C. D. 15. 8. quæ Beroſus habet de hac urbe fabuloſa ſunt.*

Ab Henocho Irad, ab Irad
Mauiaël, à Mauiaël Mathu-
ſaël, à Mathuſaël Lamech ge-
niti ſunt. Hic eſt ille Lamech
primus polygamiæ auctor;
cujus Moſes vxores memorat
Adam & Zillam; inde filios ex
altera Jabal & Jubal; ex alte-
ra Tubalcain, & filiam Noë- *Gen.4,21.& 24.*
mam: denique eius carmen ad
vxores, arrogantiæ, vt pleriq;
interpretantur, & jactantiæ
plenum. Quidam ex hoc car-
mine Cainum à Lamecho in-
terfectum putant: *Cedrenus*,
ædium

P.J. A.M. A.C. ædium ruina periiſſe ſcribit: *Scriptura* nihil definit. Inuenta attribuuntur Caino quidem, extructio urbium; *Ioſephus* addit, non ſine πανουργίας & cenſura corruptæ primæuæ ſimplicitatis, menſuras, pondera, agrorum limites: quæ omnia Adamo adſcribere mallet *Salianus t.1.p.*110. Jabal mapalia aut tentoria paſtorum inueniſſe fertur. Nam de cætero recte attendit *Capellus*, tentoria ante ædes, ædes ante vrbes fuiſſe: Germanus eius Jubal pſalterium & citharam inuenit. notari enim debet de inſtrumentis quibuſdam Muſicis ſermonem eſſe, non de ipſa Muſica, quæ ſatis clara inuenti diuinitate Adamum prodere auctorem videtur, ad quem ap. *Suidam voc. Ad.* omnes præclaræ artes referuntur *v. Matth Her-*

beni

beni de natura cantus & mira- P.J. A.M. A.C.
culis vocis, prolog. Tubalcain æerariam & ferrariam reperiſſe traditur: & ſi credimus *Ioſepho*, etiam militarem artem.

Quæ harum rerum in gentilibus veſtigia reperiebantur, diligenter inueſtigauit *Voßius th. gent. lib.* 1. *cap.* 16. & 17. ubi Vulcanum ex Tubalcaino formatum, item pro diuerſis gentibus Jubalem aliis Apollinis, aliis Mercurii nomine ſignatum; itemq; Noëmam ſiue Naamam Lamechi filiam eſſe Mineruam gentium exiſtimat: quanquam aliis pro Venere placuit.

Hactenus quæ ad Caini poſteros pertinent, præcepit Hiſtoria Moſaica, quam ſequimur: nunc ad Adamum *Gen.* 5.4.
reuertendum eſt, quæ anno poſt Abelis necem proximo,
vt videtur, ætatis autem 130. 860. 130. 3854.
Sethum filium ſuſcepit: cui vxor

P.J. A.M. A.C. vxor Eua hoc nomen impoſuit, volens indicare, loco Abelis occiſi nouum ſibi ſemen à DEO poſitum, ſiue conſtitutum eſſe. Hunc Sethum virtutis ſtudio deditum fuiſſe, ſimilesque ſibi poſteros habuiſſe, qui ſiderum ſcientiam coluerint, *Ioſephus* tradit: duasque columnas memorat ab iis erectas lapideam vnam, lateritiam alteram, quæ inuenta eorum poſteris proderent. *Suidas* etiam litterarum inuentionem ad Sethum refert: quam tamen alibi rectius Adamo tribuit, à quo quin hauſerit Sethus, non eſt dubitandum. Vide ea de re diſquirentes *Gerh. Io. Voß. lib. 1. de art. Grammat. c. 9. & Herm. Hugon. de prima ſcribendi origine.*

Gen. 4, 25.

Antiq. 1. 3.

3965. 235. 3749. Sethus anno ætatis 105. genuit filium: quem à miſe-

ria

ria & fragilitate vitæ Enoch *P.J. A.M. A.C.*
Gen.5.6.
appellavit.Iſte ergo cœpit in- *Gen.4,25.*
uocare nomen Domini, ſiue,
tunccœptum eſt inuocari nomen Domini, ſcilicet publicis congreſſibus cœtibusque, publicâ atq; à Deo præceptâ cærimoniâ. Vid. *Capell. p.* 17. *Euſeb. P. E.* 7,8. *Salian. t.* 1. *p.* 111. Fuitq; adeo pietati dedita tota Sethi poſteritas: (*Ioſeph.* 1. *antiq.* 4. *pr.*) quam Codex ſacer (*Gen.* 5,9.12.15.18.21.) ita pertexit; ut Enos anno ætatis 90.
genuerit Kainan: Kainan anno ætatis 70. Mahaleel: Mahaleel annos natus 65. Jared: Jared ætatis anno 162. Enochum: Enoch, poſtquam annos natus fuerit 65. Mathuſalem.

1055.	325.	3659.
1125.	395.	3589.
1190.	460.	3524.
1352.	622.	3362.
1417.	687.	3297.

Huius Enochi eſt illuſtre illud elogium, quod *ambulauerit cum Deo*, ſiue DEO *placuerit*, ſicut N. T. retinet verba LXX. interpretum: adeoque à Deo translatus ſit *Gen.5,24. Hebr.11,5. 6,8.*

P.J. A.M. A. C. anima & corpore in beatitudinem, poſtquam vixiſſet an-
1717. 987. 2997. nos 365. Finis huius translationis potiſſimum videtur eſſe primo quidem, ut oſtenderet Deus, quantum virtuti & juſtitiæ pretium poneret; deinde vt reſurrectionis & beatitudinis præuium quoddam pignus humano generi daret. Nam quod nonnulli
44,16. ex *Syracide* ſtatuunt, rediturum in fine mundi cum Elia, ut det gentibus pœnitentiam. i.e. ut prædicet; illud
Salian.t.1.p.126. nullo fundamento nititur.

(Refutata eſt illa opinio egregie à G.Calixto lib de ſupr.jud p.33.& ſeqq.)

Sed & cetera, quæ Judæi & Muhammedes de Henocho fabulantur, ne digna quidem ſunt, quæ referantur. Prophetam fuiſſe, & ſcripſiſſe quædã
v.14. ex *Epiſtola Iudæ* certum eſt. At vero ſuppoſititia eſſe & com-
Rader. in Chron. Alexand. mentitias nugas, quæ ex libro Heno-

Henochi circumferuntur, quorumque partem *Ioſephus Scaliger* in *Animaduerſiones Euſebianas* tranſcripſit (*pag.* 244.) nemo non videt. *P.J. A.M. A.C.*

(*Vid. Auguſtin.* 15. *de C D* 23. *Druſ. lib. de hoc argumento ſingulari: Pamel. ad Tertull. de Habitu muliebri.*)

Hæc de Enocho ſtatim conjunximus: nunc in viam redimus & genealogiam Sethi perteximus. Mathuſalem ergo anno ætatis 187 genuit Lamechum: longe ab altero illo & impio ex Cainica poſteritate Lamecho diuerſum. 1604. 874. 3110. *Gen.* 5, 25. Quippe tota hæc Sethi poſteritas, ut ſupra cœpimus dicere Deo ac virtuti dedita fuit; & Cainicæ domui quaſi oppoſita: ſicut viciſſim Caini ſoboles, perpetuo inimicitiarum, perſecutionum, ipſiusq; impietatis certamine pium illum cœtum exercuit; ſatis claro de fatis Eccleſiæ Dei in

P.J. A.M. A.C. terris, pignore. Poſt hæc Adamus annos natus 930. moritur. cum antea uniuerſalem interitum duplicem prædixiſſet, ſi *Ioſepho* credere hoc licet: (1. Antiq. 3.) An ſaluatus ſit, immerito olim à nonnullis dubitatum eſt. Sepulturam ejus Hieroſolymis in monte Caluariæ, conjecturæ potius ſuauitatem, quam certitudinem hiſtoriæ ſecuti veteres videntur conſtituiſſe. Proximo ab Adami morte anno Cainum periiſſe *Cedrenus* refert: Euam decimo poſt anno *nonnulli* defunctam tradunt Judæorum ſc. traditiones ſecuti. Enochum 57. annis poſt Adamum translatum eſſe, jam ſupra notauimus. Succedit Sethi obitus, quem Scriptura (Gen. 5, 8.) anno ætatis 912. vita exceſſiſſe refert. Mortem Sethi conſecutam eſſe deprauationem nepo-

1660. 930. 3054. Gen. 5, 5.

v. Glyc. annal. Salian. t. 1, p. 120. & 121.

v. Salian. t. 1. p. 124.

1772. 1042. 2942.

Digitized by Google

nepotum ejus, multi probabiliter exiſtimant. Nam Cainica quidem poſteritas omni genere ſcelerum ac malitiæ ſe & ſæculum inde à primis temporibus inquinauerat: circa hæc autem tempora, etiam piorum cœtus praua Cainitarum ſocietate maculari cœpit. *P.J. A.M. A.C.*

[*Methodius* vult 600. anno à condito orbe, prolapſos in libidinem homines.)

Quo pertinet celebris locus Moſaicus de filiis Dei, filias hominum procantibus, & ducentibus, indeque Gigantes generantibus. Filii Dei, inquam, ſanctos piosque; filiæ hominum impios Cainitas videntur notare. Et hæc eſt communiſſima congruentiſſimaque ſententia. Nam quod *Ioſephus* de angelis cum mulieribus congreſſis accepit, ad Judæorum ſomnia *Gen.6,2.&c.* *1. A. 4.*

P.J. A.M. A.C. pertinet. quem tamen multi ſecuti ſunt, interq; eos *Sulpitius Seuerus lib.* 1. qui diuerſæ permixtione naturæ monſtra genita, quaſi magna aſſeueratione philoſophatur. Gigantes autem de tyrannis & violentis oppreſſoribus plerique hic accipiunt: quidam illi ferociæ addunt ſtaturæ proceritatem, quod & ipſum ſuâ non caret ratione.

(*Vid. Auguſtin. lib* 15. *de C D.*23. *Method. Orthodoxogr. Voſſ Th.G* 1,17. *Gerhard in Gene* 6 *Joſeph.* ὑβριστὰς καὶ παντὸς ὑπερόπτας καλῶ *interpretatur.*)

De cætero recte annotat *Euſebius P.E.* 1,14. & 7,8 hinc originem trahere, quæ de Gigantibus ſuis Gentiles prodidere.
1. antiq. 4. *Ioſephus* quoque ſimilia plane eſſe obſeruat. Quod *Chro-*
Sallan. t. 1. p. 132. *nicon Alexandrinum* decem Chaldæorum reges antediluuianos gigantes facit, illud

parum

parum liquidæ expoſitionis *P.J. A,M, A,C.*
in hiſtoria habet; imo fabuloſæ vetuſtatis affectationem manifeſte prodit: niſi quod videntur principes illi familiarum notari vſque ad Noachum, quem illi Xyſuthrum vocant, & ſub hoc diluuium ponunt. Generatus eſt autem Noë à Lamecho annos *1786. 1056. 2978.*
nato 182, cui pater nomen à *Gen.5,28.*
ſolatio impoſuit, non ſine ſpe, ut videtur, promiſſæ per Meſſiam reſtitutionis. Hic pius & juſtus fuit eoque nomine peculiariter DEO carus & memorabilis. *Gen 6,9.*
Itaque cum Deus orbem perdere decreviſſet, ipſum tamen, quem ſeruaret, excepit. Cum enim *Gen.6,7.&8.&c.*
omnia ſcelera copioſo profectu increſcerent, præſertim autem impietas, vis, libido immani furore graſſarentur, abreptis jam in Cainitarum exempla etiam Sethi poſteris:

P. J. A. M. A. C. decreuit Deus communi ali-
quo ſupplicio homines, o-
mniaque in terris animantia
perdere, abolitoque malefico
genere, nouum & melius ſe-
men ſibi ex Noacho excita-
re. Ne tamen ſpatium reſi-
piſcendi negatum mortali-
bus videretur, centum & vi-
2266. 1536. 2448. ginti, antequam deſtinata im-
pleret, annis Noacho conſi-
lium ſuum de immitendo or-
bi diluuio perdendisque ho-
minibus, Deus aperit, ipſique
& uxori & filiis, ac filiorum
uxoribus incolumitatẽ pro-
mittit, jubetque eum arcam
fabricari capacem & com-
modam tum recipiendis,
quos dixi, ſupervicturis pau-
cis hominibus, tum anima-
libus ex omni genere juga-
tim, ad reſtaurandam ſobo-
lem complectendis. Ex eo
2. Pet. 2, 5. tempore Noachus ad pœni-
tentiam

tentiam & & juſtitiam, oſten- *P. I. A.M. A. C.*
sâ imminentis periculi certi-
tudine, Deique irâ non deſti-
tit homines grauiter & aſſi-
due cohortari. Sed ruebant
in exitium, neque conſilia ſa-
niora jam pati poterant. Un-
de facile intelligi poteſt, quã
triſtis circa hæc tempora, &
dura piorum patrum fuerit
conditio inter furentes & la-
ſciuientes omnemq; diſcipli-
nam alto faſtu aſpernantes.
Sed Deus pleroſq; in beatam
quietem tranſtulit, antequam
deſtinata terris pernicies in-
cumberet. Quippe Enos, an- 1870. 1140. 2844.
nos natus 905. obiit; (*Gen.* 5, 1965. 1235. 2749.
11.) Cainan annos natus 910. 2020. 1290. 2694.
(*Geneſ.* 5, 14) Mahaleel anno 2152. 1422. 2562.
ætatis 895. (*Gen.* 5, 17.) Jared 2385. 1655. 2329.
anno ætat. 962. (*Gen.* 5. 20.) Ma-
thuſalem anno æt. 969. (*Gen.*
5. 27.) paulo ante diluuium
mortui ſunt. Noachus autem 2288. 1558. 2426.
filios interim genuerat Sem, *Gen.* 5, 32.

P. I. A. M. A. C. Cham Japhet: cum ipſe eſſet annorum 502. De ordine filiorum alii diſputant: *Petauius* & *Salianus* Semum, *Capellus* Japhetum primo loco ponit: quæ ſententia minus probabilis eſt priore. Septem adhuc diebus à diluuii pernicie orbis aberat, cum Noa juſſus eſt in arcam cum ſuis introire, cujus deſcriptionem diligenter conſignauit Moſes. Octo fuiſſe homines, qui beneficio arcæ ſeruati ſunt, manifeſtis ſcripturarum teſtimoniis (*Gen.* 6, 18. & 7, 7. 1. *Petr.* 3, 20.) merito credimus. Neque ſe attentos ſatis præbuerunt, qui etiam de filiabus Noachi & earum ſponſis memorant inter quos eſt *Conſtantinus Manaſſes in Annalibus.* Judæi more ſuo de Ogo extra arcam ſeruato fabulantur; quibus non abſimilia de multis diluuii

Gen. 7, 1. &c.

Gen 6, 14. &c. *Vid. Matth. Hoſt. de fabrica arcæ. Salian.*

uii tempore ſeruatis *Damaſcenus* quidam apud *Ioſephum* 1. *Antiq* 4. tradit. Anno igitur mundi labente 1655. à Januario, ineunte vero 1656, ab Octobri ac rerum conditu, Diluuium venit. Menſis primus iniit Octobr. X. feria III. Menſis ſecundus Nouembr. IX. Itaque XVII die m. ſecundi Nouembr. XXV. pluuiæ cœperunt, & Noachus arcam ingreſſus eſt. Continuatæ ſunt deinceps pluviæ per 40. dies: deſierunt XXVI. Dec. feria III. Interim & cæteræ aquæ ex abyſſis vehementius inundarunt, adeo ut contecta uniuerſa terra, undæ 15 cubitis montes ſupereminerent,

P. I. A. M. A. C.
2385. 1654. 2329.
vid. Salian. diſſ.

(Hac occaſione de montium altitudine diſputat *Salianus*. cui Add. *Thuan de Vit ſua p.* 74)

A die XVII. menſis æquabilis ſeptimi, qui eſt Aprilis XXIV. feria III. Inde XXVII. die m. ejuſ-

P. I. A. M. A. C. ejusdem h. e. XI. poſtquam imminui cœptæ ſunt, Maij IV. feria VI, requieuit Arca ſuper montes Armeniæ, ut eſt in vulgata.

(*Moſes* Ararath vocat: *Chaldæi* interpret. Kardu: *Joſephus* Cordyæos: *Curtius* Cordæos: Gordyæos *Strabo lib.*16. *Plin.*6,27. & *Ptolomæus.*)

Poſtea decimo menſe prima die apparuerunt cacumina montium Julii VII. feria VII. Poſt 40. dies Noachus coruum emiſit ex arca Auguſt. XVI. feria V. poſt VII. d. Auguſt. XXIII. feria V. columbam dimiſit: quæ cum in ſicco pedem figere non poſſet, ad eum reuertitur. Igitur poſt VII. d. alios h. e. Aug. XXX. fer. V. iterum emiſſa columba, virentem oleæ ramum retulit. Rurſum poſt VII. d. Septembr. VI. fer. V. columba emiſſa non rediit.

Euo-

Euoluto jam anno DC. æta-
tis, & ineunte DCI. menſ.1. id
eſt, Octobr. X. fer. VII. ſiccatis
jam aquis Noachus tectum
arcæ diduxit. Menſe deinde
XXVII. ſc. Decembr. VIII. fer.
VII. d. II. juſſu Dei ex arca di-
greſſus, Soteria celebrauit.
Hæc hactenus ex *Petauij*
Chronologia adſcribere li-
buit, de tempore diluuii: ex-
plicatio accuratior, &, qua-
lis hic dari poteſt, demonſtra-
tio ex *Lib. 9. de doctr. temp. cap.*
8. *vſq. ad* 12. peti poteſt. Li-
cet enim orbis conditi tem-
pus, à quo pendet hæc com-
putatio, citra reuelationem
præciſe nequeat definiri, ſe-
quenda tamen videtur illa
hypotheſis, quæ Chronolo-
giæ accidit maxime opportu-
na.

Huius diluuii præter *Moſen*
Gen. 7. & 8. *Ioſephum*, & qui in-
de deſcripſerunt ſupra memo-
rati

P. I. A. M. A. C.

rati hiſtoriæ καθολικῆς ſcriptores, meminerunt omnes etiam barbaricæ hiſtoriæ auctores, & in his *Beroſus*, annotante *Ioſepho* 1. *Antiq.* 4. Facit autem Noachum gigantem, filiorum ejus uxores nominatim tradit, ipſum ex aſtris prævidiſſe diluuiũ autumat, nauem inſtar arcæ 78. annis abſolutam comminiſcitur, aliaque his ſimilia in fabulas corrupta. *Metaſthenes* Ogygem Deum præfuiſſe inundationi terrarũ refert. Quippe Siſithrus, Ogyges, Deucalion nomina ſunt idem aliis linguis ſignificantia, quod Noë Hebræa videndus eſt omnino *H. Grotius lib.* 1. *de Ver. Chr. Relig. cum annotatis.* qui diligenter iſta collegit, quæ Poëtæ fabulati ſunt, aut Hiſtorici cæteri, Moſi conuenienter tradiderunt. Conſeruarunt autem nobis antiquiores præſer-

Beroſ. de temp. ante-diluv.

[illegible] temp.

[illegible] de Prou.

præſertim quaſdam memorias *Ioſephus* antea laudatus 1. *Antiq.* 4. & 1. *contra Appion. Euſebius P.E.*9,12.*&* 19. *Cyrillus* 1.*adu.Iulian.* Illuſtria & prę cæteris clara ſunt loca *Luciani lib. de Dea Syria: Ouid* 1. *Metamorph. Lucan.* 4. *Diodor. lib.* 1. *Plutarchus lib. de ſollert. animal.* etiam columbæ emiſſæ meminit in diluuio Deucalionis: quæ diluuia particularia, tanquam reliquiæ de uniuerſali, huc à plerisque accommodantur. Noachum *Saturno*, *Prometheo*, *Baccho* gentilibus adumbratum oſtendit *Voßius Th. gent.* 1,18. & 19. Adde in his & ſuperioribus *Lambert. Danæi antiquitates primi mundi.* P. I. A. M. A. C.

Atq; hæc eſt prima illa ætas mundi, de qua nihil certi potuerunt gentiles tradere; vnde *Varro* hoc tempus ab hominū principio ad Cataclyſmum prio-

P. I. A. M. A. C. priorem, ἄδηλον vocat. Siue *enim habuit initium* (inquit *Cenſorinus de die natali c.* 21.) *ſiue ſemper fuit, certe quot annorum ſit, non poteſt comprehendi.* Atqui annos nobis *Scriptura* definiuit, quos ſupra numerauimus: Prius illud dubium poteſt eludere *Megaſthenes* apud *Strabonem* 15. *Laertius in proœmio. Diododorus* 1. *Macrob. Saturnal.* 7, 16. Satis autem inde apparet, quid ſentiendum ſit de iis gentilium rebus, quas vltra diluuium extendere aliquando conantur.

Iudicium πραγματικὸν de prima mundi ætate.

Quod ſi quis velit nunc per iſta ſedecim amplius ſæcula retrogredi, & ſummatim primam mundi ætatem æſtimare, ante omnia deuota pietate veneranda erit immenſa Dei creatoris, ex nihilo omnia condentis potentia; creatis rebus ſuam bonitatem communi-

municantis, bonitas; uniuerſi ornatum & ſeriem ordinantis, ſapientia; adeoque, quod *Apoſtolus* vult, ex iis, quæ videmus, ad inacceſſam majeſtatis æternæ lucem mens erit eleuanda. Præſertim cum tanto nobis facilior ſit, quam gentilibus, hæc Philoſophia. Quantum enim diuinitatis in Protoplaſtis, quorum hiſtoriam pagani ignorarunt, undiq; elucet? Atq; utinam juſtitiam Dei obſequioſo potius cultu venerari, quam transgreſſione audaci irritare in ſe Protoplaſti voluiſſent? Patuit enim, mox patuit, inquam, juſtitia DEI, juſtitia vindex peccati, intolerabilis, certa, ineuitabilis, ſuppliciis, mortibus, exiliis, denique diluuio, ſuppliciorum compendio an cumulo dicam, armata. Tam abominabile Domino peccatum eſt: cuius ne fœditatem P.J.A.M. An.C. Rom. 1, 20.

P qui-

P.J. A.M. A.C. quidem ſatis intelligunt, qui originem & hiſtoriam ejus ignorant. Vide tamen & adora ſalutare temperamentum clementiæ, atque magnitudinem, ut Scriptura loquitur, & multitudinem miſerationum diuinarum, quibus juſtitia mitigatur, placaturque. Pœnitentes & damnationis metu perculſos Protoplaſtos, ex ipſis Orci faucibus ereptos, filio ſuo, quem promittit palam, ſeruandos commendat. Et quanta patientia poſtea lapſos in deteriora nepotes eorum, vſque ad tempus diluuii tolerat? imo quid vetat credere, in ipſo diluuio quoſdam ſeruatos anima, qui periiſſent corpore? Ipſa Noachi arca officina illuſtris & admirabilis diuinæ erga hominum genus bonitatis, in ipſis irarum & vindictæ fluctibus non fluctuantem circum-

Digitized by Google

cumfert, cœloque & angelis P. 3. A.M. 4. C.
loquitur, quam terris loqui jam non poterat, clementiam. Cuius præſertim ſecretior & intimior occupatio in illa circa res piorum & Eccleſiam prouidentia conſiderari meretur. Statim inter primordia tẽporis in duas abit factiones mortale genus; quarum altera Deo dedita, juſtitiã ejus metuere; bonitatem expectare: altera, vtramq; negligere, primã mox contemnere, deniq; oppugnare. In hac diuerſitate licet conſtituere, quidquid in religione impietatis, in imperio iniuſtitiæ, in vita impuritatis; & ex diuerſo, quidquid in his omnibus pietatis, juſtitiæ, innocentiæ reperitur. Præualuit pars deterior multitudine, vi, opibus: melioribus omnis profanæ potentiæ victrix & vltrix diuina adfuit prouidentia, quæ amabile ſibi, mundoque & angelis ſpe-

P. 3. A.M. A.C. ſtaculum, roſam inter ſpinas conſeruauit. Vt vnius ætatis exemplo omnia ſæcula docerentur, quid præmiorum piis, quid pœnarum impiis, quid fatorum vtriſq; immineret. Ornamenta horum temporum & munera diuinitus conceſſa ſingularia fuerunt & incomparabilia: inuentio artium, quibus mens ad Deum erigitur, vitæ commoditas juuatur, ſocietatis diſpoſitio ornatur; corporis animique firmitas; vitæ longævitas cum ſimilibus. Qualia imperia fuerint iſtis temporibus, multi ſolicite dubitant. moderatiſſima inter pios & patriæ poteſtati in liberos congruentiſſima fuiſſe, non video cur ambigamus. Cum *Polyb. 6.* præſertim etiam Ethnicos, quædam ad tales cogitationes conjectura & ratio deduxerit. Impiorum turbam omnes tyranni-

Digitized by Google

tannidis ſpecies impleuiſſe credimus. adeoque primæuo huic mundo veluti impletam humanorum actuum, ſtudiorum, fatorum menſuram periodicam, æſtimatione non vana attribuimus. Curioſis diſputationibus, quibus ſanctiſſima hujus æui hiſtoria pæne obruitur, ne noſtras aſſociemus curas, rationibus, vt arbitror, ſatis grauibus retinemur. P.J. A.M. A.C.

P. J. A. M. A. C.

(An carnium eſus ante diluuium fuerit licitus? Aff. *Salianus t. 1. p.* 156 Negat *Gerhard. in comment. Geneſ. 9.*)

Cæterum ut benignitatis ſuæ uberiore documento ad reſtaurandum orbem genusq; hominum DEUS animaret, promiſſionem de non abolendis amplius diluvio mortalibus ac animantibus, veluti fœdere quodam, nouoque iridis ſymbolo firmauit. *Gen. 9, 9. &c.*

(An iris ante diluuium? Aff. *Salianus* & alii; Neg. *Gerhardus.*)

Ioſephus impetraſſe iſta Noachum precibus memorat earumque deſignationem, cum reſponſo Dei efformat, commentatoris licentia potius, quam hiſtorici officio uſus. *1. Antiq. 4.* *Idem* de ſpatio vivendi imminuto, cauſſisque prioris longæuitatis, occaſione Noachi phiſophatur, adductis de ea profanæ quoque hiſtoriæ te- *1. Antiq. 4 f.*

P 4 ſtimo-

P. J. A. M. A. C.
Gen, 9, 20. *&c.*
An vinum ante diluvium? Aff. *Salian. Gerhard.* ſc. quoad uvas & earum eſum.

ſtimoniis. Noë cum cœpiſſet terram colere & vites plantare, vino inebriatus nudus in tabernaculo jacuit. quem conſpicatur indecore nudatum Chamus filius, à quo Canaan & Cananitæ exorti ſunt, non ſine irriſu fratribus Semo & Japheto retulit. At illi magna pudoris cura, auerſo corpore accedentes pallium nudato iniecerunt. Noachus diſcuſſa ebrietate, cum rem omnem comperiſſet, indicio, ut videtur, pallii de inquiſitione rei admonitus, (neque enim opus eſt, ut cum *Chronico Alexandrino* ad revelationem hic confugiamus) Canaan filium Chami exſecratus, Semo & Japheto, ſpiritu Prophetico benedixit. Ceterum ut annorum ſeriem, quorum hiſtoria non eſt annotata, ſaltem ad ſequentia, quibusdam in-

terval-

Digitized by Google

tervallis [illegible]ducamus, Semo, *P. J. A. M. A. C.*
cum ageret annum 1 0 0. na-
ſcitur Arphaxad (*Geneſ.* 11, 11.) 2388. 1658. 2326.
Arphaxad anno ætatis 35. na- 2423. 1693. 2291. 2453. 1723. 2261.
ſcitur Sale: (*Gen.* 11, 12.) hic an- 2487. 1757. 2227.
no ætatis 30. genuit Heber:
(*Gen.* 11, 14.) iſte anno ætat. 34. 2517. 1787. 2193.
genuit Phaleg (*Gen.* 11, 15.) cu-
jus anno 30. naſcitur Reu (*Ge-
neſ.* 11, 18.) quem alii Ragau &
Ragan vocant. Atque in hæc
tempora, Phalegi nimirum,
incidit illa terrarum diviſio *Gen.* 9, 19.
inter filios Noachi, quorum
familias & ſobolem tam dili-
genter pertexit *Moſes*: *Gen.* 10.
repetitur 1. *Par.* 1. Exiſtimat,
& prolixe tuetur *Salianus t.* 1.
p. 165. duplicem diuiſionem *v. Dreſſer. Milleñ.* 1.
fuiſſe. primam circa natiuita- *p.* 81.
tem Phaleg à Noacho ipſo fa-
ctam, veluti paterna & teſta-
mentaria diſpoſitione, eamq;
poſt confuſionem lingua-
rum deinceps impletam eſſe.
Sed Scriptura, cum diuiſionis

P. J. A. M. A. C. mentionem facit, etiam an-
κατὰ πρόληψιν, te confuſas linguas, *(Gen.* 10, 5.) ſatis declarat, de ſecutis temporibus ſermonem eſſe, id eſt, de iis, ubi jam erant diverſæ linguæ. Petauius refert illam diuiſionem in annum mundi 1809. Occaſio
2539. 1809. 2175. autem hæc fuit: Cum in magnam jam excreuiſſet multitudinem genus humanum poſt diluuium (Deo ſcilicet naturam fecundante, ſtudioq; propagandæ ſobolis homi-
Petav. doctr. temp. lib. 9. c. 14. nes ad inſtaurandum orbem inſtigante) ſcirentq; ſe in univerſum orbem diſtribuendos eſſe, conſilium cepere extruendæ ingentis ciuitatis altiſſimæque turris.

(*Gen* 11, 4. add. *Joſeph.* 1. *antiq pr. Glyc.* qui 40. annos ædificationi tribuit. *Zonar.* 1.)

Scilicet vt relinquerent aliquod monumentum, quod ad celebrandam poſteritati memoriam eorum eſſet idoneum

neum. Id enim conſilium fuiſſe, Moſes indicat: quanquam ex conjecturis & traditionibus alii alia addunt. Refugium à diluuio, & ultionem majorum, meditatum Nimrodum hujus operis auctorem *Ioſephus* tradit. At Deus inſolentia cœpti offenſus, diſſipauit ipſorum conatus, confuſis linguis. nam ad id temporis una utebantur tantum Hebræa, quæ deinde in Heberi poſteris manſit.

P.J. A. M. A. C.

Auguſtin. 16. de C.D. 4. & 18, 2.

Gen. 11, 1. & 6.

(Numerus linguarum ex *Auguſtino*, *Epiphanio*, aliisque LXXII. *v. Salian. t. 1. f. 173.*)

Atque ita facta eſt diſperſio poſteritatis Noachi in omnes terras: idque initium in terris variorum regnorum ac imperiorum fuit. Appellationes gentium à conditoribus ortæ, partim durarunt in poſteros, partim mutauerunt; Græcis præſertim

Joſeph. antiq. 6.

pro

P.J. A. M. A.C. *Euſeb.Chronic.& Excerpt.*

pro ſuo lubitu, quædam nomina mutantibus, aut interpretantibus. Quomodo autem iſta diuiſio facta ſit, multa eſt inter Scriptores ac interpretes diſſenſio extatq; ea de re celebris libellus *Ariæmontani* ſub titulo *Phaleg*, ſive *de primis gentium originibus*: in quo tradit Japheti poſteros occupaſſe Europam & partem Aſiæ ſeptentrionalem ad occaſum vergentem, à Tauro monte & Amano uſque ad Tanaim. Chami poſteros obtinuiſſe partem meridionalem Aſiæ ab Amano & Tauro ſe. Aegyptum & partem Syriæ & totam Africam: poſteros Semi tenuiſſe partẽ Aſiæ orientalem ab Euphrate uſque ad Oceanum Indicum. *Sulpitius Seuerus* breuiter: ita filiis Noë diuiſum orbem, ut *Sem* intra Orientẽ, *Iaphet* occidentem, *Cham* mediis continentem

tineretur. Singularum gentium ab auctoribus ſuis Origines, *Ioſephus* 1. *antiq*.7. inquirit; & prolixe diſputat *Salianus t*.1.*p*.174.*& ſeqq*. aliiq;. Nos alio loco opportunius excutiemus ſingula: ſuisque paſſim locis aliquid in hoc ipſo opere annotabimus. Unde, aut qui, aut quomodo in Americam peruenerint primum, adhuc hodie diſputant eruditis certaminibus *H. Grotius* & *Ioannes de Laët Antverpianus*. Sed & de ſingularum gentium conditoribus Scriptores annalium cuiusq; gentis plerumq; copioſe diſquirunt. Atque in hunc fere annum Petauius ponit primordium Imperii Aſſyriorum: cujus annos circiter MCCC. reges non niſi XXXVII. agnoſcit, *lib*. 9. *de doctr. temp. c*. 13. Conditor ejus Nimrodus (*Ioſephus* Nabroden vocat) Chami

P.J. A.M. A.C.

adde Chron. Alex. Zonar. t. 1. Beroſ. l. 4.

2539. 1809. 2175.

Imperium Aſſyriorum ſpecialiter & proprie ſic dictum, infra traditur.

Gen. 10, 10.

P.J. A. M. A. C. mi nepos: qui Babylonem
etiam Aug. C.D. 16, 3. condidit. *Chronicon Alexandrinum* gigantē vocat Nimrodum Babyloniæ conditorem, eoque nomine in deos relatum, Orionisq; vocabulo coli ex Perſarum placitis refert. Sed profani ſcriptores Belum potius vocant Babyloniæ & regni Aſſyriorum conditorem: ut non dubitandum ſit, Belum eſſe Nimrodum.
G.I. Voſſ. Th. Gent. 1, 24. *Salian. t. 1. p. 179.* Cum alii alios conditores huius urbis memorant, inſtaurationis reſpectu intelligendi ſunt. Rationem nominis ſcriptura indicat, Babel (ex quo Babylon) ex confuſione linguarum dictam eſſe.
Gen. 11, 9.
Quod nonnulli ex *Moſaico* illo (*Nimrodus cœpit potens eſſe in terra*) colligunt; Nimrodum primum Monarcham fuiſſe, id niſi de ſtudio quodam ſingulari dominationis in aliena propagandæ, tempori-
Gen. 10, 8.

bus

buſ ſc. poſtdiluuianis, accipia- *P. I. A. M. A. G.*
tur, non habet, quo ſe tuea-
tur.. Quæ de Chaldæorum &
& Arabum Dynaſtiis, & regi-
bus ante Nemrodum refe-
runtur, ex *Africano* & *Mane-*
thone ap. *Euſeb.* merito fabu-
loſa reputantur.

Meminerunt harum re-
rum etiam profani & barbari-
ci Scriptores. De turri & con-
fuſione linguarum, *Abydenus,*
Heſtiaus, Sibylla, apud *Ioſephum*
1. antiq. 5. & *Euſebium* P. E. 9, 14.
& 15.

De cætero, gentilium Ja-
nus ad Noachum à plerisque;
tanquam ad vtriuſque mun-
di ſæculique principem refer-
tur. *G.* tamen *Voſſius* per Ja- *Th. Gent. 1, 18.*
num Jauan, filium Japeti ma- *indidem p. 142.*
vult intelligere : ſicut per
ipſum Japetum Europæorum
parentem Japhetum. Idem *lib. 1. c. 27.*
per Jouem Hammonem, Cha-
mum ſignari autumat : per

Mar-

P.J. A.M. A.C. lib.1.c.16. Martem antiquiſſimum, *Nimrodum*, illum venatorem hominum, vt ſic dicam.

Circa idem tempus autem orta videntur *Arabum* & *Aegyptiorum regna*: quæ in *Chronico Euſebij* ſupra diluuium, fabuloſa vetuſtate, collocantur. *Adde Diodor.l.* *v. Petau. Doctr. tem 9.15.* Unde nonnulli *Scaligerum* impietatis accuſarunt, quod *Can. Iſag.* ſecundum *Manethonis Heliopolitani flaminis* calculum reges Aegyptiorum digeſſit, vt anni eius regni non diluuii modo tempora, ſed conditi orbis videantur excedere. Cujus tamen patrocinium ſuſcepit, & Aegyptiarum antiquitatum ſubtilem cum Sacra Hiſtoria conciliationem invenit *G. I. Voſſius*. *Th. Gent. 1,28.* Aegyptum à Miſraim Chami filio deducit *Ioſephus* (1. *antiq*. 7.) aliique: *Th. G. 1,27.* quem *Voſſius* Oſiridem antiquiſſimum eſſe autumat. *Manetho* primum regem Aegy-

ptio-

ptiorum *Menin Thinitin* vocat. Conſentiunt *Diodorus*, *Bibl.*1. *Herodotus*, *Euterp. Ioſephus* 8. *Ant.* 6. eiq; ſtructuram vrbis Memphiticæ tribuunt. Cæterum ab hac antiquitate eſt Aegyptiorum gloriatio, qui ſe mortalium antiquiſſimos ferebant, eoque nomine cum Scythis contendebant. *Arabia* à Chuſo, Chami filio, *terra Chus* dicitur: vnde & Chamum ſub Hammonis titulo videntur coluiſſe Arabes, tanquam conditorem ſuum, ſiue conditoris parentem.

P. J. A. M. A. C.

Herodot. 2. *Juſtin.* 2, 11. *Strab* 1?. *Marcellin.* 22, 34.

Voſſ. Th G. 1, 26.

Verum ad ſequentia pergentibus, natiuitas Sarug notam temporis præbet; quem ſuſcepit pater Reu annos natus 32. Atque circa hoc tempus *Sicyoniorum* regnum, initium acceperit. *Petauius* primum coniecerat in annum poſt diluuium CLII. poſt Aſ-

2549. 1819. 2165.

Gen. 11, 20.

D. T. 9, 16.

2556. 1820. 2164.

P. J. A. M. A. C. ſyriorum exordium, XII.
in Chronolog. poſtea duos adiecit annos. Primus regnum Sicyone tenuit Aegialus, à Peloponneſus Aegialia dicta eſt. Catalogum regum Sicyoniorum XXVI. exhibet *Pauſanias in Corinthiacis*; *Africanus & Euſebius*, itemque *Petauius fine operis Chronologici*. Durauit id regnum annis mille paulo minus. Qua de re in ſequentibus iterum aliquid dicetur.

2579. 1849. 2135. Anno ætatis 30. Sarug genuit auum Abrami Nachor;
Geneſ. 11,22. incidit is annus in annum mundi 1849. Poſt hæc tempora, Sicyoniorum regnum obtinuit Europs, ſecundus
2602. 1872. 2112. Rex, annisque XLV. imperauit: ſicut ex *Africano* conſtat. Tum etiam mortuo Belo ſiue Nimrodo, qui re-
2604. 1874. 2110. gnauit annis 65. Ninus ſuc-
Euſeb. Chron. ceſſit. *Chronicon Alexandrinum* Belo duos tantum annos

nos per errorem tribuit. *Eu-* *P.J.A.M. A.C.*
ſebium plerique veteres ſimul
& recentes ſequuntur. Ninus *Gen.10,11.*
ille non eſt alius quam Aſſur
qui Niniuen ſiue Ninum de
ſuo nomine extruxit, vrbem
imperii domicilium; quod
ab hoc auctore & amplifica-
tore proprie & peculiariter
jam *Aſſyrium* appellatur. Ma-
gnitudinem vrbis etiam in
ſacris celebratam, *Diodorus* *Jon.3. & 4.*
(*libr.2.*) diligenter deſcribit.
Idem, qui præ cæteris, huius *Lib.2.*
regis geſta expoſuit. Quorum
ſumma eſt: Victos à Nino A-
rabes, Armenios, Medos, vni-
verſam denique Aſiam ſepten-
decim annorum ſpacio ſub-
actam; Poſtremo Bactrianis
deuictis & rege eorum Zoro-
aſtre (de quo variæ opiniones
& ſententiæ Scriptorum) vxo- *Voſſ.Th.G.1,6.*
rem Semiramidem duxiſſe,
ex eaque filium Ninyan tu-
liſſe. Etiam parentem ſuum

Q 2 Belum

P. J. A. M. A. C. Belum conſecrauit, atq; ido-
Salian.a.1.p.195. lolatriæ, in tot gentes poſtea
Voſſ.Th.G.1,1.& c. diffuſæ *amplam feneſtram* pa-
Dreſſer.Millen.1. tefecit. Quanquam ignis cultum religioſum jam à Patre Nimrod inſtitutum, qui poſtea apud Perſas & in oriente manſit, nonnulli tradunt: (*vid.G.I.Voſſ.Th.G.2,64.*) *Diodoro* junge *Iuſtinum*, *Euſebium* (*Chron.& P.E.*10,3.) *Suidam*, *Cteſiam*, *Oroſium* 1,4, Auguſtinum d. C.D. 4, 6. & 18,2. Atq; ab hoc rege omnes gentilium hiſtoriæ initium ducunt: ſicut *Diodorus* & *Oroſius* etiam notant. Interim anno

2608. 1878. 2106. Nachoris 29. naſcitur *Thare*:
*Gen.*11,1. apud Sicyonios tertius rex Telchin ſuccedit, quem *Euſe-*
2647. 1917. 2067. *bius* annos 20. regnaſſe ſcribit. Ninus autem, cum regnaſſet
2656. 1926. 2058. annos LII. dum deficientem à ſe oppugnat vrbem ſagittæ ictu interiit: relicta vxore Semiramide & filio impubere

Ninya.

Digitized by Google

Ninya.Illa mox aſtu occupauit imperium filio debitum, multasque & magnas res geſſit, Babylonem à Nimrodo primum extructam magnificentiſſimis muris adornauit (de quibus vide *Bernegg.* ad *Iuſtin.*1,2,76. & *Freinsh. ad Curt,* 5,1,24. notata) Aethiopas devicit, Indiæ bellum intulit, aggerem valde celebratum, & hortos penſiles fecit, obeliſcum ex Armen. montibus exciſum aliaque opera, denique annos duo & quadraginta regno potita, vita autem 62. à filio interfecta eſt, quem ad inceſtum concubitum ſolicitaſſet. Adeundi ſunt *Diodorus* antea laudatus *libr.* 2. *Herodotus in Clio, Suidas* voce Semir. *Dionyſ. in deſcript. orb. Strabo paſſim. Iuſtin.* 1,2. *Beroſus* 5. *Oroſius* 1,4. *Iornandes*, 1. *Curtius* 5,1. *Plin.*8,42. *Propertius lib.*3.*eleg.*9. *Auguſtinus de* P. J. A. M. A. C. Oroſ.1,4.

P. J. A.M. A.C. Capell p. 48. Gyrald. Syntag. 1. de Diis Gent. C. D. 18, 2. add. *Voſſ. Theol.* 1,23. vbi tres Semiramides fuiſſe oſtendit. Regnauerat jam de-
2667. 1937. 2047. cennium Semiramis, cum apud Sicyonios rex quartus *Apis* ſuccedit, cui 25. annos *Euſebius* tribuit. Ab hoc Peloponneſus Apia vocata eſt, cum prius Aegialia diceretur. (vt à Telchine Telchinia, apud *Stephanum*). teſtibus præter *Euſebium, Pauſania & Aeſchylo in ſupplicibus.* Confunditur aliquando hic Apis cum
Voſſ. Th. Gent. 1, 14,112. Api Aegyptio. Venimus nunc ad terminum huius ætatis ſecundæ i. e. ad natiuitatem Abrami, quem Thare natus
2678. 1948. 2036. Gen. 11, 26. annos 70. genuit: anno poſt diluuium 292, Semiramidis 23, Apis 1?: ſicut *Petauij* Chronologia habet; nam alii magnopere diſcrepant. Quidam, inter quos eſt *Salianus* t. 1. p. 200. &c. 130. anno ætatis Thare natum volunt Abrahamum

Digitized by Google

hamum, contra quos prolixe diſputat *Petauius* 9. *de Doctr. temp.*17.& 18. *P. I. A. M. A. C.*

Eximiæ obſeruationis eſt, Reſtauratio mundi poſt diluvium, tam ex parte Dei, quam ex parte hominum. Deus inſtituit *religionem* & Sacrificia, ſancit vinculum *ſocietatis civilis, jus gladij* magiſtratibus, *concordiæ* ſanctitatem ciuibus commendat: *familias ac matrimonia*, ſolenni benedictione denuo conſecrat ac fecundat. Noachus *pietate in Deum, labore induſtriaq;, juſtitia, auctoritate, ſcientia & honeſtis artibus*, ſuis liberis nepotibusque, viuendi ſiue exemplum ſiue magiſterium exhibet. Ab his qui degenerant, miſeriarum & infelicis vitæ auctores ſibi poſteriſque fiunt. quod horribili exemplo Chami intelligi poteſt. quem ſua *impietas* diris inuoluit in ca- *Iudicium de hac ætate.*

P. I. A. M. A. C pita nepotum exituris. Sed & Babelicæ ſubſtructionis molitores *neglectus diuini Numinis*, & ſoboles huius vitii an mater *ambitio* perdidit; magno in futuras ætates documento, vaſta & alta conſilia, quæ Deum non habent auctorem, eiusdem ſpiritu difflari atque diſſipari. *Linguarum confuſio*, monumentum eſt humanæ miſeriæ, eritque, dum hic orbis erit. vt fruſtra ſint, qui curioſa ſpe meditantur linguam toti mundo intelligendam. Memor tamen hic quoque fuit ſuę conſuetudinis Diuina bonitas: quæ maledictionem in benedictionem vertit, linguisq; ſingulis aliquod decus & vſum dedit, & præſertim in nouo Teſtamento illuſtri conſecratione, eas nobilitauit. Fruſtra autem ſunt, qui ſingula ſibi videntur reperiſſe ſingu-

Herm. Hugo de prim ſcrib. Orig.

Act. 2,11.
Job, 19,20.

Digitized by Google

ſingularum ex prima illa & P.J. A.M. A. G.
Hebræa ortarum linguarum myſteria. Quippe pars confuſionis eſt, ne omnia hic cuiquam eſſent liquida, poſtquam vna in multas linguas non tantum eſt multiplicata, ſed confuſa.

Itaq; ne tum quidem, ſtatim à confuſione, quiſquam ſine confuſione potuit in iſtas origines intueri: nedum vt hodie aliquis tantam ſibi vel induſtriam vel ſapientiam polliceri debeat. *Diſperſio in terras & gentes*, licet inſigne ſit ſpecimen Diuinæ prouidentiæ, orbem terrarum diſpartientis filiis hominum poſſidendum, ſuamque bonitatem vbiq; liberaliter communicantis, non tamen plane vacat memoria indignationis diuinæ, qua factum eſt, vt ab ipſo opere ſuo diſpergerentur in omnes partes, qui alio-

P. I. A.M. A. C. quin melioribus auſpiciis exire poterant in deſtinatas ſibi portiones. Eſt autem ab illo ipſo tempore in hunc diem mirabilis & plena myſteriis conſideratio, *de Originibus gentium & demigrationibus:* vt & *de Regnorum & Imperiorum* initiis, quę itidem ſecretioribus Prouidentiæ occupationibus gubernantur. Eſtq; meditatio illa hujus ætatis propria: cui conueniunt initia regni *Chaldaici ſiue Babylonici aut Aſſyrij, Aegyptij, Sicyonij.* nam de *Argiuo* infra dicetur. Licet autem imperia & tyrannides ante diluuium etiam fuiſſe, negari non debeat plane, vt ſupra monuimus: tamen nec hiſtoria eorum ad nos peruenit, & forma imperandi hoc demum æuo videtur cœpiſſe addictior, atque ex ipſa gentium diſtributione nominatior dicam,

Digitized by Google

cam, an euidentior. Videmus concurrere, vim, arma, flagitia ambitionis, auaritiæ, ſæuitiæ: per quæ Deus punire ſolet illa ipſa & cætera hominum ſcelera. Neque tamen illæ malæ artes, quæ in parandis & moliendis imperiis adhibentur, ad ipſorum infamiam imperiorum prorſus valere debent. In ipſo enim Imperio ſemper eſt aliquid diuinæ deſtinationis, majeſtatis, ſanctitatis. Digni erant homines, qui diuinum imperium exuerant, durioris imperii jugum induere : ſed ita tamen paci & ſecuritati publicæ conſulitur, ita Eccleſiæ in his terris ſæpe hoſpitium paratur: quod præſertim in magnis illis ac ſummis imperiis, quæ Monarchiæ appellantur, plerique agnoſcunt atque celebrant. Legenda eſt præſertim inſi- *P.J. A.M. A.C.*

gnis

P. L. A. M. A. C. ſignis conſideratio huius rei in *Chronico Melanchthonis lib. 1. f.* Obſeruatu etiam dignum eſt, quod prima bella ambitio & cupido dominandi conciuit: cuius rei præludia ante diluuium Cainica poſteritas, aduerſus pios ſemper infeſta, dederat. Inter ornamenta huius ſæculi extructæ nobiliſſimæ vrbes, munimenta, & opera magnifico cultu illuſtria, numerari debent. in quibus rurſum vitioſa conditorum & ſuperba conſilia, à moderatione DEI, omnia iſta in bonos fines vertentis, diſtinguenda ſunt. Denique, tot hominum, vanitati & impietati ſeruientium conatibus, oppoſitam videmus modeſtiorem quidem ſed longe efficaciorem Noachi auctoritatem: qui Heros maximus indole & auſpicio, officio

Digitized by Google

officio & cura Eccleſiæ pater, diſciplina magiſter ſæculi, ſuſtentatæ diu pietatis patrocinium in Abramum feliciter deuoluit. De quo deinceps erit agendum. *P. J. A. M. A. C.*

ÆTAS MUNDI TERTIA.

Conſentit circa initium 3. ætatis Salianus t. 1. p. 199. Torniellus auſpicatur à 75. æt. Abr. anno.

A NATO ABRAHAMO AD mortem Saulis ſiue
REGNUM DAVIDIS.
Continet (ſecundum Chronologiam Petauij, nam de aliis infra dicetur) annos

DCCCC LXXXI.

ab anno M. ſcilicet 1948. ad 2929.

Epochæ vſitatæ in hanc ætatem cadunt ferme tres:

I. A natiuitate Abraami ad vocationem eius, annorum 75. v. infra.

2. A vocatione Abraami ad exitum ex Aegypto annorum 431. ſiue 430.

3. Ab

P. J. A. M. A. C. 3. *Ab exitu vſq; ad templum Salomonis annorum 519. ſecundum alios aliter, vt infra monebimus.*

Quanquam hæc poſterior Epocha non abſoluitur hac ætate: reſtant enim 43. circiter anni, in ſequentem ætatem contribuendi.

NAtus igitur Abramus in ciuitate Babylonica Ur (quæ & χαλδαιόπολις & Camarina, & Urie) plenum magnifici fauſtiq; ominis nomen accepit vt *pater excelſus* diceretur. Pater ſcilicet non modo plurimarum gentium, & Dominus mundi factus ſicut Noë, ſed ſingulari diuinoq; axiomate, Pater cre-
2688. 1958. 2026. dentium. Decennis jam erat Abraham, cum Sara naſcitur ſicut colligere licet ex *Gen.* 17. 17. eodem quo Abramus patre, ſed matre diuerſa, vt ex *Geneſ.* 29, 12. colligit *Petauius*
t. 1. p. 205. contra *Salianum*, qui Aran patrem Saræ facit. Quæ fuerint

Digitized by Google

rint ſtudia aut educatio Abra- hami, parum conſtat. Equidem *Suidas ex Philone* tradit, Abrahamum ab ineunte ætate ſiderum & ſublimium rerum cōtemplationi deditum, ex ipſo naturę libro inquiſiuiſſe naturæ auctorem rerumq; opificem ac moderatorem: Atque ita factum eſſe, vt deſideranti ſe patefaceret Deus. A quo non longe abit *Ioſephus* 1. *antiq.* 9. ſequitur apud *Philonem*; Abramum annos natum 14. Dei cognitione illuſtratum, patrem à fabricandis imaginibus colendisq; dehortatum eſſe: indeque paſſim gentibus vnum verum Deum prædicaſſe. Seruiiſſe Abrahamum & ipſum idolis ex *Ioſua* 24, 2. & 3. colligunt *Philippus Melanchtonus Dreſſerus* & alii: cuius loci connexio videtur oſtendere, Deum admirabili ſua bonitate propterea Abra-

P. J. A. M. A. C.

v. Ἀβραάμ.

P. I. A. M. A. C. Abrahamum euocaſſe è patria & ad veræ religionis cultum tranſtuliſſe. Atque hæc opinio etiam eſt *Philonis in Abramo: Auguſtinus* ſubobſcure hic verſatur 16. *de C.D.* 12. & 13. quem exſcribit *Eucherius Lugdun.* 2.*in Gen.* 9 contra diſputat *Saltanus*. Sed prior ſententia verior eſt: cui etiam accedunt Judæi: quamuis fabuloſæ opinionis errore ex *Vr Chaldæorum* concinnauerint ignem, in quem conjectus fuerit Abram, quód Ignē adorare noluerit. Tharam Abrahami patrem repertorem fuiſſe ſtatuarum & ſimulacrorum ex argilla ac figilino opere, auctor eſt *Epiphanius* 1.*adu. hær.*1. Verum de Abrahamo mox plura dicenda erunt, ſi prius interpoſuerimus ea, quibus expleri poteſt interuallum temporis, vſque ad vocationem eius. Quip-

t.1.p.207.& a. v.Gerhard in Gen. 12.q.3.

Adi R. Moſen Maimonidem de idololatria pr. cum notis Dionyſii Voſſii.

Digitized by Google

Quippe, anno poſt Saram na- P.J. A, M. A.C.
tam 4to circiter, Thelxion 2692. 1962. 2022.
Vtus Sicyoniorum rex imperium ſuſcepit, qui regnauit poſtea annis LII, ſecundum *Euſebium*, cuius *Chronicon* v.Petav.D.T.9,1.
ſuam epocham quinto huius regis anno, ab autumno, auſpicatur. In ſequentem an- 2697. 1967. 2017.
num incidit imperium Ni- 2698. 1968. 2016.
nyæ ſiue Nini Junioris, qui interfecta matre regnare ap. Aſſyrios incepit producta per 38. annos poteſtate. Vita & imperium ejus luxuria ac inertia ad poſteros innotuit: adeo vt ab hujus exemplo credatur eſſe Aſſyriorum regum, qui ſecuti ſunt, vſque ad Sardanapalum mollities, occultatio publicorum negotiorum cura miniſtris permiſſa, reſponſa non niſi per internuntios data; quæq; alia his ſimilia laborioſiſſimum imperii nomen munusq; indeco-

P. I. A. M. A. C. ro viris otio maeulauerunt.
Manſit tamen ſpecies maje-
ſtatis, & veneratio terrore
quæſita. Diſpoſita enim paſ-
ſim caſtra, conſtituti duces,
judices, procuratores, prout
dominanti conducere vide-
Diodor. 2. bantur, voluptates & iner-
tiam velabant. Ninya impe-
rante mortui ſunt Arphaxad
2726. 1996. 1988. annos natus 338. *Gen.* 11, 13. eo-
demq; anno Phaleg *v.* 19. cum
2727. 1997. 1987. vixiſſet 239; anno inſequen-
te, Nachor auus Abrami an-
2736. 2006. 1978. no ætatis 148. *Gen.* 11, 25. poſtea
Noachus annorum 950, ſenex,
annis poſt diluuium 350. Abra-
hami anno 59 obiit *Gen.* 11, 29.
alter poſt Adamũ humani ge-
neris parens, omnis humanæ
laudis fortiſq; modum emen-
ſus, Propheta & præco mundi
veteris, Dominus noui & pa-
ſtor & inſtaurator & præce-
ptor; exemplum gratiæ, vir-
tutis ad poſteros ſpecimen,
cuius

Digitized by Google

cuius præſtantia omnem po- *P.J. A.M. A.C.*
ſteritatis captum & elogia lon-
ge excedit. Eodem anno Ni-
nyæ defuncto ſucceſſit apud
Aſſyrios, quintus rex Arius,
notante *Euſebio*: qui Bactria- *in Chron.*
nos & Caſpios ſubegiſſe tra-
ditur. Atque ab hoc tempore
vſque ad Sardanapalum nihil
præter nomina ferme Aſſy-
riorum regum ſupereſt, ſicut
Diodorus quoque *Siculus* no- *Lib. 2.*
tanter monuit. Apud Sicyo-
nios interim VI. Rex Aegy- 2744. 2014. 1970.
drus ſequitur: cui 34. annos
imperii aſſignat *Euſebius*:
Chron. Sub idem tempus Co-
dorlaomor rex Elamitarum,
libidine dominandi ductus, So-
domæ, Gomorræ, cætera-
rumque ciuitatum regulos
ſub imperium videtur rede-
giſſe: ſicut colligere eſt ex
Gen. 14, 4. Deuenimus nunc
ad difficilem locum de vo-
catione Abrami. Cum enim

P.J. A.M. A.C. Moſes dicat, Abramum annos natum 75. egreſſum de
Gen. 12,4. Haran, *Stephanus* autem, id
Act. 7,4. accidiſſe, poſtquam pater ejus Thare mortuus eſſet, doceat: deeſſe videntur 60. anni in Chronologia hujus temporis. Quippe Abram natus eſt anno Thare 70. egreſſus ex Haran anno ætatis ſuæ 75. hinc prodibunt 145 anni. At vero, cum Thare 205. annos
Gen. 11, 32. *Gerhard. in Gen.* vixerit, quomodo Abram
Salian. poſt mortem patris egreſſus dicitur? Aliqui hunc nodum credunt inexplicabilem; alii dum ſoluere conantur, intri-
16. d. C. D. 15. cant. *Auguſtinus* ait: Stephanum non de profectione Abrami poſt mortem patris facta loqui, ſed de collocatione ſiue ſtabilitione: quod Deus Abramum poſt mortem patris collocauerit in terra
Petau. D.T. 9,17. Canaan. Alii difficultatem tollere conantur, accipiendo prin-

Digitized by Google

principium *cap.* 12. *in Geneſi* hoc ſenſu, vt non ordo temporis præciſe notari videatur, ſed illud, *dixit*, pro *dixerat*, accipiendum ſit : more Scripturis non inuſitato. *Petauius* ita ordinat hiſtoriam: In Chaldæa primo vocatum Abramum anno ætatis 70. juxta Hebræorum traditionem; ita vt juſſus ſit peregrinari nondum præfinita certa regione, atque hanc primam vocationem à *Stephano* commemorari. poſt quam in Meſopotamiam profectus quinque fere annis Charris conſederit. Ita anno ætatis 75. expleto denuo vocatum, vt non modo de terra patria, quam pridem reliquerat, ſed etiam de domo patris egrederetur, cum quo hactenus ipſi habitare licuerat, in Cananæam relicto patre ac fratribus perrexiſſe cum Sara vxore, Lo-

P.J. A.M. A.C.

2747. 2017. 1967.

P. I. A. M. A. C. tho filio fratris ac tota familia; & in Sichem perueniſſe, ibique Dominum ei apparuiſ-
2752. 2022. 1962. ſe, ac Chananæam promiſiſſe: Ibi altare Deo conſtituiſſe Abramum, progreſſumque inde tabernaculum fixiſſe inter Bethel & Hai, atque iſtam ſecundam vocationem, cum inſecuta migratione hactenus exprimi à Moſe 12. *Geneſ.* Sic in Chananæa ſubſtitiſſe Abramum 60. annis vſque ad obitum patris: quo defuncto in Meſopotamiam forte diuino inſtinctu profectus ſit vel funeris curandi vel hereditatis adeundæ cauſſa; indidemque poſtremo à Deo translatus in Chananæa permanſerit. atq; de hoc reditu in Chananæam loqui Stephanum *actor.* 7, 4.
Adde; Salian. t. 1. p. 212, &c. Non caret ſuis quibusdam incommoditatibus etiam hæc opinio: ſed omnia ad liquidum in talibus deducere, nemo

nemo facile poterit. Conſilium huius vocationis haud dubie ſpectauit ad propagationem diuini cultus & ſinceræ religionis: vt etiam impia Chami poſteritas haberet occaſionem reſipiſcendi, & tam illuſtris magiſtri inſtitutione proficiendi: ſi poſſet ſanioris animi diſciplinam reſumere aut pati. Addidit autem Deus euocato dimiſſoque ad hunc modum Abramo promiſſionem duplicem, pignus auxilii diuini, fundamentum fidei, & ſpem ſucceſſus atque fiduciam. Prima promiſſionis pars terram Chanaan ipſi ſeminiq; eius deſtinabat: altera longe præſtantioris boni munus, de ſemine Abrahami per Meſſiam benedicendo complectitur. Triennio ante quam euocaretur Abramus, obiit Sarug cum vixiſſet annis 230. Sed ad Abramum

P. J. A. M. A. C.

Gen. 12, 2. & 3.

Auguſtin. de C. D. 16, 16.

2749. 2017. 19

Gen. 11, 23.

P. J. A.M. A.C. redimus, qui cum ſubſiſteret
aliquandiu inter Bethel &
Hai, atq; ibi etiam extructo
altari Domini nomen inuo-
caret, in nouam peregrinatio-
nem expulſus eſt fame, quæ
in Chananæam valide incu-
2753. 2023. 1961. buerat. Ægyptum ergo pe-
Gen. 12, 10. tiit, cuius celebris erat ac no-
ta fertilitas. Spectaſſe Deum
propagationem pietatis & re-
ligionis hac demigratione
Abrahæ, libenter *Chryſoſtomo*
& doctoribus nonnullis cre-
dimus, Ipſum etiam Abra-
mum conſilia eiuſcemodi
inſtinctu DEJ agitaſſe, non
dubitamus. Qua de re *Ioſe-
phus* quoque coniectura ali-
quid aſſecutus eſt, ſed quam
more ſuo nimis dilutam red-
dit, cum Abramo dubiam &
ancipitem propoſiti ſenten-
tiam tribuit; iviſſe, inquiens,
I. Antiq. 9. in Ægyptum, vt vel Sacerdo-
tum Ægyptiorum de diuini-
tate

tate placita ſequeretur, ſi meliora eſſent, vel rectiora iis commonſtraret. Ceterum ſicut cauſſas adeundæ Ægypti ſat grandes habebat Abramus, ita metu non paruo ſolicitabatur ob vxoris Saræ, licet jam ſexagenaria maioris, pulcritudinem, & Ægyptiorum libidinem. Facile enim præuidebat, periculum inde vitæ ſibi imminere. Itaque ſororem pro vxore appellat, nihil mentitus, quia ſanguine propinqua erat. quanquam non deſint rationes, quibus factum & conſilium hoc imbecillitatis argui poteſt. Licet hoc loco obſeruare, aulæ Ægyptiæ licentiam & ſolutos mores. quippe ſtatim mulieris pulcritudinem ap. Regias aures dilaudant aulici adulatores, regemque vt perduci ad ſe cuperet, impellunt. Pœnis igitur & plagis (quas Scri-

P.J. A.M. A.C.

Gen. 12, 11. *Auguſtin. de C.D.* 16, 19. *Gerh. in cap.* 12. *Geneſ.*

Auguſtin. 22, contra *Fauſt.* c. 33

Hieron. v. in Eſther.

P.J. A.M. A.C. ptura non exprimit, Scripto-
res autem varie diuinant) ad-
Salian.t.1.p.219. monuit Pharaonem de ſcele-
re agitato Deus, atque ne pa-
traret, cohibuit. Unde mox
accerſito Abramo vxorem
reddidit, ignorationem ma-
trimonii eius excuſans: vtq;
idoneo comitatu inſtructuq;,
quo tendere deſtinaſſet, de-
duceretur, imperauit. Mu-
nera & pecuniam addita,
complures ex veteribus opi-
1. Antiq. 9. nantur. *Ioſephus* etiam iſtud
adiicit, permiſſum poſthæc
Abramo, vt cum doctiſſimis
Ægyptiorum congrederetur;
illosque Abramo doctore
arithmeticam & Aſtronomi-
am didiciſſe; cum antea Ægy-
ptii talium rudes eſſent. Con-
firmat idem Eupolemon apud
Euſeb. P.E. 9,4. additq; Abra-
mum ipſum aſtronomiam ab
Enocho didiciſſe. quod nunc
Gen.13,1. quidem ſuo loco relinquitur,
à Sa-

Digitized by Google

à *Saliano* autem impugnatur, *P.J.A.M. An.C. t.1.p.*219. Abramus ergo reuectus ex Ægypto in locum, vbi antea tabernaculum fixerat, denuo ad altare olim extructum DEUM veneratus eſt, gratiasque ei & preces obtulit. Sed, quoniam opes eius, itemque nepotis ex fratre Lothi maiores erant, quam quæ tam anguſtis commode finibus poſſent contineri, cum præſertim armentis & pecoribus ipſorum ager non ſufficeret, indeq; paſtorum vtrinque querelæ ac certamina, vt fit, naſcerentur: Abramus concordiam tam propinquę neceſſitudinis non tulit labefactari ſuborientibus diſſidiis, Lothoq; auctor extitit, vt facta diuiſione ſedium, vel inter Chananæos, vel inter Pherezæos libera optione habitaret. Ita factum eſt, vt Lotus inter Pherezæos circa regionem

P.J. A.M. A. C. nem Jordanis ad Sodomam amœniſſimo tractu ſed inter homines peſſimos, quales fere fiunt fœcundiſſimarum terrarum incolæ habitaret: Abramus inter Chananæos ad conuallem Mamre in Hebron

Gen.13,18. ſedem figeret. Sic concordiæ conſultum eſt: quam fru-

Auguſt.C.D.16, 20. ſtra ſuſpectam habuit *Philo in*

Gen.13,14. *lib. de Abr.* Statim ab hac diviſione, repetit DEUS Abramo promiſſionem de tradenda ipſi eiusq; ſtirpi terra Chananæa. Interiectis quatuor circiter annis (in quod interuallum mors Reu anno ætatis 239. denati competit) ex-

2756. 2026. 1958. diſputat. de tempore vid. apud Salian. t.1.p.221. ortum eſt bellum illud, quod quatuor fœderati reges geſſerunt, contra quinque Pentapoleos reges; eo quod ab imperio regis Codorlaomor anno ſuperiore defecerant. Multa eſt de nominibus regum diſſenſio, & diuerſa explica-

plicatio: de qua *Salianum* vide. *Ioſephus* Aſſyriis auſpicium belli aduerſum Pentapolitanos geſti, *Diodorus in fragmentis*, Perſis tribuit. Euentus primum pro quatuor regibus fuit: devaſtatis quippe circumcirca regionibus finitimis, mox acie fuderunt reges quinque ciuitatum Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ, Seboim Balæ ſiue Segor; Gomorrhamq; ac Sodomum ceperunt, abducta ingenti præda, multisque captis, inter quos fuit etiam Lotus cum omni familia. Huius rei accepto nuntio, per aliquem qui ex clade euaſerat, Abramus Lotum & vicinos è manu hoſtium vindicaturus partim domeſticas copias 318. vernas armat, partim ſocios ſibi adiungit (habebat enim federatos ſibi apud quos habitabat, Mamre, Eſcol & Aner) profectusque ad perſequen-

P.J. A. M. A.C. Gen. 14, 1. adde Gerhard. in cap. 14. Gen. 1. Ant. 10.

Gen. 14, 14.

P. J. A. M. A. C. quendos victores, quinta no-
Gen. 14, 13. 15. & 24 cte, ſi *Ioſepho* credimus, eos aſſecutus citra Dan, diuiſis copiis, ancipiti acie oppreſſit incautos, ipſoque noctis terrore vndique præpeditos. Magna igitur ſtrage edita cum vſque ad Hoba hoſtes perſecutus eſſet, reduxit omnem prædam & captiuos cum Lotho & familia ejus. Reduci cum præda Abramo Sodomorum rex Bara gratulabundus occurrit in campum Regium, qui vocatur: captiuosque ſuos ſibi ab Abramo reddi poſtulat, conceſſa victori præda cætera.

Gen. 14, 11. & 21. &c. At vero Abramus, interpoſito juramento affirmans, nolle ſe de præda ditari, omnia ipſi reſtituit Sed & Melchiſedek Rex Salem idemq; Sacerdos Dei altiſſimi occurrit Abramo, eiq; benedixit, gratibus Deo pro victoria actis,

Gen. 14, 18. paneque & vino ad reficiendos

dos victores liberaliter ſuppe- *P. J. A. M. A. C.*
ditato: ſiue conuiuio inſtitu-
to, ſicut *Ioſephus* & *Philo* inter- *1. Ant. 11.* *in Abram.*
pretantur. nam qui de ſacrifi- *Salian.*
cio panis & vini multa hic ja-
ctitant, parum validis nitun-
tur rationibus. Quis fuerit
ille Melchiſedek magna & o-
lim & hodie controuerſia eſt.
Quidam Semum Noachi fi-
lium intellexere, cui nomen *Salian. t. 1. p. 204.*
hoc regis juſti appoſitum ſit:
receptior ſententia eſt, fuiſſe
regem Salem id eſt Hieroſoly-
mæ, quam etiam *Ioſephus* tue-
tur. Magnum & memorabi-
lem virum fuiſſe, Apoſtolus *Hebr. 7, 4.*
in epiſtola Hebræorum ex eo
colligit, quod Abram patriar-
cha decimas ei obtulerit de
præda: nam hoc ſacer Codex
Geneſeos addit. Typum Chri-
ſti fuiſſe, eadem epiſtola fuſe
explicat. Inter recentiores *Pe-* *3. de Rep. Heb. 3.*
trus Cunæus nouæ ſententiæ
auctor extitit, Melchiſedecum
non

P. J. A. M. A. C. non de mortali aliquo rege, ſed de ipſo filio Dei accipiens.

Gerh. in cap. 14. Geneſ.

Noſtrum inſtitutum nos ad Abramum reuocat: cui eodem anno i.e. mox à victoria

Diſſent. Salian. Gen. 15,1.

(ſicut *Ioſephus* & è recentioribus *Torniellus*, *Petauius*, aliiq; ſtatuunt) Dominus apparuit, repetitaq; gratiæ dudum promiſſæ denuntiatione, filium ac heredem pollicitus, poſterorum numerum, terrasque prædictione magnifica deſtinauit, ſed & afflictiones eorum per

Auguſtin. C. D. 16,24. Salian. t. 1. p. 231.

quadringentos circiter annos in Ægypto finiendas indicauit: demandato inſuper ſacrificio; quod Abramus mox adornauit, fideque promiſſioni-

Gen. 15,6. Rom. 4,22.

bus habita juſtificatus eſt. Circa hoc tempus apud Cretam primus Cres regnauit & Cnoſſon condidit: quanquam alii antiquiorem faciant; ſicut in *Euſebij Chronico* videre licet. Indigenam fuiſſe Creta illum, *Mar-*

cianus Heracleotes ex *Ephoro* *P. J. A. M. A. C.*
tradit: *Stephanus* vero Jouis *Scalig. animadv.*
& Idæ nymphæ filium aſſerit: *Euſeb. p. 16. &* *Voſſ. Th. G. l. 14.*
quod & *Euſtathio* ad *Diony-*
ſium Periegeten placet, qui ex
Arriano amplius refert, Cre-
ta hunc inter Curetas fuiſſe,
(à quibus Jupiter Cretenſis
ſc.) recens natus occultatus
eſt. Decem jam annos in Cha- 2762. 2032. 1952.
nanæa Abramus habitauerat, *Gen. 16. 1.* *Joſeph. 1. A. 11.*
cum Sara ſterilem ſe videns, *Aug. C. D. 16. 25.*
& promiſſionem copioſi ſe-
minis à Deo factam agitans
animo, Hagarem ancillam
Ægyptiam genere marito per-
miſit ac conciliauit, vt ex ea
prolem ſuſciperet, quam poſ-
ſet ipſa adoptare. Nec repu-
gnauit vxoris conſilio Abra-
mus; dum mutua facilitate,
non ſatis vel pie, vel caute, vt
videtur, vterq; conjugū vtun-
tur. quanquam alii conten-
dant, diuinam inſtinctionem *Gerhard.*
permiſſionemq; interueniſſe

S his

P. J. A.M. A. C. his nuptiis: quas toleraſſe potius Deum, credimus. Ancilla ergo cum ex Abramo concepiſſet ſeruili & incapaci ſuæ fortunæ animo cœpit inſoleſcere, deſpicere dominam, eiusque iuſſis parum dicto audiens eſſe. tanquam conſuetudine ſcilicet heri,& fœcunditate, dominæ partim æquata, partim ſuperuecta. Quod perindigne ferens Sara, querimonias ea de re ad virum defert: ab eoque ſuæ in ſeruam poteſtatis admonita, caſtigat Hagaris inſolentiam atq; contundit; adeo vt fugam illa adornaret. Quam cum in deſerto reperiſſet miſſus à Domino angelus, reprehenſo fugæ conſilio ad dominos iuſſit reuerti, modeſtiæque vt memor inpoſterum & humilitatis eſſet, admonuit: gratiam & miſericordiam DEI denuntians ei, nomineque filii,

Digitized by Google

filii quem paritura eſſet, tan- *P J. A.M. A.C.*
quam pignore, confirmans,
poſteritatemq; copioſam prę-
dicens. Iſmaëlis autem nomen
aſſignat eius filio, moreſque
feros bellisque ac latrociniis
aptos deſcribit, ſedemq; eius
deſignat. Inuocato ergo no-
mine Domini Hagar regreſſa
eſt ad Dominos, annoque in- 2763. 2033. 1951.
ſequenti, qui fuit Abrami 86.
peperit ei filium, cuius nomen
ex præcepto angeli vocauit
Iſmaël. Ab hoc ſunt Iſmaë- *Gen. 16,16.*
litæ & Agareni ab Hagar ita *Sozom. lib. 6. c. 38. Scalig. animaduerſ.*
dicti, & à Saraca Arabiæ vrbe *Euſeb p. 17.*
Saraceni, quod nomen inepta
& vana gloriatione à Sara de-
ducunt. Circa hoc tempus 2766. 2036. 1948.
ſextus Aſſyriorum regum
iniit regnum Aralius, annosq;
40. tenuit, teſte *Euſebio*. Iam *Gen. 17. 1.*
tredecim ætatis annos exple-
uerat Iſmaël, Abramus autem
99. cœperat eſſe, cum Deus,
ſiue Dei filius, angeli habitu

P.J. A. M. A. C. iterum apparet, nomenque Abrami ſiue excelſi patris in Abrahami vocabulum mutat, *Auguſtin. C.D.16, 26.& ſeqq.* quod multarum gentium patrem notat, ſymbolo ſcilicet ac pignore promiſſionis nunc denuo repetitæ de multiplicatione ſeminis. Quare & Sarai hactenus dicta vxor Abrahami, Sara impoſterum vocatur, tanquam princeps & domina itidem populorum plurium futura. Cumprimis autem magna grauitate fœdus circumciſionis cum Abrahamo & poſteris eius pepigit Deus: expreſſo mandato, vt omnes maſculi circumciſo præputio, tanquam filii gratiæ & promiſſionum, à cæteris diſtinguerentur & notarentur. Sed & filium Abrahamo ex Sara promittit, Iſaaci nomine deſignato, ejusque poſteros in ſemen benedictum & electum populum, ſiue ve-

ram

veram Eccleſiam peculiari P.J. A.M. A.C.
gratiâ aſciſcit, Iſmaëli autem
propter preces Abrahami, co-
pioſam poſteritatem, & po-
tentiam temporalem promit-
tit, Abrahamus mandato ob-
ſecutus, ſtatim cum Iſmaële *Joſeph.1,11.*
& omni familiâ circumcidi-
tur. Eodem anno Dominus
rurſus apparuit Abrahamo,
in valle Mambre; Medius di- *Gen.18,1.*
es erat cum filius DEI cum *Gerh.in Gen.18.*
duobus Angelis (alii tres An- *Salian. Perer. Aliique.*
gelos excluſo filio Dei, ſed non
recte agnoſcunt) Abrahamo
conſpecti hoſpitum ſpecie,
perhumaniter inuitantur, ex-
cipiunturque: hoſpitique ſuo
& ejus vxori Saræ filium pro-
mittunt, & mox diſceden-
tes Sodomam verſus, comitã- *Aug.C.D.16,29.*
ti ſe Abrahamo, imminens
decretumq; à DEO Sodomæ,
Gomorrhæ, cæteræque Pen-
tapoli, ob horrenda peccata
(quæ apud *Ioſephum* vide, & ex *1.A.11.*

P. J. A. M. A. C. *Gen.*19.collige) exitium ſignificat.ſiue potius filius Dei,cæteris duobus Angelis præcedentibus, pauliſper ſubſtitiſſe, Abrahamoq; iſta reuelaſſe credendus eſt. Itaq Abrahamus re intellectâ cœpit humiliter veniam petere Sodomis, fortaſſe, inquiens, quinquaginta juſti ſ pererunt. Quos cum negaſſet Dominus reperiri poſſe, ad 40.& ſic deinceps ad decem vſque deſcendit deprecator. Sed cum audiret ne tantillum quidem numerum ſupereſſe bonorum, precari deſtitit, & reuerſus eſt domum. Sub veſperam duo illi Angeli Sodomam ingreſſi ſunt: Quos Lothus pari, vt ſupra Abrahamus, hoſpitalitate exceptos domum ſuam deduxit,& liberaliter inuitauit. Sodomitæ videntes hoſpites, juuenili & præſtanti formâ, vt exiſtimat *Ioſephus*, ad

Gen.19,1.

1.A.12.

ad Lothum ingreſſos, cum PJ. A. M. A. C.
furore & impetu venerunt ſibique tradi eos expoſtularunt, haud dubié, vt ætati eorum illuderent: Lotho fruſtrà hoſpitalem fidem ingerente, atque vim omnem, etiam cum jactura pudicitiæ filiarum, ſi ita opus eſſet, deprecante: donec cœcitate percuſſi diuinitùs, oberrarunt in tenebris, neque domum, quam oppugnatum venerant, amplius reperire potuerunt. Tum ergo Angeli jam fatentes Lotho, cuius rei gratiâ miſſi eſſent, nimirum, vt vrbem ob flagitia immania exitio darent, Lothum cum vxore & filiabus, (nam filiarum ſponſos fruſtra monuerat) educunt, imminentique exitio ſubducunt: addito præcepto, ne reſpicerent poſt tergum, aut in planitie conſiſterent. quod cum violaret vxor Lothi, in ſtatuam ſiue molem

P. 3. A. M. A. C. Salis conuerſa eſt, d ›cumen-
Luc. 17, 32. tum futura poſteris non in-
ultæ inobedientiæ. Dilucu-
lo igitur ſulphureo igneoq;
imbre Sodoma Gomorrha
& (ſicut ex *Deut.* 29, 23. *Oſe.* 11,
8. *Amos*, 4, 11. colligi poteſt)
Adama & Seboim cum cir-
cumjacentibus vicis, vt vide-
tur, conflagrârunt. Nam
quintum Pentapolis oppidum
Segor, precibus ſuis commu-
ni periculo exemerat Lothus,
ibique habitare decreuerat.
Manſit monumentum ſuppli-
cii in hunc uſq; diem. nam re-
gio ipſa in pigrum & horrentē
lacum conuerſa vaporibus no-
xiis perpetuò exæſtuat, & cir-
cumiectis locis ad 8000. paſ-
Gen. 12, 10. 19, 28. ſuum ſterilitatem adfert. Vi-
de deſcriptum illum lacum
Aſphaltitem, ſiue mare mor-
tuum & ſalſum, *Ioſeph. de bello*
Iud. 5, 5. Cuius etiam apud pro-
fanos & externos Scriptores
memo-

memoria exponitur: ſimulq; illa vaſtitas depingitur. Adeundi ſunt *Iuſtinus* 36, 3, 6. & 7. *Tacitus* 5. *H*. 6. *Strabo* 16. *Diodorus* 19, aliique. De numero incenſarum vrbium nihil certi habuere gentiles. *Solinus* c. 48. duas tantum Sodomum, vt vocat, & Gomorrham nominat. Cæterum Lothus ex oppido Segor; incertum, de quâ cauſa, in vicinum montem ſeceſſit: ibi filiarum, periiſſe genus humanum exiſtimantium, aſtu bis inebriatus, inceſtu polluitur duplici, atq; ex maiore filiâ Moabum, ex minore Ammon procreat, ampliſſimarum vtrumque Gentium Moabitarum & Ammonitarum auctores. Poſt hæc Abrahamus verſus Auſtrales terras peregrinatus, in Geranis Paleſtinæ conſedit; rurſumq; vxoris pudicitiæ vt ſupra in Ægypto metuens, ſo-

P. J. A. M. A. C.

Voſſ. Th. G. 2, 68.

Gen. 19, 30.

2778. 2048. 1936.

Geneſ. 20, 1.

P. J. A. M. A. C. rorem dicit. Itaq Rex Abime-
Auguſt. C. D. 16,30. lechus in aulam ſuam transfert Saram, conjugioque ſuo deſtinat. Reprehenſus autem diuinitus & admonitus in ſomnis de flagitio vitando & reddenda vxore, accito Abrahamo, ignorantiam ſuam excuſat; innocentiam propoſiti teſtatur; Saram reſtituit, cum muneribus & donis: Illoque apud DEUM deprecatore uſus, à pœnâ ſuæ domui propter raptum alienæ conjugis inmiſſa liberatur. Quæ de ſuo adſtruat huic hiſtoriæ *Io-*
1. Ant. 12. *ſephus*, apud ipſum videri poteſt: vbi præſertim fœdus Abrahami cum Abimelecho, cum hâc hiſtoriâ i. e. tempore non ſuo, conjungit; In hoc tempus referenda eſt læiſſima ac deſideratiſſima natiuitas Iſaaci: quẽ Sara nonagenaria, Abrahamo jam centenario peperit. cui nomen

Iſaaci

Digitized by Google

Iſaaci à riſu rei inſolitæ ac no- *P.J. A.M. A.C.*
væ jam antea deſtinatum erat: *Aug.C.D.16,31.*
Pater die octauo circumcidit
infantem juxta præceptum
domini, à quo poſtea receſſe- *Gen.17,12.*
runt Arabes ſiue Iſmaëlitæ qui
poſt decimum tertium ætatis
annũ ſuos liberos ideò circum-
cidebant, quod Iſmaël id æta-
tis circumciſus ſit, notante *Io-* 1.*Ant.*13.
ſepho.. Eidem anno competit
Natiuitas *Moabi* & *Ammonis*. *Gen.*19,37.*Aug.*
Sed & Sicyonior. Rex VII. *C.D.*18,3.
Thurimachus regnare incepit
cui 45. potentiæ annos *Euſe-* 2779. 2049. 1935.
bius Chron. tribuit. Anno pro- *Gen.*11,23.
ximo Sarug moritur, annos
natus 230. Interim creſcit Iſaa- 2783. 2053. 1931.
cus filius Abrahami & abla- *Gen.*21,8.
ctatur, annos natus quin-
que; ſicut *Hieronymo* (*in quæſt.
Hebr.*) plerique conſentiunt.
Quo nomine Pater grande
conuiuium inſtruit, more et-
iam poſtea recepto. Poſt hæc
cum Sara vidiſſet Iſmaelem 1.*Reg.*1,24.

proca-

P. J. A. M. A. C. procacius ludere cum Iſaaco,
Gen. 21, 9. eumque iniuriis & ſannis vexare, vt videtur interpretari Apoſtolus (*Gal.* 4, 29.) poſtulavit ab marito vt ancillam cum filio domo ejiceret, neque pateretur communem illis fieri debitam Iſaaco hæreditatem. Ægtè ab initio accepit Abrahamus, ſed poſt admonitus à Deo de Iſaaco peculiariter in ſemen electum deſtinato, ipſoq; Iſmaele propter Abrahamum benedicendo, filium cum matre domo eiicit. Ita oberrans in ſolitudine, periculum vitæ inopiâ potus adiit: donec monſtrante Angelo fontem, promiſſionemque de Iſmaele ſolatii loco repetente, refecit filium morti vicinum. Qui poſthæc in deſerto Pharan habitavit, ductâque vxore Ægyptia, vnde & mater oriunda erat, Iſmaelitarum genus à ſe propagauit,

gauit, duodecim filiorum pa- *P. I. A. M. A. C. Gen.17,20. & 25, 13.*
ter, qui ſinguli ſuarum tribu-
um principes magnam terra-
rum partem poſſederunt: Sic-
ut *Ioſephus* amplius exponit. *1.Ant.13.*
Atque in hoc tempus con-
gruit fœdus Abrahami cum
Abimelecho, quod *Ioſephus* *Gen. 21,22.*
ſupra anticipauerat. Juramen-
to vterq; firmauit fœdus, vn-
de loco nomen Berſabeæ da-
tum, quod puteum juramen-
ti ſignificat. Poſthęc nemus ibi
plantauit, religioni cultuique
diuino operam dedit, diuque
in Palæſtina habitauit. Cum *Gen. 22.*
Iſaacus jam viginti quinque
annorum eſſet, (ſi *Ioſepho* cre- 2802. 2072. 1912.
dimus) tentauit fidem Abra- *Salian.t.1.p.255.* 1.A.14.
hami Deus, unicumq; filium,
& tot deſideriis expetitum,
tot promiſſionibus tanquam
patrem celebris magnæq; po-
ſteritatis oſtentatum, vt im-
molaret in monte Moriâ, po-
ſtulauit. Paret Abrahamus,
jam-

P.J. A.M. A.C. jamque filium in monte Mo-
ria immolaturus erat, cum
Deus inclamauit, vt parceret
Aug. C.D, 16, 32. unigenito. Itaque loco ejus
hircum ibi obhærentem in
vepretis immolauit; à DEO
autem obedientiæ nomine
laudatus, promiſſionem co-
pioſiſſimæ poſteritatis, & ex
ea naſcituri Meſſiæ accepit.

Sub hæc tempora Aſſyrio-
rum Rex ſeptimus Xerxes
2806. 2076. 1908. imperium auſpicatur, & tenet
2813. 2083. 1901. annis 30. Anno Abrahami 136.
2814. 2084. 1900. *Euſeb. Chron.* Thare moritur annorum 205.
Gen. 11, 32. ſenex. Inſequenti anno rur-
Gen. 23. ſum Abrahamus domeſticum
vulnus excepit, morte vxoris
Saræ, quæ annum agens 127.
exceſſit è vita, cuius ætatem,
mortem & ſepulturam, vnico
& ſingulari inter fœminas ex-
emplo fuſius Scriptura me-
morat: emptum ab Abraha-
mo ſepulturæ locum in He-
bron, ſpeluncam ſc. duplicem
cum

cum agello indicans. ita enim maluit ſibi argento comparare, quam gratis accipere oblatum ſepulturæ locum Abrahamus. Poſt quę jam vergere ætatem ſuam videns Abrahamus, de quærendâ filio conditione cogitauit, ex eâ tribu & terrâ unde ipſe erat oriundus. Itaque Eleazarum ſeruum juramento prius obſtrictum, in Meſopotamiam ad fratris Nachoris domum deſtinat, qui eius neptē Rebeccam, Bathuelis filiam, Iſaaco uxorem ambit, dominoq; adducit. Cuius matrimonii, quanta Deo cura fuerit, vel prolixâ illâ deſcriptione Moſaica intelligi datur. Secundum hæc Abrahamus alteram vxorem duxit Cethuram, atque ex eâ ſex filios genuit; atque ex iis rurſum nepotes vidit: de quorum omnium coloniis per Troglodyticam regionem, Ara-

P. I. A. M. A. C. Joſeph. 1, 15.

Gen. 24. Joſeph. 1, 16.

Gen. 25. 1, 2.

Joſeph. 1, 16.

P.J. A.M. A.C. *A*rabiam felicem, *A*ffricam & *A*ſſyriam videri Joſephus poteſt.

2823. 2093. 1891.
2824. 2094. 1890. Circa hæc tempora octauus apud Sicyonios regnare cœpit Leucippus, cujus imperio 53 annos tribuit *Euſeb. Chronic.* Itemq; apud *A*ſſyrios octavus *A*rmamithres annis 38. Sed adjicienda ſunt, priusquam ad alia pergamus, quæ de *A*brahamo reſtant:

Gen. 25, 7. Qui anno ætatis 175. mortuus eſt, ſummus vir, & in quo peculiariter voluit Deus oſtendere ſuam erga dilectos ſibi, & fideles gratiam, curam prouidentiam. Certè ut incomparabile fidei heroicæ exemplum, etiam in Sacris laudatur proponiturque. Cætera celebritas viri ad gentiles quoque penetrauit. *Beroſo* apud *Ioſephum* dicitur juſtitiæ
1. Ant. 8. cultor, vir magnus, ſideralis ſcientiæ peritus. *Hecatæus* ap.

cun-

eundem integrum de *Abra-* *P. J. A. M. A. C.*
hamo librum ſcripſit. *Nico-*
laus Damaſcenus Hiſtoriæ ſuæ
res Abrahami intexit. Sed &
Eupolemus, Artabanus, Melon,
Philo apud *Alexandrum Poly-*
hiſtora, pleraque Abrahami
tetigêre, ſicut excerptiones *Eu-*
ſebij monſtrare poſſunt *P. E.*
lib. 9. c. 17. vſq; ad 21. Alexander
Seuerus, inter alia ſua numina
etiam Abramo, idololatrico
cultu rem diuinam faciebat,
vt refert in ejus vitâ *Lampri-*
dius. Hiſtoriam de mandata
Iſaaci immolatione, ἀνθρωπο-
θυσία ſiue humanis hoſtiis a-
pud gentiles fraude Diaboli
accommodatã eſſe multi opi-
nãtur. Cœpit ſacrileg⁹ ille mos
à Chananæis & Phœnicibus,
poſteaque in Græciam, Afri-
cam, totumque pæne terra-
rum orbem diffuſus eſt. Vi-
deri poteſt *Euſebius* 4. *P. E.* 16.
quosque ibi laudat ſcriptores.
T de

P. J. A. M. A. C. de hoſpitibus angelis Abrahamo ſuſceptis aliquid inaudiviſſe gentiles exiſtimant, *Pererius*, *Del Rio*, *Salianus*, cum fabulam finxêre, quod Hyreus Iouem, Neptunum, Mercurium, diuinitatem ſuam diſſimulantes, hoſpitio excepêrit, atque ab iis donum hoſpitale filium Oriona acceperit. Videndus *Ouidius* V. *Faſtor*: Sed hæc ἐν μοίρᾳ προσθήκης, ſeu loco additamenti. Nam hiſtoria ipſa Abrahami in ſacris fundatur. Quibus adjungi poſſunt, tum quos hactenus nominauimus, tum *Ambroſii*, quæ de hoc patriarcha conſcripſit, itemque commentatores Geneſeos tam priſci quam recentes. Inter tentationes & curas Abrahami, etiā ſterilitas nurꝰ Rebeccæ fuit, cum quâ Iſaacus viginti circiter annis improlis vixerat; cum tamē Dei de multiplicando ſemine eius tam illuſtris, exta-

extaret promiſſio. ſed mitiga- P.J. A.M. A.C.
tam & in lætiᵒ mutatam hanc
quoq; ſollicitudinem, uterq;
vidit, cum Deus, Iſaaci prece
exoratus fœcunditatem Re- Gen. 25, 21.
beccæ largiretur; quæ quin-
decim ante obitum Abrahami
annis, anno Iſaaci 60. peperit 2837. 2107. 1847.
gemellos; quorum primoge-
nitus Eſavus alter Jacobᵒ, ex re
& euentu dicti ſunt. Mores u-
trique diverſi; Eſau agros &
venationem amabat; Jaco-
bus domeſticæ diſciplinæ &
quietioris vitæ cultor fuit. Il-
lum, quodam affectus pater-
ni errore magis fouebat pa-
ter, hunc mater præcipuè di-
ligebat; memor ſcil. oraculi,
quo de utriuſque fatis præ-
dictum erat, quod majoris
poſteri, minoris poſteris ſer- Gen. 25, 23.
vituri eſſent. Vnde etiam
factum videtur, vt Jacobo,
quod ex divinis promiſſioni-
bus hauſerat, mater revelaret,
nempe primogenituræ dig-

P.J. A.M. A.C. dignitatem, & jura ab Eſavo adipſum transferenda eſſe, & hinc eſt, quod captatâ intemperantiâ fratris, primogenituræ jus, (de quo vide *Salian. t.* 1. *p.* 273.) edulio lenticulæ
Gen. 25, 29. Ægyptiæ, (vt aliqui exiſtimant) ab ipſo incaute, nec ſatis æſtimante rem magni momenti, emit. Eodem, quo
2852. 2122. 1862. Abrahamus mortuus eſt anno, incidit fames illa, ſive inopia annonæ in Chananæa,
Gen. 26, 1. quæ Iſaacum, vt ad Abimelechum regem Palæſtinorum in Geranis peregrinaretur, compulit. Joſephus & cum
l. Ant. 18. eo *quidam Patrum* exiſtimant, eundem Abimelechum eſſe, de quo ſupra in rebus Abrahami facta mentio; ſed ratio temporis repugnare videtur. Cum ibi moraretur Iſaacus, diſſimulauit ab initio uxorem ſororis nomine, vt olim Abrahamus fecerat; ſed re mox compertâ, facilè ſecuritatem

ſibi

Digitized by Google

ſibi & ſuis, beneficio regis pa- *P. J. A.M. A.* [illegible]
ravit, multumque auctus eſt
opibus, DEO peculiariter be-
nedicente. Itaque nimius &
præpotens invidentibus Palæ-
ſtinis viſus in vallem vicinam
ſeceſſit. Quô posteà Rex Abi-
melechus venit, reveritusque
ipſius incrementa, fœdus cum
ipſo pepigit. Ita claro exem-
plo Iſaacus didicit, DEUM ex
inimicis facilè amicos efficere
poſſe. Paulò poſt quam Iſaa- *Gen. 21. 15.*
cus in Palæſtinam profectus
eſt, Sale moritur anno ætatis
432. *Circa hæc tempora initi-* 2855. 2125. 1859. / 2857. 2127. 1857.
um regni Argiuorum, quod
quidam longè recentius faci-
unt, conſtituit *Petauius*: cujus
diſputatio ea de re videri pot-
eſt *lib. 9. doctr. temp.* 18. Pri- *Euſeb. Chron.*
mus regum Argiuorum *Ina-
chus* annos regnauit 50. Cæte-
rorum regum catalogum, in
quibus magna eſt diſſenſio,
exhibet in calce operis *idem
Petauius.* Quæ de Inachi fi- *Aug. C. D. 18, 3.*

P.J. A.M. A.C. liâ Io (quam *Pauſanias* Iaſi
filiam facit) traduntur fa-
bulis permixta, vide expoſi-
Euſeb. Chron. ta hiſtoricè apud *Voſſ. Th. gen.*
2874.2144.1840. *l.* 14. In ſucceſſione Aſſyrio-
2876.2146.1838. rum regum ſequitur deinceps
nonus Belochus, qui annis
Aug. C.D. 18,4. & *Lud. Vir. ad h. l.* 35. imperauit. Apud Sicyoni-
os itidem nonus Meſapus
regnauit annos 47. quidam
2877.2147.1837. Cephiſum hunc nominant,
unde fluuius cognominis for-
te dictus fuerit. Sub hoc
Gen. 26,34. tempus Eſau 40. annos na-
Gen. 11,10. tus alienigenarũ matrimonio
ſe illigat, magno cum paren-
2888.2158.1826. tum dolore. Conſequitur Se-
mi mors, poſtquam annos na-
tꝰ eſſet 600. magnamq; in Ec-
cleſia fidelium, partim infor-
manda partim ornanda ope-
2900.2170.1814. ram poſuiſſet. Etiam Iſmaëlis
mors narranda eſt, antequam
Gen. 25,17. ad hiſtoriæ Moſaicæ de Iſaaco
ſeriem redeamꝰ. Obiit ille an-
2907.2177.1807. no ætatis 137. Apud Argiuos
ſecundꝰ Rex Phoroneus, Ina-

Digitized by Google

chi & Niobes filius ſuccedit: *B. J. A. M. A. C.*
Sub quo Græcia legum & judiciorum quibuſdam inſtitutis clarior eſt facta, ſicut *Euſeb.* & *Auguſtinus* teſtantur. *Chron.* *C. D.* 18, 3. *Cle.* Vnde *Clemens Alexandrinus in* *Alex. Strom.* 1. *Protreptico* claris legiſlatoribus Soloni & Lycurgo cum comparat, conſentit *Tatianus*. Quamquam Porphyrius ad Apin referat inventas leges. Meminit horum temporum (ita addit *Euſebius*) vt valde *Ch.* antiquorum, *Plato* in *Timæo* ex *Acuſilao quodam*. Apud 2909. 2179. 1
Aſſyrios decimus rex Balæus 2914. 2184. 18
imperat, annis 52. Iſaacus, ad quem nunc redimus, valde jam ſenex, annum agens 137. filiis Eſauo & Iacobo jam *Gen.* 27. annis natis 77. ſolenni & Patriarchicâ benedictione, ac veluti teſtamentariâ diſpoſitione Eſauo jura priuilegiaque primogenituræ firmaturus, prius ferinam ſibi conſueto pulmento conditam

P.J. A.M. A.C. vult ab eo adferri. Quo ad capiendam feram egreſſo, Rebecca Iſaaci uxor promiſſionum ad Iacobum pertinentium memor, habitu Eſaui ipſum adornat, præparatamque in modum ferinæ hœdinam ad patrem ferre jubet. Quo facto, cum Iacobo jam benedictione ſuâ, primatum & dominium in fratres, omnemque felicitatem eſſet vaticinatus pater, ſupervenit Eſau, & ob interverſa ſibi patris vota, vehementer conqueſtus eſt, donec aliam benedictionem, ſed quâ minora continerentur, a patre impetravit. Hinc odium Eſau in fratrem, vsque ad ſanguinem & cædem videbatur profecturum, niſi conſilio matris, & mox præcepto patris in Meſopotamiam abiiſſet, vt ex paternâ cognatione vxorem duceret. In itinere per ſomnum plenam myſteriis & ſolatiis

Gen. 28.

ſpecl-

Digitized by Google

ſpeciem ſcalæ, à cœlis in ter- P. J. A.M. A.C.
ram porrectæ vidit, in quâ
Angeli deſcenderent, aſ-
cenderentque, ipſeque Deus
inſiſtens, promiſſionem de
benedicto ſemine, & copio-
ſa poſteritate ipſi confirma-
ret. Ceterum peruectus
in Meſopotamiam & Car- Gen. 29.
rhas, ibiq; gratanter ab auun-
culo Labano exceptus, filiam
eius minorem natu, Rache-
lem nomine in matrimoni-
um petit, ſeruitium eo no-
mine ſocero in ſeptennium
pollicens, ſive vt facilius con-
ſentiret pater, reſpectu æta-
tis interimematureſcenris, ſi-
ue vt dotis loco apud auarum
ſoceri animum opera tot an-
norum reputaretur. Exple-
to ſeptennii ſeruitio, poſtula-
uit Iacobus, vt pactis ſtaret
ſocer, Rachele ſibi in matri-
monium promiſſâ. Sed in-
iquus ſocer pro Rachele natu
minore, majorem natu Leam,

P. I. A. M. A. C. minus pulchram, occaſione
noctis & moris, quo nuptæ
velatæ ſponſis adducebantur
(neq;enim ebrietatis confuſio
I. antiq. 18. hic ſponſo tribui debet, quod
Ioſeph. facit) ignoranti Iacobo
adducit: poſteroq; die, expo-
ſtulanti poſt cognitam fraudē
Iacobo, Rachelem quidem
poſt ſeptiduum nuptiale pro-
mittit denuò, ſed pacto no-
uo & duro ſeptennis ſeruitii.
2921. 2191. 1793. Ita duabus uxoribus ductis
Gen. 29, 31. & ſeqq. Iacobus, ex Lea (cui DEUS
præ Rachele ad conciliandum
mariti animum fœcundita-
2922. 2192. 1792. tem indulſerat,) ſuſcepit Ru-
2923. 2193. 1791. ben; inſequenti anno, ex eâ-
dem, Simeonem; poſt Simeo-
nem, tertium e Leâ Leui,
anno poſtquam ſeruire cæpe-
2924. 2194. 1790. rat, decimo. Sequitur quar-
2925. 2195. 1789. tus ex eâ filius Iuda, poſt quem
deſiit parere ad tempus. Ei-
dem anno *Petauius* probabi-
liter attribuit natiuitatem
Dan, quem genuit ex ancilla
Rache-

Digitized by Google

Rachelis Bala, è quâ ſibi pro- P. J. A. M. A. C.
lem comparare Domina ſteri- Gen. 30, 1. & ſeqq.
litatis pertæſa deſiderabat. Ex 2936. 2196. 1788.
eadem Bala ſubindè natus eſt v. 8.
Nephtali: & ex Zilpa Leæ
ancillæ, è quâ itidem ceſſantis
vteri fœcunditatem ſupple-
re cupiebat, Gad: poſt quem 2927. 2197. 1787.
alter è Zelpha Aſer naſcitur.
Eodem anno ineunte, Lea,
denuò fœcunditate à DEO
impetrata, quintum filium Iſ-
ſaſchar; exeunte autem, ſex-
tum Zabulon videtur pepe- 2928. 2198. 1786.
riſſe. Quibus filiis, ſequenti
anno filiam Dinam addidit.
Eodem anno, DEUS Rache-
lis deſideria miſeratus fœcun-
ditatem ei conceſſit; itaque
Ioſephum peperit Iacobo, an-
no ſeruitutis decimo quarto
expleto. Volens autem iam re-
dire in patriam Iacob⁹ à ſoce- Gen. 30, 25.
ro retinetur, nouâ conſtitutâ
mercede, vt quicquid macu-
loſum eſſet in pecoribus, Ia-
cobo præmium cederet. Qui
com-

P. J. A. M. A. C. commento eleganti circa pri-
Gen.31, 11. & 12. V. Henr. Valeſ. ſacr. Philoſ. c. 11. mam admiſſuram pecoris ad-
hibito, auaritiā ſoceri meritò
eluſit, magnaſque ſibi diuitias
comparauit. Quâ ex re cum
Gen. 31. videret ſoceri ejusque filio-
rum inuidiam in ſe conſur-
gere, communicato vxoribus
fugæ conſilio, clam ſocero
reditum in patriam, aſſumtis
facultatibus maturauit, poſt-
quam in ſeruitio ejus 20. an-
2934. 2204. 1780. *Gen. 31. 38.* nos expleuiſſet. Laban re
compertâ, aſſumta è ſuis ma-
nu, inſequitur Iacobum & a-
pud montem Galaad aſſequi-
v. 24. tur; duriora haud dubiè co-
gitans, niſi à Domino in ſo-
mnis eſſet admonit⁹, ne aſpe-
rius expoſtularet cum Iacobo.
Exprobrauit autem cumpri-
mis rapta ſibi Idola: quæ Ra-
chel ignaro marito ſuffurata
erat, ſiue vt Idololatriæ occaſi-
onem & inſtrumenta patri
adimeret, quod plerique cre-
dunt, ſiue quod ipſa non pla-
nè

nè intacta erat ſuperſtitione P.J. A.M. A.C.
illa, ſicut nonnulli colligunt
ex *Gen. cap.* 35. *v.* 2. & 4. Nam 1. ant. 18.
Ioſephi ratio, qui ſatis proli-
xus eſt in hac hiſtoriâ, curioſi-
or eſt, vt videtur, & caret ve-
riſimilitudine. Iacobus rei
totius ignarus, inquirere ſoce-
rum juſſit, ſi poſſet furtum re-
perire. qui cum nihil reperiſ-
ſet (nam Rachel muliebri ſi-
mulatione inſidens ſimula-
cris ea celaverat) jurgio ador- v.34.
tus eſt ſocerum Iacobus, ini-
quitatem ei, diu toleratam
exprobrans ſuamque fidem
& labores commemorans.
Per quæ convictus Laban, de
fœdere faciendo & reconci-
liatione mentionem intulit.
Fecierunt ergo fœdus, ne al-
ter alteri impoſterum noce-
ret, atque ne Iacobus Labani
filias juſto durius tractaret.
Monimentum pacti, cumu-
lus lapidum acervatus eſt;
adjecto fœderali de more
con-

P. J. A.M. A.C. Gen. 2, & 33.

conuiuio. Timebat autem valdè fratrem Eſavum, legatiſque ad eum placandum miſſis, cum audiret occurrere ſibi cum 400. fratrem, Deum agminis ſui tutorem implorauit, doniſque plurimis præmiſſis fratris animum mitigauit. Apparuit in hoc itinere Iacobo Angelus, ſiue potiꝰ Dei filius; cum quo luctatus ille nomine mutato ex inſtituto Antagoniſtæ ſui, vt videbatur, *Iſrael* dictus eſt; ominoſo & benedictionem tum factam complexo nomine; ex quo poſtea credentium cœtus maluere perpetuum vocari *Iſraelitæ*. Habitare autem cœpit primum redux in patriam Iacobus in loco

Gen. 33, 17.

cui tabernaculorum nomen dedit ſiue Socoth.

Hic aliquantiſper relinquemus Iſraelem; & quæ in hujus temporis ſeriem extrinſecus aptanda veniunt, ſubtexe-

texemus. Anno enim, quo *P.J. A.M. A.C.*
Simeonem natum dixi- 2923. 2193. 1791. 2924. 2194. 1790.
mus, Sicyoniorum Rex deci-
mus Eratus regnare cœpit,
annis. 46. Inſequenti anno *Euſeb. Chr.*
Thelchines & Caryatæ ſiue
Carpathij (maxima enim *v. animadverſ. Euſeb. Scalig. p. 20.*
hic eſt vocabulorum diuer-
ſitas) cum Phoroneo bellum
geſſerunt: quo victi patriâ-
que profugi, Rhodum inſu-
lam quæ antea Ophiuſſa vo-
cabatur, quaſi tutiorem ſe-
dem habitare cœperunt. Poſt 2932. 2202. 1782.
ſeptennium Ogyges in Atti- *Euſeb. Oroſ. l. 7.*
ca Eleuſinam condidit; un-
de Rex eius & conditor *Oro-
ſio* appellatur. conſentit *Affri-
canus*: quanquam *Pauſanias*
ab Ogygis filio Eleuſine con-
ditam velit. Huius tempo- *unde τριτογένεια*
ribus apud lucum Tritoni- *& Tritonia.*
dem, virginem primum ap-
paruiſſe, quam Græci Miner- *Voſſ. Th. G. l. 17.*
uam dicunt, amplius tradit *Aug. 18. C. D. 8.*
Euſebius & ex eo *Auguſtinus*.
itemque *Varro* ait, huius tem- *Voſſ. Th. g. 2, 31.*
pori-

P. J. A. M. A C. poribus, Heſperum ſtellam
Aug. C. D. 21, 8. mutaſſe colorem, magnitudinem, figuram, curſum magno portento.
2936. 2206. 1778. Sed nunc ad
Gen. 33, 18. Iacobum reuertimur: qui cum duobus circiter annis habitaſſet in Socoth, migrauit in Salem Sichimorum urbem,
Salian. t. 1. p. 298. *& 290.* agrumque à filiis Hemor emit, & octo circiter annis ibi permanſit. Igitur expletis decem a reditu Iacobi è Meſopotamia annis,
2944. 2214. 1770. *Gen.* 34. Dina Leæ filia progreſſa ad filias loci ſiue occaſione feſti (quod *Ioſepho* placet) ſiue aliis de cauſis, à Sichem principis filio ſtuprum paſſa, mox in matrimonium petitur. Grauiter rem tulere Iacobus & filii; reſponderunt tamen, tum ratum fore conjugium, ſi Sichemitæ circumciderentur. Quod cum perſuaſiſſet Emor & Sichem ſuis popularibus, tertio die dolore & ſecuritate imbelles, adorti Simeon &

Leui

Levi Dinæ fratres, omnes Sichemitas obtruncant, urbemque direptui exponunt: Reprehenſique à parente, injuriam ſorori illatam meritó ſe ultos eſſe ferocius quam verius teſtantur. Ætatem Dinæ *Demetrius* apud *Euſeb.* annotat, annum 16. Simeonem autem tum annorum 21. menſium 4. Levi annorum 20, menſium 4. fuiſſe: Quæ à ſacro computo non abludūt ſane; quod mireris in homine gentili; qui & cæteram hiſtoriam Jacobi ibidem accuratè pertexuit; cui addendus eſt *Theodorus Poeta*. Jacobus à DEo monitus vt Bethel demigraret, omnia prius a ſua familia idola removit, præpararique ad hoc iter ſuos religioſè voluit. Jtaque diſcedentem DEus à tergo munivit, incuſſo ciuitatibus terrore, ne perſequi eum auderent,

P.J. A.M. A.C.

P. E, 9. 21.

Jbid. c. 22.

Gen. 35. & ibid. Gerhard.

P. J. A. M. A. C. rent. Peruectus ad locum ſibi demonſtratum, ex mandato & ſuâ conſuetudine altare erexit, locumque *Bethel*, quoniam Dominus ibi apparuerat ei fratrem fugienti, cognominavit. Atque hic denuò apparuit Jacobo Dominus, benedictionem repetiit, nominis mutationem confirmauit, promiſſiones ſtabiliuit; Jacobus autem lapidem ſiue altare lapideum cum inſcriptione ibidem erexit. Progreſſus deinde in agrum Ephratanum Rachelem ſuam ex partu amiſit, incolumi tamen filio, cui moribunda nomen Benoni dedit, pater autem emendato nomine Benjamin dixit. ſepelivit uxorem honeſtè Iacobus, erecto monumento & inſcriptione ſepulchrali: vixit autem cum marito annos 23. circiter. Percuſſus eſt mox alio vulnere Iacobus

Gen. 35, 16.

Digitized by Google

cobuscum Ruben Balam cō- *P. J. A. M. A. C*
cubinam eius viriaſſet. Pro- *verſ. 22.*
greſſus autem ad parentem *verſ. 27.* *Ioſeph. 1. antiq. 20.*
Iſaacum denique venit, cum οὐ μετὰ πολὺ τῆς
quo quam diu vixerit ſatis ἀφίξεως τοῦ υἱοῦ, mortuū ait. Add.
certa notitia nequit definiri. *Salian. T. I. p. 307*
Narrationem mortis Iſaaci
Scriptura mox cōiungit: Un-
de *Ioſephus*, *Sulpitius Severus*, 2. A. 2.
aliiq;, Ioſephi venditionem,
& quæ ſequuntur, poſt Iſaaci
mortem autumant accidiſ-
ſe; quæ ætas Patriarchæ faci-
lè refellit. Igitur ſtatim poſt
caſum Dinæ Ioſephus anno æ- 2945. 2215. 1769. *Gen. 37.*
tatis 16 expleto, magnis &
ſingularibus exercendus fatis,
& per dura quævis ad ſumma
provehendus, ipſiusque Meſ-
ſiæ typus futurus; tantæ ſor-
tis cui deſtinatus erat, initia ſu-
biit, atque à fratribus pater-
num amorem ei invidenti-
bus, duplicique ſomnio irri-
tatis, primo neci deſtinatur,
mox interceſſione Ruben, in

V 2 ci-

Digitized by Google

P. I. A. M. A. C. ciſternam coniicitur, unde rurſum conſilio Iudæ extra-ctus, negociatoribus Madia-nitis Ægyptum petentibus venditus eſt: Patre Iacobo in-terim decepto, quaſi à feris abſumtus eſſet: quæ res in-genti luctu virum pæne ad mortem afflixit. At Ioſephus in Ægyptum deductus rur-ſum venditus eſt Potiphari præfecto regio, quem *Ioſe-*
2. A. 3. Calixt. Hiſt. Ioſ. ad Gen. 39. *phus* & *Philo* (*de vita Ioſeph.*) & LXX. ἀρχιμάγειρον, coquis præpoſitum, *Sulpitius* curato-rem regium, Latina verſio *Eunuchum* vocat, quomodo proceres & aulici aliquando appellantur. Eodem anno Iu-
Gen. 38, 1. v. Salian. T. 1. p. 310. das, anno ætatis 20 Chanani-tiden Suæ filiam duxit, ex ea-
2946. 2216. 1768.
2947. 2217. 1767. que filium Her genuit: Inſe-
2951. 2221. 1763. quenti anno Onan ſecundus
Salian. T. 1. p. 318. Iudæ filius naſcitur; Deinde, Sela tertius. In hæc tempo-ra refert *Petavii* conjectura

nati-

Digitized by Google

nativitatem Iobi, quem eun- *PJ. A. M. A. C.*
dem eſſe cum Iobabo filio
Zare de Bohra *Gen.* 36, 33. me-
morato, cum multis exiſti-
mat, adeoque pronepotem
Eſaui facit: Alii malunt ex ſtir-
pe Hus filii Nachor fratris A-
brahami deducere; Videnda
eſt tota eius diſputatio 9. *do-
ctr. temp.* 20. Poſthæc, cum Io- *Gen.* 39.
ſephus Domino ſuo Ægyptio
Potiphari utiliſſimus ideoque
cariſſimus eſſet, ab uxore ejus
eademque herâ ſua ad con-
ſuetudinem adulterii ſolicita-
tur: qua per ſingularem ac
heroicam continentiam ſæ-
pius reiecta, denique atten- *2955, 2225, 1759,*
tatæ herilis pudicitiæ falſò in-
ſimultatus, à domino in car-
cerem coniicitur. Sed Præfe-
ctus cuſtodiæ virtutem Ioſe-
phi, DEO animum eius incli- *Gen.* 39, 21. *& ſeq.*
nante, mox agnovit, amavit,
& poſteà præfecturâ vicariâ
honoravit. Sed jam, DEVS

P J.A.M. A.C. propiores liberando Ioſepho
Gen. 40. cauſſas ſtruebat. Immiſſa
enim pincernæ & piſtori regis Pharaonis captivis ſomnia interpretatus Ioſephus, com-
2956. 2226. 8158. probato eventu poſt biennium ad interpretanda ipſius
Gen. 41. Regis Pharaonis ſomnia, quibus DEVS ſeptem annorum ubertatem, & totidem annorum ſterilitatem præmonſtrabat, è carcere evocatur; quod cum, DEO revelante, feliciter præſtitiſſet, conſilium inſuper
2958. 2228. 1756. Regi de curâ annonæ idoneo viro demandanda dediſſet, præfectus Ægypti conſtituitur, ac voce præconis publicè proclamatur, nomine eti-
Gen. 41, 43. am magnifico Sophenath-
De qua vide Calixt. in hiſt. Ioſephi, & Ger. I. Voſſ. Θ. G. I. 27. Paneah (de cuius interpretatione varias ſententias vide apud *Calixt.* & *Voſſ.* locis in margine annotatis,) honoratur: uxore ei collocata Aſnath, Potipheræ Sacerdotis ſi-
ve

Digitized by Google

ve potius principis Heliopo- P. 3. AM. A. C.
litani filia. Hanc interpreta-
tionem ſomniorum ad artes
magicas retulere gentiles, ſi-
cut ex *Trogo Pompeio Iuſtinus* 36, 2.
refert (quanquam *Dempſterus*
mallet ibi *artes magnificas* le-
gere) primumque hunc *intel-
ligentiam ſomniorum condidiſ-
ſe*, adiicit: ita ſcilicet vaniſſi- Oroſ. 1, 8.
mæ artis ſive impoſturæ nata-
les ad illuſtria nomina refe-
runt, cum ex ipſius Ioſephi
hiſtoria clarum ſit, ſolius DEI
eſſe interpretari ſomnia, quæ
ſcilicet divinitus immittun-
tur: nam ceterorum fortuita
eſt & prædictionibus minimè
idonea indoles. quæ *Flavius* 2. A. 2.
Ioſephus in hâc hiſtoria mutet
aut depravet, examinandum
ſibi, ut ſemper ſumſit *Salia-
nus*: quod ſemel indicaſſe ſuf-
ficiat. Quam præclarè ſe geſ-
ſerit Ioſephus in præfectura
annonæ, totiusque Ægypti,

P.J. A.M. A.C. diligenter & per partes expo-
Gen. 41, 47. ſuit *Moſes.* nam & ſedulò co-
piam frugum in horrea con-
didit; & Regi ſuo magnam
vim pecuniarum ex diſpenſa-
tione ac venditione poſtea
tempore famis confecit; quin
Gen. 47, 21. 22. imò totam Ægyptum (ex-
cepta principum ſive Sacer-
dotum terra, de cuius immu-
nitate etiam *Diodorus lib.* 2. &
v. Voſſ. Th. G. l, 29. *Herodotus in Euterpe* teſtan-
tur) cum ipſis corporibus re-
gio mancipavit ſervitio. Ita
tamen temperavit poſteà do-
Gen. 47, 25. minium, ut reſtitutis agris,
quintam partem fructuum
regi annuatim penderent.
Sed hæc poſteà acciderunt. E-
odem autem anno; quo Io-
3958. 2228. 1756. ſephus ex carcere ad præfe-
cturam Ægypti vocatus eſt,
Onan Iudæ filius ducit Tha-
Gen. 38, 6, 8.
3957. 2227. 1757. mar, quæ anno priori Her Iu-
dæ filio nupta erat: ſed ut ille
propter nequitiam, ita hic
prop-

propter nefariam libidinem *P. J. A. M. A. C.*
punitus eſt. Sed & Iſaaci mors
in hunc annum dignitatis Io-
ſephi, competit; Obiit is an- *Gen. 35, 28.*
no ætatis 180, cum Iacob & E-
ſau annos attigiſſent 121: vir
magnus & Abrahami fato-
rum heres, multis eximiis
operibus, caſibus, laudibus
nobilitatus. *ἀνὴρ θεοφιλὴς, καὶ
προνοίας πολλῆς ἠξιωμένος ὑπ'* *1, A, 26.*
αὐτοῦ μετ' Ἀβραὰμ τὸν πατέρα,
quo elogio multa complexo
Ioſephus eum honeſtat. In hoc
tempus incidit diluvium in
Attica, regnante Ogyge annis
228. ante Deucalioneum, uti
Cedrenus ait. At *Euſebio in
Chron.* in Ægypto dicitur acci- *Voſſ. Th. G. l. 18.*
diſſe, ſed perperam; quippe in *Salian. T. 1. p. 278.*
Ægypto nullum tale diluvi- *Add. Lud. Viv. ad h. l.*
um fuit. Variant alias mirifi-
cè circa temp⁹ Ogygii diluvii:
Confer cum *Oroſio* (1. 7.) *Au-
guſtinum* 18. C. D. 8. ubi a *Var-
rone* pro antiquiſſimo hiſtori-

P. J. A. M. A. C. æ termino poni memorat. In
2961. 2231. 1753. noſtra ſerie ſequitur Aſſyriorum undecimus Rex Sethos, qui regnavit annis 32 quo eodem anno Thamar ex inceſtu
Euſeb. Gen. 38, 27.
2967. 2237. 1747. cum ſocero peperit geminos Pharez & Eſron. Apud Argivos dehinc tertius Rex Apis regnare incepit annis 35. Eodem anno qui fuit ætatis Ioſephi 40, ſterilitatis 3. Iacobi 130. cum priore biennio famis frumenta ex Ægypto emiſſet Iacobus per filios, tandemque Ioſephus ipſis ſe pateſeciſſet, [quæ hiſtoria pleniſſimè deſcribitur. *Gen.* 42. *usque ad* 46. adde *Ioſeph.* 2, 3.) eiusdem vocatu cum univerſa familia in AEgyptum venit. Diſputationem de ſerie annorum & familiæ Iacobi vide apud *Petau.* 9. *doctr. temp.* 19 & adde *Salian.* t. 1. p. 341. & *ſeq. Gerhard.* in *Gen.* 46. Prius quam ad mortem tanti Patri...

De Api, vid. Auguſtin. 18. *C. D.* 5. *cum not. L. Vivis.*
Gen. 47, 9.
45, 6.

Geneſ. 46.

Digitized by Google

triarchæ accedamus nomi- *P.J. A.M. A.C.*
nandus prius eſt Sicyoniorũ 2969. 2239. 1745.
Rex Plemnæus: cuius regnum
biennio poſt adventum Iaco-
bi in AEgyptum incipit, ex-
tenditurque per annos 48. *Euſeb. Chron.*
Quadriennio poſt, Telchines 2973. 2243. 1741.
Peloponneſo pulſi Rhodum
incolere cœperunt. Poſt quæ
Memphis ab Api condita refer-
tur. Iacobus autem, cum in
Aegypto annos exegiſſet 17 2975. 2245. 1739.
mortuus eſt, anno ætatis 147 2984. 2254. 1730.
exacto, Ioſepho tunc agente
annum 57; cum prius diuiniſ- *Gen.* 47, 28.
ſimis & planè propheticis *It.* 49, 38.
oraculis filiis Ioſephi benedi- *Aug.* 18. *C. D.* 6.
xiſſet, ſuorumq; fata, ventu-
rumque Meſſiam ceciniſſet;
ſicut prolixe habetur *Gen.* 48.
& 49. Funus eius magnificè *Gen.* 50.
curavit filius, & in ſepulchro *Ioſeph.* 2. *A.* 4.
maiorum, ex ſupremo man-
dato, eum condidit. In hoc
viro magis magisque videtur
luſiſſe diuinus amor, venturi-
que

P. J. A. M. A. C. que Meſſiæ, & immenſæ φιλανθρωπίας pignora cumulaſſe. Quippe, ut antea in Abrahamo & Iſaaco acciderat, ita & in Iacobo, eiusque filio Ioſepho, imagines quasdam Seruatoris mundi exhibuit; nomen ſolatiis & oraculis pleniſſimum alteri dedit; luctatus eſt in forma hominis, qui DEus ab æterno erat, homo in tempore ſed in æternum futurus erat: Omnia paternorum, filialium, fraternorum affectuum viſcera in dilectis ſibi hominibus, magni & perennis exempli ergo, conceſſit, & ad documenta virtutum ſummarum temperauit. Sed in laudes eius ire, eſt alterius operis. unde, præter notos uſitatosque hiſtoriæ Patriarchalis fontes, memoria rerum Iacobi peti debeat,

993. 2163. 1721. ſupra ex *Euſebii P. E.* indicauimus. In profana hiſtoria poſt hæc

Digitized by Google

hæc Aſſyriorum Rex duode- *P. J. A. M. A, 6*
cimus Mamythus occurrit,
cui annos 30. tribuit *Euſebius*.
Deinceps Sparta condita eſt à 2996. 2266. 1718.
Sparto Phoronei filio: quem
Stephanus fratrem Phoronei
facit. Circa hæc ferè tempo-
ra [ſicut *Petavius* diſputat 9.
doctr. temp. 20.] Iobus, DEO 3000. 2270. 1714.
permittente, exercetur, Sa- *Quamdiu Iob vexatus ſit, diſputat Salian. t. 1. p. 376.*
thanâ, fortunas, liberos, cor-
pus, variis calamatibus affli- Suid. voc. Ιωβ.
gente, ſicut graviſſimo *com-
mentario* prodidit, ſive ipſe, ſi-
ve Moſes, aut quicunque ali-
us, magnus utique & divinus
Scriptor: quem abſurdè *Iudæi*
nonnulli parabolam ſcripſiſ- Voſſ. Th. G. 11, 3.
ſe non hiſtoriam autumnant,
ſicut vel ex *Ezech.* 14, 14. & *Ia-
cob epiſt.* 5. 11. intelligi poteſt.
Cur *Ioſephus* nihil de Iobo in
Antiquitates ſuas retulerit,
non ſatis conſtat. E gentilibus *v. Caſen. Patr. in Iob.*
monumentis luculentum de
Iobo teſtimonium memorat
Euſe-

P. I. A. M. A. C. *Euſebius* 9, 25. Ex *Ariſtæa* nimi-
3002. 2272. 1712. rum de Iudæis commentario.
Apud Argivos ſub idem tem-
pus quartus Rex *Argus* impe-
3017. 2287. 1697. rare cœpit, annis 70. Sicyoni-
3023. 2293. 1691. orum duodecimus Rex Or-
thopolis, annis 63. Aſſyriorum
tertius decimus Aſcharius an-
nis 28. In hæc tempora con-
Euſeb Chron. gruit nativitas Amrami Patris
Moſis, qui genitus eſt patre
Caatho annum 80. explente.
Ex *Demetrio apud Euſeb.* lib. 9.
3025. 2295. 1689. *P. E.* ubi ait, natum annos 14
ante mortem Ioſephi: de qua
mox dicendum; ſi prius de
Prometheo adiecerimus, quē
3029. 2299. 1685. *Euſebius* circa hæc tempora
vixiſſe, & feros hōines ad hu-
manitatis cultum, tranſtuliſſe
memorat. ſimilia habet *Augu-*
Voſſ. Th. G. i, 18. *ſtin.* 18. *C. D.* 8. de Promethe
illo Græcis tantoperè celebra-
to, Atlantis Aſtrologi patre
fuere enim plures. Nunc deve
nimus ad mortem Ioſeph
Pa

Digitized by Google

Patriarchæ: qui expletis poſt Iacobi patris obitum annis 53. ætatis autem ſuæ 110, convocatis fratribus, de exitu Iſraelitarum ex Aegypto [qui poſt Ioſephi mortem accidit 145. annis] vaticinatꝰ eſt. Mandatum etiam dedit, de exportandis ex Aegypto reliquiis ſuis; atque ita expiravit; generoſus & pientiſſimus filius, frater benigniſſimus, ſervus utiliſſimus ac fideliſſimus, dominus providentiſſimus, pater feliciſſimus, per omnia vitæ officia, pietatis exercitia, virtutum ſpecimina, fatorum tentamenta illuſtris mundo, charus DEo, venerandus piis omnibus; Propheta, patriarcha, ſervator domi foriſque tot gentium. Cuius hiſtoriam, præter eos, qui ſacrarum literarum monumenta excerpſere, nec Ethnici ignorarunt, ſicut ex *Artapano* & *Philone*

P. J. A. M. A. C.
Gen. 50.
Aug. C. D. 8, 7.

P.I. A.M. A.C. *lone* oſtendit *Euſebius* P.E. 23. & 24. *Iuſtinum* ſupra attulimus. Equidem *Apim* ſiue Serapim Aegyptium bouis ſymbolo cultum Aegyptiis, ad Ioſephum pertinere *Iulius Maternus*, *Rufinus* (2. *hiſt. Eccl.* 23.) *Suidas* credidêre: quod prolixè explicat & applicat *Voſſius Theolog. g.* 1, 29. In ſacra hiſtoria ſequitur deinceps mors

vic. Σαλεαπις. Huc uſque geneſis Moſaica.

3061. 2331. 1653. Levi anno ætatis 137. *Exod.* 6.
3068. 2338. 1646.
3053. 2323. 1661. 16. itemque Caath anno vitæ 133. *Exod.* 6, 19. Ante quæ Aſſyriorum decimus quartus Rex ponendus eſt Sphærus annis
3072. 2342. 1642 22 imperio potitus: Apud Argiuos deinceps quartus Rex Criaſus [quem & Piraſum dictum *Pauſanias* annotat] Argo Evadne Strimonis filia natus, cui 54 potentiæ annos tribuit *Euſebius*. Quo tempore primum apud Argivos Iunonis Argivæ ſacerdotio functa eſt Callithyia, teſte *Euſebio in Chron.*

Euſeb. Chron. Aug. C. D. 18, 8.

Chron. & 3. *P. E.* cui conſenti- *P. J. A.M. A. C.*
unt alii *Scaligero annotati* 3076. 2346. 1638.
Scriptores. Hoc tempore eti- *Animadv. Euſeb.*
am Atlas vixit Promethei
frater: quidam filium faciunt;
dictus eſt cœlifer, ob inſignē
aſtrorum ſcientiam. Apud
Poetas μυθολογικῶς axim no- *alii ad montem re-*
tat, circa quem cœlum volvi- *ferunt.*
fingitur, ſicut *Ariſt.* monuit *lib.* *Aug. C.D. 18, 8.*
de animal. motu cap. 2. Sicyo-
niis decim⁹ tertius Marathon 3080. 2350. 1634.
imperare cœpit annis 30. A- 3096. 2366. 1618. *Euſeb. Chron.*
pud Ægyptios poſt hæc cœ-
piſſe putatur Amenophis, quē
nonnulli Memnonem pu-
tant, lapidem loquentem,
inquit *Euſeb.* 1. e. cujus ſtatua *Joſeph. 1. contra A-*
radiis ſolaribus icta edebat ſo- *pion.*
num. de qua vid *Scaligeri ad*
Euſeb. notata & Cl. Salmaſius
ad Vopiſcum pag. 359. Inſequen- 3097. 2367. 1617.
ti anno Maria Amrami filia
naſcitur, patre 73. annum a-
gente, ſeptem ante Moſen an-
nis, ex mente Hebræorum.

P. J. A. M. A. C. *Chronicoñ Alexandrinum* uno
anno juniorem Moſe facit.
3100. 2370. 1614. Aaron poſthæc naſcitur *Exod.*
7, 7. & tertio poſt anno Moy-
3103. 2373. 1611. ſes, anno Patris Amrami 78.
ut *Demetrius* ap. *Euſeb. P. E* 9.
putat: qui ad flumen expoſi-
tus, a Pharaonis filia (Ther-
mutim *Ioſephus* vocat.) tolli-
tur & educatur: Sicut fuſius
meminit *Moſes* ipſe: cui ad-
dendus eſt præſertim *Ioſephus*
2. *A.* 5. *& Phil. lib.* 1. *de vita Moſis*, item-
que *Salianus*. Apud Aſſyrios
hoc anno regnare cœpit de-
Aug. C. D. 18, 8. cimus ſextus, Sparthæus, cui
Euſeb. 42. annos tribuit. Sicy-
oniorum 14. Rex hinc ſequi-
3110. 2380. 1604. tur Marathus, annis 20. impe-
rio potitus: Argivorum Sex-
tus Rex Phœbas annis 35; qui
3126. 2396. 1588. poſt decem annos Rhodum
3137. 2409. 1577. obtinuit, inſulamque a ſer-
pentibus, interfecto maximo
Dracone liberavit; ſicut vide-
re licet apud *Diodorum lib.* 5. *&*
Hygi-

Hyginum in Ophiucho, locis à *Scaligero ad Euſebium* notatis. Inter hæc apud Sicyonios, XV. regnare cœpit Echyreus annis 55. Poſt id temporis Iobus moritur annis ante exitũ Iſraelitarum ex AEgypto 45. ætatis 189. poſt afflictiones 139, ſicut diſputat *Petavius*. Moſes, ad quem nunc revertimur, cum annos natus eſſet 40. [multâ ſcientiâ & politie ex educatione regiâ præſtans, ſicut conſtat ex Act. 7. 22. itemque *Ioſepho* 2. antiquit. 5. *Clem. Alexandrino Stromat.* 1. *de vita Moſ.* qui tamen plura videtur interdum attexere, quam veritas fortè poſtulabat] noluit amplius filius filiæ Pharaonis videri: Sed egreſſus inuiſit gentiles ſuos, ibique injuriam Hebræo cuidam ab AEgyptio illatam, cæde Aegyptii ultus eſt, adeòque liberationis Iſraeliticæ, cui deſtinatus erat,

P. J. A. M. A. C.
3130. 2400. 1584.
Euſeb.
3139. 2409. 1575.

3143. 2413. 1551.
9. *D. T.* 20.

Salian. T. 1. *p.* 7.

Exod. 2.
Actor. 7.
Joſ. 2. *A.* 4.

P. J. A. M. A. C. rudimenta poſuit. Sed mox vindictam regiam fugiens, in Madianitide apud Sacerdotem Jethro divertit, filiamq; ejus Sephoram in matrimonium duxit: ex qua poſtea filios Gerſon & Eliezer genuit. In hunc eundem annum convenit Aſſyriorum 17. Rex Aſcatades annis 38 ſicut *Euſebius* habet, cui adde *Auguſtin.* 18. C. D. 11. Poſthæc Athenienſium regnum cœpit; Fuit autem civitas illa ſub regibus. [Schema eorum habet *Salian.*

Adde *Voſſ. Th. g.* 1. 13.

t. 2. p. 18.] primum 17. annos 487.; deinde ſub Archontibus perpetuis 13, annis 386. Denique ſub Archontibus annuis. Primus rex Cecrops, ultimus Codrus fuit: Cecropis initium [a quo ad Trojæ excidi-

Meurſ. Archont. Attic.

3156. 2426. 1558. um numerantur anni 375] incidit in annum mundi 2426. poſt diluvium 770, poſt ortum Abrahami 478; ante migra-

Digitized by Google

grationem ex Aegypto annis fere 28. *Euſeb.* Chronologia [qui Cecropem anno Moſis 35. tribuit] hic aberrat: ſicut animadvertit *Scaliger* & *Petavius*: Secutus tamen eſt eum *Salianus*; Ab hoc Cecrope [qui cognomento διφυὴς *biformis* dictus eſt] Attica appellari cœpit Cecropia. Tribuuntur ei Athenarum nominatio, idololatriæ initium, [de quo diſputat Salianus t. 2. p. 17.] etc. uaria etiam fabuloſa de quibus *Affricanus* & ex eo *Euſebius* item *Auguſtinus* 18. C, D. 9. *Epiphanius Panarii principio*, & quos annotavit in *animadverſionib. Euſebianis Scaliger.* In Argivorum regum ſerie ſequitur ſeptimus Triopas annis 46. de quo *Diodorus lib.* 5. Anno ab hinc ſeptimo *Euſebius* pugnam Chaldæorum contra Phœnices ponit; cujus hiſtoriam fatetur ſe ig-

P.J. A.M. A.C.
Pauſanias ante Cecropem ponit Actæum: ſed conſenſu plurium refellitur.

3161. 2431. 1553.
3168. 2438. 1546.

Digitized by Google

I. P. A. M. A. C. norare *Scaliger*; ſed & Deuca-
3172. 2442. 1542. calion tempore Cecropis
[quanquam *Oroſius* l. 9. Am-
phictyonem tertium a Cecro-
pe, *Varro* apud *Auguſtin.* 18.
C.D. 10. *Cranaum Cecropis ſuc-
ceſſorem* nominet] in Parnaſ-
ſo regnare cœpit: ſub quo ce-
lebre illud diluuium Deuca-
Nonni Dioniſ. 3. lyonis, medium ſcilicet inter
Ogygium & Dardaneum, ac-
cidit; ſed de hoc infra dicetur.
Inter hæc tempora etiam in-
Exod. 6, 20. ſerenda eſt mors Amrami, pa-
3167. 2437. 1547. tris Moſis: qui obiit anno æ-
tatis 137. ſed accedendum eſt
ad Epocham illam nobilem e-
xitus Iſraelitarum ex Aegyp-
to. Poſt mortem Ioſephi, cum
apud inſequentes reges eviluiſ-
ſet memoria beneficii Aegy-
pto per Ioſephum præſtiti,
Hebræos ſive Iſraelitas variis
modis cœperunt affligere
Aegyptii; memorat illa flagi-
tia dominationis tyrānicæ ad
im-

impedienda gentis incremẽ- *P. J. A. M. A.C.*
ta, & opprimendam indolem
varie excogitata & exaucta
Moſes *Exod.* 1. & 2. cui adden-
dus eſt *Ioſephus* 2. *antiq.* 4. &
Salianus t. 1. *fine*. Permiſit De-
us illas afflictiones ad exer-
cendam ſuorum pietatem, &
illuſtrandã liberationis glo-
riam, cujus mox Moſi mini-
ſterium delegavit. Nam quæ
in Moſis geſtis habentur apud
Ioſephum & Euſeb. P. E. 9, 27.
ex Artapano de bello Aethio- *Salian. t. 2. p. 13.*
pico, à Moſe geſto & urbe
condita, quoniam fabulis ſi-
miliora ſunt quam hiſtoriæ,
tranſmiſimus. igitur ſub an- 3182. 2452. 1532.
num ætatis 80, cum greges
paſceret Moſes, ad montem
Oreb, qui & Synai dicitur, di- *Exod. 3. & 4.*
vinam apparitionem vidit,
& ex ardente miraculoſe ru-
bo, mandata à Deo accepit,
iret & diuinâ virtute auſpicio-
que fretus, miraculorũ quo-

 que

P. J. A. M. *A. C.* que edendorum dono inſtru-
ctus, fratris inſuper Aaronis
opera adjutus, poſtularet
dimitti Iſraelitas ex ſervitute
Exod. 4, 24. & terrâ Aegyptiorum; in iti-
nere pæne necat' eſt ab An-
gelo Moſes, quod filium ſu-
um non circumcidiſſet. Ergo
cum aſſumto fratre, Phara-
3183. 2453. 1531. oni juſſa Domini expoſuiſſet,
Exod. 5. Rex neglectâ autoritate divi-
nâ, majoribus etiam acerbi-
Exod. 6. tatibus Iſraelitas divexat. ſed
Moſes denuò animatus a Do-
mino intrat cum Aarone
fratre ad Pharaonem, atq; fi-
dem divinæ miſſionis mira-
culis firmat, ſimulque quia
Deus afflictionibus regis du-
ritiem vincere deſtinaverat,
primò aquam fluminis vir-
gâ percuſſam vertit in ſangui-
nem, unde piſces emortui
ſunt; quod miraculum &
Exod. 7. magi ſope Diaboli æmulari &
eludere conati ſunt. Secundo
vim

Digitized by Google

vim ranarum immenſam P. J. A. M. A. C.
produxit: tertio cyniphes & Exod. 9.
pediculos; quarto muſcas &
culices; quinto peſtis pecora
confecit; ſexto ulcera turgentia & urentia homines ac jumenta afflixere: ſeptimò grando, tonitrua, fulgura in homines, pecora, arbores ſævierunt; octavo locuſtæ herbis adeſis homines vexarunt; nono per triduum tenebræ operierunt Aegyptum; decimò primogeniti Aegyptiorũ interfecti ſunt. Atque ita dimiſſi tandem & pæne extruſi Iſraelitæ ab Aegyptiis ductu Moſis egreſſi ſunt: Celebrato ante digreſſum primo paſchate, cujus ſacramenti ceremonias tum Deus præceperat & inſtituerat. Fuerunt Iſraelitæ in Aegypto ab adventu Iacobi ſcilicet, annos 217. Adde *Ioſephum* 2. *Antiq.* 6. & *Philon. in vita Moſ. Auguſtin* 18. *C. D.* 11.

Exod. 10.

Exod. 11. & 12.

Exod. 12.

P. J. A. M. A. C. *Oroſ.* 1.10. tum qui hæc omnia, & iter Iſraelitarum fuſiſſime diſputat *Salian. t.* 2. E gentilibus meminêre *Tacit.* 5. *H.* 3. *Juſtinus* 36. 2. *Artapanus, Ezechielus, Demetrius, ap. Euſeb. P. E.* 97, 27, 29. itemque apud *Clem. Alexandr. Stromat.* 1. *Manethon. quoque Lyſimachi, Chæremonis* loca *Ioſepho contra Apionem* producta inſpicienda ſunt. Cetera quæ de Moſe apud exteros habentur, ſtudiosè collegit H. *Grotius* in annot. *ad lib.* 1. *de Ver. Chriſt. Religion.* pag. 211. & ſeqq.

Egreſſi Ægypto Iſraelitæ caſtra primum metati ſunt in Sochoth, ſequenti die in Ethan, ubi apparuit columna nubis interdiu eos ductura, per noctem autem igneam ſpeciem habitura; magno ſcilicet evidentiq; divinæ providentiæ curæque pignore. Pharao interim pœnitudine

Exod. 13.

ductus

Digitized by Google

ductus quod dimiſiſſet ſervi- *P.J. A.M. A.C.*
tuti ſuæ mancipatam, ut opi-
nabatur, gentem, inſecutus Iſ-
raelitas, & in mari rubro *Exod. 14.*
cum exercitu ſubmerſus eſt, *Ioſ. 2. A. 7.*
Iſraele per miraculum tradu-
cto. In itinere continuato,
cum variæ Iudeis objicieren-
tur difficultates, præſenti ta-
men ope Dei adiuti ſunt. Nam
& aquæ amaræ in Mara dul- *Exod. 15.*
ceſcere cœperunt, & inopi- *Exod. 16.*
am panis, Manna ſupplevit,
& deſiderium carnis coturni-
ces expleverunt: & ſitim aquæ
ex petra ſalientes mitigarunt;
& obſtantes itineri Amaleki-
tas Ioſua gladio, Moſes preci- *Exod. 17.*
bus ſuperavit. Ceterum in- *Ioſeph. 3, 1. & ſeqq.*
gens illud gubernandæ tantæ
multitudinis onus, cum vali-
dius incumberet in humeros
Moſis, quam ut ferendo vi-
deretur, conſilio ſoceri Iethro
ad ipſum inviſentis, præfe-
ctos ac principes per ſeriem
ordi-

P. J. A.M. A.C. ordinavit, populumque omnem in partes diſtribuit. Menſe poſt egreſſum ex Ægypto tertio ad montem Sinai devẽtum eſt, ubi legem ſanctiſſimam & perfectiſſimam, quæ Decalogi nomine celebratur, *Exod. 19. & ſeqq.* per Moſen populo in duabus tabulis dedit, non ſine miniſterio angelorum, multo cum ſplendore & majeſtate, aliasque leges Moſi expoſuit. *Vid. de legib. illis Joſeph. 3. 9. 10, 11.* Atq; hujus legis per Moſen datæ ac rituum, tum alibi nonnulla extant, tum apud Pythagoricos plurima: quæ collecta *vide Hugoni Grotio ad lib. 1. de ver. Chr. Relig. ad pag.* 21. Dum in monte Moſes moratur, & à Domino varia ad religionẽ *Voſſ. Th. G. l, 3.* & cultus religioſos pertinentia edocetur, interim populus *Exod. 32.* Aaronem compulit, ut vitulum aureum faceret, quem *Pſ. 106, 20.* idololatrico cultu adorarunt. Quod conſpicatus in reditu Mo-

Digitized by Google

Moſes duas illas lapideas ta- *P.J. A.M. A.C.*
bulas Zelo & iracundia motus *Rom. 1, 23. Act. 7, 4.*
confregit ; & mox exorato
Domino pro peccatis populi, *Exod. 33. & 34.*
duas novas tabulas itidem di-
gito Dei ſcriptas accepit, po-
puloque promulgavit. Anno 3184. 2454. 1530.
ſecundo exitus ex Ægypto,
menſe primo erexit taberna-
culum Moſes, mandato DEI *Ioſ. 3. A. 5, & ſeqq.*
antea delineatum, ſicut pro-
lixè deſcribitur *Exod.* 26. *&*
ſeq. itemque 36. usque ad finẽ.
Figuris æneis tum alii exhibu-
ere tum *Salianus*, t. 2, 122. Mox *Exod. 40.*
Aaron eiusque filii ſolenni ri- *Ioſeph. 3, 10.*
tu ad ſacerdotium inauguran- *Deut. 10.*
tur : Iſraelitarum principes
tributim ſua dona conferunt:
Paſcha ſecundum à populo *Num. 7.*
celebratur [*Num.* 9, 1.] inde
profecti ex ſolitudine Sinai in *Num. 10, 12.*
ſolitudinem Pharan perveni-
unt : ibi populi murmur in- *Num. 11.*
cendio caſtrorum divinitus
immiſſo repreſſum ; itemque
in-

P. J. A. M. A C. intempeſtiuum carnium de-
Ioſeph. 3, 12. ſiderium multorum ſtrage
Num. 12. expiatum. Maria item & Aaron contra Moyſen inſurgentes à Deo coerciti. Poſt hæc exploratores miſſi in Cananæam, promiſſam ſcilicet deſtinatamque Iſraelitis ſedem, circa vindemiæ tempus cum
Num. 13. & 14. reverſi terrifico nuncio concitaſſent multitudinem, propè ſeditionem res erat. Cum-
Ioſeph. 3, 13. que Ioſua & Caleb qui & ipſi inter exploratores miſi erant, animare perterritos ceterorũ nuncio fruſtra conarentur, Deus repreſſit furentes, exoratusque à Moſe, ne plane perderet, neminem ſivit deinceps ingredi in Palæſtinam, ex tantâ illa multitudine Ægyptum egreſſa, præter Ioſuã & Caleb: quippe circumducto per circuitus & ambages viarum populo, paulatim omnes extincti ſunt: trigintaq;

&

Digitized by Google

& octo annos in deſerto conſederunt. In eundem annum incidit [ſententia *Petavii*] ſeditio Core, Dathan & Abiron, horribili pœna coercita, abſorptis terrâ defectionis autoribus cum omni familia. *Salianus* in quartum annum exitus confert *t.* 2. *p.* 219. Anno 40. ineunte ab exitu, venerũt Iſraelitæ in deſertum Zin & Cades, ubi Moſen magnæ calamitates fatigarunt. Nam & Maria ſoror ejus moritur, cujus de funere & memoria *Ioſephus* videndus, & gravis mox ſeditio ob aquæ penuriã in populo exorta, Moſen quoque & Aaronem ad aliquam diffidentiam impulit; quam ſcrutator cordium Deus animadverſam ita puniuit, ut neutrum ſineret in terram ingredi promiſſam. Quæ de peccato Moſis *Sulpitius Severus* aliique habent, non firman-

P. J. A.M. A.C.

Ioſeph. 4.

Exod. 16.
Ioſ. 4, 2.
3222. 2492. 1492.

Num. 20, 1.

Ioſeph. 4, *A.* 4.

Num. 20.

P.J. A.M. A.C. mantur auctoritate ſacræ hiſtoriæ. Excepit ſeditionem ad aquas contradictionis mors Aaronis fratris ac collegæ

Num, 20,14. Moſis. Cum enim ab Idumæo Rege tranſitum pacificum, fruſtra petiiſſet Moſes, ad mõtem Hor reflectit: quem iuſ-

Num. 20,24. ſus conſcendere cum Aarone & Eleazaro ejus filio, ibidem amittit fratrem, filiumque ei mandato Dei ſubſtituit, *luctusque* ſolennia cum toto populo celebrat. Poſt hæc re-

Num, 21, 1. gem Cananæorum Arad feli-

Philo Vit. Moſ. 1. ci prœlio ſuperat Moſes, omnemq; ejus regionem vaſtat. Sed lætitiam victoriæ mox corrupit populi ſeditio ex

Num. 21, 5. Mannæ faſtidio & inopia aquæ excitata, ignitisque ſerpentibus punita eſt, donec mox imagine æneí ſerpentis in typum ſervatoris, qui verũ antiquumque ſerpentem in cruce triumphavit, venena

ſupe-

Digitized by Google

ſuperantur, & apud Arnon puteus emergit, quem ſignã- ter celebrat Moſes. Hinc Se- hon Amorrhæorum regem; & mox Og giganteâ corporis ſtaturâ, Baſanitidis regem vin- cunt: Hiſtoriam *Ioſephus* pro- lixe memorat. Interim Rex Moabitarum Balac vicinorum clade territus remedia ſibi ad- verſus vim Iſraelitarum quã metuebat, comparans, Bala- mum ariolum quendam, ut diris devoveret Iſraelita- rum capita, prece præmioque conducit, ſed fruſtra; A Deo quippe coercitus Balaam be- nedixit Iſraeli candidaque illi omnia ac læta cecinit: ſicut prolixe deſcribit *Moſes*; cui ad- dendi ſunt *Ioſephus* præſertim & *Philo*. Interim quos nec ar- ma nec diræ Moabitarũ fran- gere poterant, fæminæ forni- cationis & idololatriæ crimi- nibus involverunt. Quare

P. J. A. M. A. C.

Num. 21, 16.

Num. 21, 21. *item V.* 33. *Philo.* I. *Adde deut.* 2. & 3. *Ioſeph.* 4, 6.

P.J. A.M. A.C. Deus Principes ſuſpendi juſſit, & viginti quatuor millia occidit. Phineæque Aaraonis nepoti, qui in ipſo turpi facto & flagranti crimine Moabitidem fœminam & virum Iſraelitem interfecerat præmia decrevit. Ipſos Moabitas ultus eſt poſtea, mandante Deo, Moſes ingenti ſtrage, atque id extremum militiæ opus fuit. Nam poſtea juſſi à Deo aſcendere montem Abarim, indeque promiſſam terram contemplari; ſucceſſorem ſibi deſignavit Ioſuam, Rubenitis, Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe Seonis & Ogi regna diviſit, inde deuteronomiū coram Populo pronuntiavit, ſive leges repetiit expoſuitque, denique populo benedixit, & conſcenſo monte Nebo, in verticem Phasga, qui in campeſtribus

Num. 31.

Ioſeph. 4, 7.

3203. 2493. 1491.

Num. 32. & Deut. tot. usque ad finem. Ioſeph. 4, 8.

bus Moab ſitus eſt, proſpe- P.3. A.M. A.6.
ctaque eminus terra promiſ-
ſa, ſubinde mortuus eſt anno
ætatis 120. neque quiſquam
locum ſepulturæ ejus cogno-
uit. Vir fuit Magnus, Patri-
archis, Eccleſiæque Princi-
pibus ætate ſuppar, rebus ge-
ſtis providentia Dei circa ejus
vitam magnisq; caſibus nul-
lo modo impar, in quibus-
dam etiam ſuperior. videmus
enim Dei in magnis illis Patri-
archis & Prophetis conſuetu-
dinem, qui unicuique aliquid
peculiare gratificatus eſt. Ni-
hil commercio ejus cum Deo
intimius aut frequentius, ni-
hil laboribus & curis gravius;
Principis & Prophetæ laudes
& exemplar ſine exemplo im-
plevit: Chriſti ſervatoris ima-
go, nuntius, myſta. Vitam
ſuam ipſe in Pentateucho reli-
quit: cui quatenus concor-
dant aut non repugnant *Ioſe-*

P.I. A.M. A.C. *phi* & *Philonis* ſcripta (qui tres de Moſis vita libros ſcripſit) addi debent; ſicut hactenus indicavimus. nam Patrum elogia & interpretationes ad cōmentationes referri poſſunt. Ad gentiles etiam perueniſſe ejus memoriam, oſtendunt apud *Euſebium* ſupra indicati ſcriptores. Quomodo Hiſtoria ejus congruat Oſiridi ſive Libero Arabico prolixe expoſitum eſt videre *Voſſio Theol. g.* I. 30. E gentilium hiſtoria ævo Moſaico ſubtexenda ſive interſerenda reſtant, XVI. Sicyoniorum regis Coracis imperium, quod 30. annis tenuit; conditus Corinthi, quæ prius Ephyra dicebatur, ubi ars pingendi à Cleanthe dicitur reperta, diluvium deucaliōeum, quod annos 330. ante excidium Trojanum contigiſſe ex *veteri Chronologo* refert *Clem. Alexandrinus ſtromat.* I.

Euſeb.

3185. 2455. 1529.

3193. 2463. 1521. *v. Scaliger ad Euſeb. p.*30. *Euſeb.*

3200. 2470. 1514.

Areo-

Areopagi judicium *Athenis* P. J. A.M. A.C.
nſtitutum, cujus antiquitates
& formā libro ſingulari per-
ractavit *Meurſius*; *Athenien-*
ium ſecundus Rex Cranaus,
nnos novem poteſtate poti-
us; *Argiuorum* octavus, Cro- 3206. 2476. 1508.
opus annis 21. *Sicyoniorum*
eptimus decimus Epopeus, 3207. 2477. 1507.
5. & cujus initium in eundē
nnum incidit, tertius *Atheni-* 3215. 2485. 1499.
nſium Rex *Amphyction*, qui
nnos 10. regnavit. Videndus
ſt *Auguſtinus* 18. C.D. 10. &
1. qui iſta Moſaicis tempori- Ioſ. 1.
us comparat. Poſt mortem
Moſis, Ioſua Dei voce ad prin- Ioſ. 2.
ipatum animatus & gratia
nſtinctus mittit explorato- 3224. 2494. 1489.
es Hierichuntem. Qui benefi-
io & fide Rachab meretricis
ervati cum rediſſent, Iudæi
oſua duce ad Iordanem veni- c. 3.
nt, ibique triduo morati per
iccatum divino miraculo a- c. 4.
nnem tranſeunt; reique me-
mo-

P. I. A. M. A. C. xuntur temporibus Ioſuæ, *A-*
3225. 2495. 1489. thenienſium IVtus rex Erich-
Euſeb. tonius annis 50. imperio po-
Aug. 18, *C. D.* 8. titus: qui ob quadrigarum in-
Sulp. Sev. l. 1. ventum inter ſidera relatus,
Henioch⁹ ſive auriga dicitur.
Inſequenti anno Lacedæmon
3226. 2496. 1488. conditur, à Lacedæmone.
3228. 2498. 1486. Apud Argivos nonus & Ina-
chidarum ultimus *S*thenelus,
annos 11. regnat. *Aſſyriis* rex
19. Belochus annis 25. impera-
vit. Quæ ab *Auguſtino* (18. *C. D.*
[illegible] 12.) amplius ad hæc tempora
referuntur, *Petavius* ſequen-
tibus inſerit. Ioſua mortuo po-
pulus ſine duce agebat, ſed
Iudic. 1. [illegible] cum adverſus Chananæos
morte Ioſuæ & ductu *Ado-*
Iudic. 2. ni Beſec, feroces, bellandum
[illegible] eſſet, tribui Iudæ (quidam vi-
rum hujus nominis intelli-
gunt) demandatus eſt belli
ducatus. Victoria penes Iſra-
elitas fuit: qua nec fortiter in
præſens, nec honeſte impo-
ſterum

Digitized by Google

terum uſi ſunt: Licentiam P. J. A. M. A C.
x otio, ceteraque otii vitia ſe- Iud, 1, 9. 20.
quẽtes. Unde bellum inteſti-
num inter Benjamitas & ce-
eras tribus, quo 25. millibus
oncisis, ſexcenti tantum ex
Benjamitis ſuperfuere. Tum
tiam Idolomania invaluit,
t ea acciderunt, quæ *Iudic.* 17.
& 18. de Micha & Danitis me- *Ioſeph.* 5, 2.
morantur. Igitur divino deſti- 3245. 2515. 1469.
ati auxilio, traditi ſunt in ſer-
itutem & ſubacti à Meſopo-
miæ rege Chuſane ſive Chu- *Iudic.* 3, 8.
arte, ut *Ioſephus* vocat. Sub *Ioſeph.* 1, *An*, 3,
ujus jugo gemuerunt octo
nnos. Hæc prima fuit Iudæ-
rum ſervitus, poſt mortem *Iudic.* 3, 9.
oſuæ. Sed mox imploranti-
us Deum datur Othoniel fi- 3255. 2525. 1459.
us Cener, frater Caleb, qui
rimus poſt Ioſuam obtinuit *Ioſeph.* 5, *A.* 4.
diciariam poteſtatem, Cuſa-
um ſubegit, Iſraelitas in li-
ertatem & pacem vindica-
it, & 40. annis imperij exa-

 ctis

D.J. A.M. A.C. ctis mortuus eſt. Ita expreſsè
Iud. 3, 11. *S. Scriptura* & *Ioſephus*; *Sulpitius Severus* 50. ãnos ponit: quos à morte Ioſuæ numerandos
Comment. ad Sulp. Sever. ex Euſebio, v. Voſſ. Th. Gen. 1. ait *Sigonius*. Hujus Hiſtoriæ temporibus congruunt apud Argivos quidem Gelanor, qui mortuo Sthenelo ſucceſſit; cui mox à popularibus expulſo ſubſtitutus eſt Danæus exul Ægyptius, qui Æegypti fratris 50. filios per totidem deſponſatas illis filias interfecerat.
Herod. Euſ. Apoll. Hic naves dicitur in Græciam invexiſſe primus, itemque foſſione terræ aquas miniſterio filiarum aperuiſſe: filiæ autem ejus ſacra Aegyptia Pelasgas mulieres docuiſſe: videndus præſertim *Pauſanias in Corinthiacis & Laconicis*.
3250. 2520. 1464. 3253. 2523. 1461. Annos ei tribuit *Euſebius* 50. apud Sicyõios XVIIIus regnavit Laomedon annis 40. apud Aſſyrios 20. Balatores annis 30. Poſt quæ Phœnix & Cadmus,

mus, Agenoris filii Thebis *P. J. A. M. A. C.*
Ægyptiis profecti Tyrum 3256. 2526. 1458.
& Sydonem obtinent, domo
ſc: relicta, ſororeque Euro-
ɔa ſecum abducta, odio an
netu Patris Buſiridis, qui Ido- *Pauſ. Euſ. ubi & animadverſ. Scalig. Oroſ. 1, 11.*
olatrica vecordia hoſpites
mactavit. Per hæc tempora 3263. 2533. 1451.
Delphicum Apollinis tem-
plum à Phlegya incenſum eſt
Auguſtinus Danaum ejus in-
cendii auctorem facit. Europa
poſthæc Aſterii Cretenſium
egis uxor à Iove compreſſa
ſt; ex qua Minos, Rhadamã- *Euſeb. Apollod. Aug. 18. C. D. 12. ibique Lud. Viu. Voſſ. l. g. 1, 2. Scalig. ad Euſeb. p. 3.*
us, Sarpedon nati: Unde na-
a fabula Europæ tauro trans-
vectæ: expoſuit *Lactantius de*
als. relig. 11. ſubinde confla- 3273. 2543. 1441.
gratio Idæ montis ponitur
nnis poſt diluvium Deucalio-
is 73, ut Thraſyllus, apud
Clem. Alexandr. 1. *Strom.* tradit:
temque uſus ferri inventus ab
Idæis Dactylis Rheæ Sacerdo-
ib⁹: de quib⁹ multa ſunt apud

Apol-

P: J. A.M. A.C. *Apollonij Scholiaſten ad lib.*1.A-
Voſſ.t.g 53. thenienſium ſequitur quint⁹
3275. 2545. 1439.
3281. 2551. 1431. Rex Pandion, annis 40. poti-
tus imperio; pater Procne &
Philomelæ; de quibus *Ovidius*
Euſeb. Apollod. *Metamorph. lib.*6. Aſſyriis XXI.
rex Lamprides annis 30. im-
peravit: Argivis decimus Lyn-
3289. 2559. 1425. ceus, annis 40; Sicyoniis deci-
mus nonus, Sicyon annis 45.
Euſeb. In tempora Othonielis ad-
huc refertur etiam primus Iu-
bilæus, de quo videndus *Peta-*
3290. 2560. 1424. *vius* 9. *D.T.*27. poſt mortem
ejus in ſecundam ſervitutem
Iudæi incidunt ob peccata,
3276. 2546. 1438. quibus Deum irritaverant.
3313. 2583. 1401. Quippe Eglon Moabitarum
Iud. 3, 12. *& ſeqq.* rex victis decem & octo annis
Iud. 3, 15. *& ſeqq.* imperavit. Quibus expletis
Joſeph. ibid. exoratus Deus liberatorem il-
lis dedit Ehudum, ſive Aeod:
qui interfecto per cauſam ſe-
creti colloquii Eglone Iſraeli-
tas ad arma vocavit, & Moa-
bitarum jugum excuſſit, præ-
fuit-

Digitized by Google

uitque annis 80. poſtquam *P. J. A. M. A. C.*
amgar præfuit anno verten-
e vix tertio. Quidam colle-
gam dederunt extremis Aodi
emporibus. In tempus ſe- 3297. 2567. 1417. *v. Salian. t. 2. p. 366.*
undæ ſervitutis quadrant è *Euſeb. Voſſ. t. 3.*
rofana hiſtoria Amphionis *1. 16. Euſeb.*
& Zethi fratrum Thebis in
Bœotia regnum: Amphioni 3298. 2568. 1416.
Muſices, quæ lyra fit, inuen-
ionem tribuunt, quæ multò
amen eſt antiquior. In Dar-
ania eo tempore regnavit
Erichthonius Dardani filius. 3303. 2573. 1411.
emque Ephyra, quæ & Co- *Euſeb. & Scalig.*
inthꝰ à Siſypho Aeoli filio fre- *ad h. l.*
quentari cœpta; Minos eti-
m in Creta tum regnabat,
Aſterii Patris ſucceſſor, legis- 3305. 2575. 1409.
ator celebris, qui leges ſuas à
ove ſe accepiſſe gloriabatur.
n tempus Aodi tertii Iudicis 3315. 2585. 1399.
eferũtur, Aſſyriorum 22. rex
oſares, cui annos viginti tri-
uit Euſebius. Athenienſium
extus Erechtheus, Pandionis 3323. 2593. 1391.
fili-

P. J. A.M. A. C. filius, annis 40. Dionyſi, qui
& Liber è Semele nativitas;
3324. 2594. 1390. *Euſeb. Voſſ. t. g. 1. 19.* raptus Orithyiæ Erechthei fi-
Euſeb. v. Scalig. ad Euſ p. 38. id. p. 39. liæ à Borea Aſtræi filio Thra-
ce factus: myſteria Cereris
3327. 2597. 1387. regnante Erechtheo ab Eu-
molpo inſtituta, regnum A-
3330. 2600. 1384. bantis undecimi Argivorum
regis annis 23. Sub idem tem-
3331. 2601. 1383. pus Phryxus cum Helle ſoro-
re novercales imſidias fugi-
ens navi, cujus inſigne aries
Diod. 4. erat, vehitur. *Salianus* exiſti-
mat [*t.* 2. *p.* 364.] voluiſſe Di-
abolum adumbrare hiſtoriã
immolationis Iſaaci iſtâ fabu-
la. Vide omnino *Voſſ. Th. g.* 1, 24.
Aſſyriis poſt hæc imperavit
3335. 2605. 1379. viceſimus tertius Lampares,
Euſeb. Herod. 1, 15. annis 30. Sicyoniis viceſimus
Clem. Alex. 1. Stromat. & Euſeb, ubi Polybus, annis 40. Ganyme-
Scalig. not. p. 39. des Trois filius, Dardani pro-
3338. 2608. 1376. nepos, à Tantalo Phrygiæ re-
ge rapitur, annis 65. poſt Idæ
incendium, atq; hinc poſtea
bellum. Unde Iovis fabula &
rap-

Digitized by Google

raptrix aquila, de qua, ut & *P.J. A.M. A.C.*
tempore rei geſtæ videndus 3341. 2611. 1373.
Voſſ. Th. Gent. 1, 14. Eleuſini *Appollod. & Euſ.*
ſubinde aſcito in auxilium *ibique Scalig.*
Eumolpo, Thrace, cum A-
thenienſibus bellum geſſere,
in Dardania Tros regnavit, 3344. 2614. 1370.
à quo Troes nuncupati; Phæ-
monoë vates Delphica, prima
verſibus heroicis oracula fun-
dit. Refert huc etiam *Euſebius* *Euſeb.*
3347. 2617. 1367.
Tantali apud Phryges regnũ, 3351. 2621. 1363.
quod tamen diu ante cœpit.
Argiuorum regis 12mi Proë-
ti [*A*bantis filius fuit] initiis *Regnavit 17. annos*
Euſeb. & Pauſ. in
congruit expeditio Perſei & *Corinth. Euſeb.*
cædes Gorgonis, itemque Iſth- 3353. 2623. 1360.
Salian. t. 2. p. 366.
miorum inſtitutio annis 15. 3365. 2635. 1349.
poſt raptum Ganymedis, au-
tore Glauco; ſicut eſt apud
Clem. Alex. Strom. 1. *A*ſſyriis
24. rex Panyas præfuit annis
45. *A*thenienſibus ſeptimus 3770. 3640. 1344.
Cecrops, Erechthei frater
annis 40. *A*rgiuis 13. *A*criſius 3375. 2645. 1339.
Prœti frater annis 31. *S*icyoniis

21. Ia-

P. J. A. M. A. C. 21. Ianiſcus annis 42. Poſt quæ
3381. 2651. 1333. Euſeb. Auguſtin. 18. C. D. 13 *Dionyſi* ſiue Liberi expeditio Indica, ubi juxta Indum fluuium Nyſſam condidit. *Amphione* Thebis regnante Ia-
3385. 2653. 1325. nus in Italia regnare cœpit, annis 150. ante adventum *Ae-*
lib. 1. *neæ*, ſicut *Dionyſius Hali-*
3387. 2657. 1327. *carnas* tradit. Cadmo deinceps Thebis regnante Ilium conditum eſt, anno ab expe-
4. Scalig. ad Euſeb. p. 42. Euſeb. Diod. 4. ditiōe Perſei & Iſthmiis *Glauci*, 34. ut *vetus Chronologia* habet
3391. 2661. 1323. apud *Clem. Alexandr.* 1. *Strom.* Quadriennio poſt Pelops Tantali filius Peloponneſo regnās Olympiis præfuit; qui adverſus Ilium poſtea improſpere bellavit: Oenomai filia Hippodamia uxore ducta. Quo tempore circiter *Spartorū* fabulæ origo videtur data: qui è ſerpentis dentibus ſatis orti finguntur, quod repente ſc. in
Ovid. Metam. 3, 1. Cadmum, ſurrexiſſent, ut ex *Palæphato* tradit *Euſebius*. Quæ

præ-

ɔræterea *Auguſtinus* in hæc tempo- *PJ. A. M. A.C.*
:a reiicit, pete ex 18. *C. D.* 13. & ad-
le *Oros.* 1. 12. In ſacra hiſtoria ſe- *Judic.* 4. 3
quitur tertia Iudæorum ſervitus,
:um Jabin Chananæorum rex
luro eos jugo oppreſſit annis 20. *Jud.* 4.
Quibus elapſis Deus liberavit *Joſeph.* 5, 6.
os; ope Deboræ & Baraci, qui 3413. 2683. 1301
iſaram Iabini ducem ingenti
lade affecerunt, viresque regis
aulatim conciderunt; præfue-
antque Iſraeli 40. annis. In vi-
inti anos ſervitutis aptari debet
erſei hiſtoria, & initium regni
Mycenarum. Is n. cum impru- *Aug.* 18. *C. D.* 15.
ens avum occidiſſet, Mycenas 3402. 2672. 1312.
: contulit, eodemque transtulit
ɔ Argivis imperium; quod per
thenelum filium usque ad Aga-
emnonem propagatum eſt. præ-
uit hic primus Mycenæorum rex
3. ferè annis, immerito *Euſebio*
:ætermiſſus; qua de re vide diſ-
utationem *Petavii. D. T.* 18. Athenis 3405. 2675. 1309.
gnavit eo tempore octavus
andion Erechthei filius annis 25 3410. 2680. 1304.
Phrygia autem Midas; apud Aſ- *Euſeb.*
rios XXVtus Soſarmus, annis 3417. 2687. 1297
. Sub Deboræ Magiſtratum ca-
ant hæ ſucceſſiones regiæ. Sicy-

 oniis

P.I. A.M. A.C. *phi* & *Philonis* ſcripta (qui tres de Moſis vita libros ſcripſit) addi debent; ſicut hactenus indicavimus. nam Patrum elogia & interpretationes ad cõmentationes referri poſſunt. Ad gentiles etiam perueniſſe ejus memoriam, oſtendunt apud *Euſebium* ſupra indicati ſcriptores. Quomodo Hiſtoria ejus congruat Oſiridi ſive Libero *A*rabico prolixe expoſitum eſt videre *Voſſio Theol. g.* 1. 30. E gentilium hiſtoria ævo Moſaico ſubtexenda ſive

Euſeb. interſerenda reſtant, XVI. *S*icyoniorum regis *C*oracis impe-

3185. 2455. 1529. rium, quod 30. annis tenuit;

3193. 2463. 1521. conditus *C*orinthi, quæ prius

v. Scaliger ad Euſeb. p. 30. *Euſeb.* Ephyra dicebatur, ubi ars pingendi à *C*leanthe dicitur

3200. 2470. 1514. reperta, diluvium deucaliõeum, quod annos 330. ante excidium Trojanum contigiſſe ex *veteri Chronologo* refert *Clem. Alexandrinus ſtromat.* 1.

Arco-

Digitized by Google

Areopagi judicium Athenis inſtitutum, cujus antiquitates & formā libro ſingulari pertractavit *Meurſius*; Athenienſium ſecundus Rex Cranaus, annos novem poteſtate potitus; Argiuorum octavus, Crotopus annis 21. Sicyoniorum ſeptimus decimus Epopeus, 35. & cujus initium in eundē annum incidit, tertius Athenienſium Rex Amphyction, qui annos 10. regnavit. Videndus eſt *Auguſtinus* 18. C. D. 10. & 11. qui iſta Moſaicis temporibus comparat. Poſt mortem Moſis, Ioſua Dei voce ad principatum animatus & gratia inſtinctus mittit exploratores Hierichuntem. Qui beneficio & fide Rachab meretricis ſervati cum rediſſent, Iudæi Ioſua duce ad Iordanem veniunt, ibique triduo morati per ſiccatum divino miraculo amnem tranſeunt; reique memo-

P. J. A. M. A. C.
3206. 2476. 1508.
3207. 2477. 1507.
3215. 2485. 1499.
Ioſ. 1.
Ioſ. 2.
3224. 2494. 1489.
c. 3.
c. 4.

mo-

P.J. A.M. A.C. moriam monumento duodecim lapidum conſeruant. Cumque Iudæorum liberi in illa per deſertum peregrinatione nati, nondum circum-
c. 5. ciſi eſſent, mandato Dei circumciduntur,& Paſchatis ſolemnia celebrant, frugibusq; veſci incipiunt, deficiente jam
c. 6. manna. *Aggreſſi* ergo Hierichuntem validiſſimum oppidum, circumlata per ſeptiduum arca, & mœnibus ſua ſponte per miraculum proſtratis capiunt, omnique clade devaſtant. Fregit ejus cladis exemplum incolarum animos: itaque, quidam deditionem armis prætulerunt: inter quos Gabaonitæ dolo incolumitatem pacti ſunt; cæteris autem ferro exciſis: ſex totis annis (quod colligitur ex *Ioſ.* 14, 10.) maxima promiſſæ terræ pars Iudæorum poſſeſſioni ceſſit. Magnum enim ubique

bique Ioſuæ nomen; magnuſ- *P.J. A.M. A.C.*
queac multâ Dei & miracu-
loſâ ope firmatus ſucceſſus;
de cujus hiſtoria præter li-
brum *Ioſuæ*, *Ioſephus* 5. *antiq.* 1.
Quæ de agrorum diviſione,
& primo anno γεωργίας item-
que Sabbathico primo diſpu-
tat, circa hæc tempora, *Peta-
vius*, apud ipſum videri poſ-
ſunt, 9. *doctr. Temp.* 25. & 26.
Ioſua igitur 14. annos præfe-
ctura functus, moritur centũ
& decem annorum ſenex: *236. 2506. 1478.*
poſt quem deinceps ſeniores *Ioſ. ult. 30, 31. Sulp. Sever.*
decem annis rexerunt. Sicut
Petavius prolixe diſputat. Idẽ *Doct. temp. 33. Auguſt. 18. C. D. 11. 27. annos præ fuiſſe autumat. vulgo 25. v. Petav. 9. de doctr. temp. 32. v. Salian. lib. 2. p. 325. & ſeqq.*
qui ſervitutis Iſraeliticæ inter-
valla cum Judicum ſerie ordi-
nat & diverſa judicum gene-
ra conſtituit. Ioſuæ res geſtas
Herculi ſuo tribuiſſe Phœni-
ces, fuſè ſatis oſtendit *Voſſ. Th.*
G. 1. 29. Hinc prœlia Herculis
cum gigantibꝰ & lapideus Io-
vis imber & Typhœus. ſubte-

P. I. A. M. A. C. xuntur temporibus Ioſuæ, *A-*
3225. 2495. 1489. thenienſium IVtus rex Erich-
Euſeb. tonius annis 50. imperio po-
Aug. 18, C. D. 8. titus: qui ob quadrigarum in-
Sulp. Sev. l. 1. ventum inter ſidera relatus,
Henioch⁹ ſive auriga dicitur.
Inſequenti anno Lacedæmon
3226. 2496. 1488. conditur , à Lacedæmone.
3228. 2498. 1486. Apud Argivos nonus & Ina-
chidarum ultimus *S*thenelus,
annos 11. regnat. *Aſſyriis* rex
19. Belochus annis 25. impera-
vit. Quæ ab *Auguſtino* (18. *C. D.*
12.) amplius ad hæc tempora
referuntur, *Petavius* ſequen-
tibus inſerit. Ioſua mortuo po-
pulus ſine duce agebat, ſed
Iudic. 1. cum adverſus Chananæos
morte Ioſuæ & ductu *A*do-
Iudic. 2. ni Beſec, feroces, bellandum
eſſet, tribui Iudæ (quidam vi-
rum hujus nominis intelli-
gunt) demandatus eſt belli
ducatus. Victoria penes Iſra-
elitas fuit: qua nec fortiter in
præſens, nec honeſte impo-
ſterum

Digitized by Google

ſterum uſi ſunt: Licentiam *P. J. A. M. A C.*
ex otio, ceteraque otii vitia ſe- *Iud, 1, 9. 20.*
quētes. Unde bellum inteſti-
num inter Benjamitas & ce-
teras tribus, quo 25. millibus
conciſis, ſexcenti tantum ex
Benjamitis ſuperfuere. Tum
etiam Idolomania invaluit,
& ea acciderunt, quæ *Iudic.* 17.
& 18. de Micha & Danitis me- *Ioſeph. 5, 2.*
morantur. Igitur divino deſti- 3245. 2515. 1469.
tuti auxilio, traditi ſunt in ſer-
vitutem & ſubacti à Meſopo-
tamiæ rege Chuſane ſive Chu- *Iudic. 3, 8.*
ſarte, ut *Ioſephus* vocat. Sub *Ioſeph. 1, An. 3.*
cujus jugo gemuerunt octo
annos. Hæc prima fuit Iudæ-
orum ſervitus, poſt mortem *Iudic. 3, 9.*
Ioſuæ. Sed mox imploranti-
bus Deum datur Othoniel fi- 3255. 2525. 1459.
lius Cener, frater Caleb, qui
primus poſt Ioſuam obtinuit *Ioſeph. 5, A. 4.*
judiciariam poteſtatem, Cuſa-
num ſubegit, Iſraelitas in li-
bertatem & pacem vindica-
vit, & 40. annis imperij exa-

P. J. A M. A. C. ctis mortuus eſt. Ita expreſsè
Iud. 3, 11. *S. Scriptura* & *Ioſephus*; *Sulpitius Severus* 50. años ponit: quos à morte Ioſuæ numerandos
Comment. ad Sulp. Sever. ex Euſebio. v. Voſſ. Th. Gent. 1. ait *Sigonius*. Hujus Hiſtoriæ temporibus congruunt apud Argivos quidem Gelanor, qui mortuo Sthenelo ſucceſſit; cui mox à popularibus expulſo ſubſtitutus eſt Danæus exul Ægyptius, qui Ægypti fratris 50. filios per totidem deſponſatas illis filias interfe-
Herod. Euſ. Apoll. cerat. Hic naves dicitur in Græciam invexiſſe primus, itemque foſſione terræ aquas miniſterio filiarum aperuiſſe; filiæ autem ejus ſacra Aegyptia Pelasgas mulieres docuiſſe: videndus præſertim *Pauſani-*
3250. 2520. 1464. *as in Corinthiacis & Laconicis.*
3253. 2523. 1461. Annos ei tribuit *Euſebius* 50. apud Sicyōios XVIIIus regnavit Laomedon annis 40. apud Aſſyrios 20. Balatores annis 30. Poſt quæ Phœnix & Cad-

mus,

mus, Agenoris filii Thebis P. J. A. M. A. C.
Ægyptiis profecti Tyrum 3256. 2526. 1458.
& Sydonem obtinent, domo
ſe relicta, ſororeque Euro-
pa ſecum abducta, odio an
metu Patris Buſiridis, qui Ido- *Pauſ. Euſ. ubi & animadverſ. Scalig. Oroſ. 1, 11.*
lolatrica vecordia hoſpites
mactavit. Per hæc tempora 3263. 2533. 1451.
Delphicum Apollinis tem-
plum à Phlegya incenſum eſt
Auguſtinus Danaum ejus in-
cendii auctorem facit. Europa
poſthæc Aſterii Cretenſium
regis uxor à Iove compreſſa
eſt; ex qua Minos, Rhadamā- *Euſeb. Apollod.*
tus, Sarpedon nati: Unde na- *Aug. 18. C. D. 12. ibi-*
ta fabula Europæ tauro trans- *que Lud. Viu. Voſſ. 2. g. 1, 2. Scalig. ad*
vectæ: expoſuit *Lactantius de* *Euſeb. p. 3.*
fals. relig. 11. ſubinde confla- 3273. 2543. 1441.
gratio Idæ montis ponitur
annis poſt diluvium Deucalio-
nis 73, ut Thraſyllus, apud
Clem. Alexandr. 1. *Strom.* tradit:
itemque uſus ferri inventus ab
Idæis Dactylis Rheæ Sacerdo-
tib⁹: de quib⁹ multa ſunt apud
Apol-

P. J. A.M. A.C. *Apollonij Scholiaſten ad lib.*1.A-
Voſſ. t.g 53. thenienſium ſequitur quint'
3275. 2545. 1439.
3281. 2551. 1431. Rex Pandion, annis 40. poti-
tus imperio; pater Procne &
Philomelæ; de quibus *Ovidius*
Euſeb. Apollod. *Metamorph. lib.*6. Aſſyriis XXI.
rex Lamprides annis 30. im-
peravit: Argivis decimus Lyn-
3289. 2559. 1425. ceus, annis 40; Sicyoniis deci-
mus nonus, Sicyon annis 45.
Euſeb. In tempora Othonielis ad-
huc refertur etiam primus Iu-
bilæus, de quo videndus *Peta-*
3290. 2560. 1424. *vius* 9. *D.T.*27. poſt mortem
ejus in ſecundam ſervitutem
Iudæi incidunt ob peccata,
3276. 2546. 1438. quibus Deum irritaverant.
3313. 2583. 1401. Quippe Eglon Moabitarum
Iud. 3, 12. *& ſeqq.* rex victis decem & octo annis
Iud. 3, 15. *& ſeqq.* imperavit. Quibus expletis
Joſeph. ibid. exoratus Deus liberatorem il-
lis dedit Ehudum, ſive Aeod:
qui interfecto per cauſam ſe-
creti colloquii Eglone Iſraeli-
tas ad arma vocavit, & Moa-
bitarum jugum excuſſit, præ-
fuit-

Digitized by Google

fuitque annis 80. poſtquam *P. J. A. M. A. C.*
Samgar præfuit anno verten-
te vix tertio. Quidam colle-
gam dederunt extremis Aodi
temporibus. In tempus ſe- 3297. 2567. 1417. *v. Salian. t. 2. p. 366.*
cundæ ſervitutis quadrant è *Euſeb. Voſſ. l. 8.*
profana hiſtoria Amphionis *l. 16. Euſeb.*
& Zethi fratrum Thebis in
Bœotia regnum: Amphioni 3298. 2568. 1416.
Muſices, quæ lyrâ fit, inuen-
tionem tribuunt, quæ multò
tamen eſt antiquior. In Dar-
dania eo tempore regnavit
Erichthonius Dardani filius. 3303. 2573. 1411.
itemque Ephyra, quæ & Co- *Euſeb. & Scalig.*
rinth⁹ à Siſypho Aeoli filio fre- *ad h. l.*
quentari cœpta; Minos eti-
am in Creta tum regnabat,
Aſterii Patris ſucceſſor, legiſ- 3305. 2575. 1409.
lator celebris, qui leges ſuas à
Iove ſe accepiſſe gloriabatur.
in tempus Aodi tertii Iudicis 3315. 2585. 1399.
referũtur, Aſſyriorum 22. rex
Soſares, cui annos viginti tri-
buit Euſebius. Athenienſium
ſextus Erechtheus, Pandionis 3323. 2593. 1391.
fili-

P. J. A.M. A. C. filius, annis 40. Dionyſi, qui
3324. 2594. 1390. & Liber è *Semele* nativitas;
Euſeb. Voſſ. t. g. 1. 19. raptus Orithyiæ Erechthei fi-
Euſeb. v. Scalig. ad liæ à Borea Aſtræi filio Thra-
Euſ p. 38. id. p. 39. ce factus: myſteria Cereris
3327. 2597. 1387. regnante Erechtheo ab Eu-
molpo inſtituta, regnum A-
3330. 2600. 1384. bantis undecimi Argivorum
regis annis 23. *Sub* idem tem-
3331. 2601. 1383. pus Phryxus cum Helle ſoro-
re novercales imſidias fugi-
ens navi, cujus inſigne aries
Diod. 4. erat, vehitur. *Salianus* exiſti-
mat [*t.* 2. *p.* 364.] voluiſſe Di-
abolum adumbrare hiſtoriã
immolationis Iſaaci iſtâ fabu-
la. Vide omnino *Voſſ. Th. g.* 1, 24.
Aſſyriis poſt hæc imperavit
3335. 2605. 1379. viceſimus tertius Lampares,
Euſeb. Herod. 1, 15. annis 30. *Sicyoniis* viceſimus
Clem. Alex. 1. *Stromat. & Euſeb. ubi* Polybus, annis 40. Ganyme-
Scalig. not. p. 39. des Trois filius, Dardani pro-
3338. 2608. 1376. nepos, à Tantalo Phrygiæ re-
ge rapitur, annis 65. poſt Idæ
incendium, atq; hinc poſtea
bellum, Unde Iovis fabula &
rap-

Digitized by Google

raptrix aquila, de qua, ut & *P.J. A.M. A.C.*
tempore rei geſtæ videndus 3341. 2611. 1373.
Voſſ. Th. Gent. 1, 14. Eleuſini *Appollod. & Euſ.*
ſubinde aſcito in auxilium *ibique Scalig.*
Eumolpo, Thrace, cum A-
thenienſibus bellum geſſere,
in Dardania Tros regnavit, 3344. 2614. 1370.
à quo Troes nuncupati; Phæ-
monöe vates Delphica, prima
verſibus heroicis oracula fun-
dit. Refert huc etiam *Euſebius* *Euſeb.*
3347. 2617. 1367.
Tantali apud Phryges regnũ, 3351. 2621. 1363.
quod tamen diu ante cœpit.
Argiuorum regis 12mi Proë-
ti [*A*bantis filius fuit] initiis *Regnavit 17. annos*
congruit expeditio Perſei & *Euſeb. & Pauſ. in Corinth. Euſeb.*
cædes Gorgonis, itemque Iſth- 3353. 2623. 1360.
miorum inſtitutio annis 15. *Salian. t. 2. p. 366.*
3365. 2635. 1349.
poſt raptum Ganymedis, au-
tore Glauco; ſicut eſt apud
Clem. Alex. Strom. 1. *A*ſſyriis
24. rex Panyas præfuit annis
45. *A*thenienſibus ſeptimus 3770. 3640. 1344.
Cecrops, Erechthei frater
annis 40. *A*rgiuis 13. *A*criſius 3375. 2645. 1339.
Prœti frater annis 31. *S*icyoniis

præterea *Auguſtinus* in hæc tempo- *PJ. A. M. A.C.*
ra reiicit, pete ex 18. *C. D.* 13.& ad-
de *Oroſ.* 1. 12. In ſacra hiſtoria ſe- *Judic.* 4,.3
quitur tertia Iudæorum ſervitus,
cum Jabin Chananæorum rex
duro eos jugo oppreſſit annis 20. *Jud.* 4.
Quibus elapſis Deus liberavit *Joſeph.* 5, 6.
eos; ope Deboræ & Baraci, qui 3413. 2683. 1301
Siſaram Iabini ducem ingenti
clade affecerunt, viresque regis
paulatim conciderunt; præfue-
runtque Iſraeli 40. annis. In vi-
ginti anos ſervitutis aptari debet
Perſei hiſtoria, & initium regni
Mycenarum. Is n. cum impru- *Aug.* 18. *C.D.* 15.
dens avum occidiſſet, Mycenas 3402. 2672. 1312.
ſe contulit, eodemque transtulit
ab Argivis imperium; quod per
Sthenelum filium usque ad Aga-
memnonem propagatum eſt. præ-
fuit hic primus Mycenæorum rex
58. ferè annis, immerito *Euſebio*
prætermiſſus; qua de re vide diſ-
putationem *Petavii. D.T.* 18. Athenis 3405. 2675. 1309.
regnavit eo tempore octavus
Pandion Erechthei filius annis 25 3410. 2680. 1304.
in Phrygia autem Midas; apud Aſ- *Euſeb.*
ſyrios XXVtus Soſarmus, annis 3417. 2687. 1297
42. Sub Deboræ Magiſtratum ca-
dunt hæ ſucceſſiones regiæ. Sicy-

P. J. A M. A. C. oniis 22. Regnavit Phæſtus, an-
Euſeb. nis 8. & poſt hunc 23. Adraſtus,
3428. 2698. 1286. 3425. 2595. 1289. an̄is 4. qui poſtea Sicyone relicta
Petav. d. 9, 18. Argos repetiit, ibique imperavit.
3429. 2699. 1285. Sequitur Sicyoniorum 24. rex
Euſeb. Polyphides, qui annis 31; Aſſyrio-
rum 26. Mithræus qui annis 27.
3430. 2700. 1284. regnavit. Athenienſium 9. Ægeus
Pandionis filius patre adhuc vi-
Apollod. vo & à Metonidis pulſo. Atque
hoc fere tempore Siculi ex Italia
Pauſan. 3432. 2702. 1282. pulſi in Siciliā trajiciunt τρίτῃ γε-
3439. 2709. 1275. νεᾷ ante Troica. Circa idem tem-
Dionyſ. Halic. lib. 1. pus (*Cedren. Apollon. Rhod. 2. Val. Fl.*)
Cyzicus in Aſia à Cyzico Rege
condita; & paulo poſt Miletus.
His temporibus inſerit *Euſebius*
Dædali hiſtoriam, cujus in ſtatuis
ac ſimulacris efformandis artifi-
Scalig. ad Euſ. n. 43. cium, inveſtigabilisque, qua Mi-
noen vitabat fuga, fabulis & Poë-
Ovid. metam. d. 2. & 3. tarum mēdacio locū dedére. An̄is
poſt Ilium conditum 64. ante ex-
3431. 2721. 1263. ciſum 79. ſicut refert Clem. A-
lex. Argonautarum expeditio ce-
Apollon. lebratur: de qua videndi *Diodorus*
lib. 4. cum *Apollodoro* & *Euſtathio* ad
Od. K. *Orpheus* quoque Ar-
gonautarum expeditionem de-
ſcripſit: id quod antiquiſſimum
vulgo

Digitized by Google

vulgò putatur è gentilibus mo- *P.J. A.M. A.C.*
numentum : ſed & *Muſæus* & *Li-*
nus tum claruére de quib⁹ *Auguſti-*
nus 18. *C. D.* 14. In his Argonautis
fuit etiam Hercules: in quem Poë- *Cl. Alex. Prot.*
tarum ingenia contulere quic-
quid eſt eximii aut præclari ope-
ris de aliis proditum : quomodo
labores ejus duodecim (de qui-
bus *Ovid. Metam.* 9. 3.) ſint expli- *Diodor.* 4.
candi, vide apud. *Voſſ. Th.* G. 2. 15.
Etiam quæ de Sphinge & Oedi-
pode feruntur. Poſt mortem De- *Apollod.* 3.
boræ (ut ad Sacra redeamus) Ju- 3453. 2723. 1261.
dæi denuo ob peccata traditi ſũt *Ioſeph.* 5. 7.
in ſervitutem, qua eos Madiani- *Iud.* 6.
tæ & Amalecitæ per annos ſep-
tem oppreſſère. quibus expletis
denuo miſertus populi ſui Deus,
precantibus liberatorem dedit
Gedeonem : qui vocatus a Deo *Ioſeph.* 5, 8.
miraculisq; animatus, Baalis pri- *Iud.* 6, 7, & 8.
mum idola deſtruxit, hostesque 3460. 2730. 1254.
magnis cladibus affecit : magnus
vir, niſi quod idololatrica impie-
tate ſuæ domui ruinam accerſi-
vit. præfuit autem annos 40. In
tempora ſervitutis Madianiticæ
congruunt Aſſyriorum 27. Rex 3456. 2726. 1258.
Teutamus annis 32. & Mycena-

 rum

P. J. A. M. A. C. rum ſecundus Sthenelus Perſei
Euſeb. filius annis 8. poſt Perſeum pote-
3459. 2729. 1255. ſtate potitus. Tempore Gedeonis
Euſeb. Tyrus condita, annis ſcilicet 240.
3462. 2732. 1252. ante templum à Salomone extru-
ctum, ſicut tradit *Joſephus* 8. *antiq.* 2.
3467. 2737. 1247. ſucceſſiones Regum hæ occur-
3480. 2750. 1234. runt: Mycenis tertius regnavit is
qui Herculi tot agones deman-
davit Euryſtheus annis 43. Sicyo-
niis 26. & ultimus Zeuxippus an-
nis 33. Athenienſibus decimus
3484. 2754. 1230. Theſeus annis 30. ante Troja-
num excidium an. 47. ut eſt apud
veterem Chronologum in Clem.
Alex. 1. Stromat. ex quo caſtigan-
Plut. Theſ. dum Euſebium putat *Petavius*:
Voſſ. Th. G. l. 14. quippe ibidem habetur anno pri-
p. 117. ore antequam regnum caperet,
3483. 2753. 1231. Theſea in Cretam miſſum Mino-
taurum confeciſſe annis 32. poſt
Diodor. 4. *Euſeb.* expeditionem Argonauticam.
Aſſyriis imperavit 33. Teutæus an-
3488. 2758. 1226. nis 44. inter quæ Evander ex Arca-
3470. 2740. 1244. dia profectus in Italiam pervenit
3476. 2746. 1238. annis 60. ante *τὰ τρωικὰ* ſicut Au-
Lib. 1. thor eſt *Dionyſius Halicarnaſſeus*. In-
terjecto aliquot annorum ſpatio
Liv. 1. Hercules quoque in Italiam venit
annoque inſequenti iterum abiit,
annis

Digitized by Google

annis 55. ante Æneæ in Italiam ad- *P. J. A. M. A. C.*
ventum. poſthæc Lydorum reg- *Id. l. 1.*
num Heraclidæ obtinent 505. an- 3492. 2762. 1222.
nis, a primo ſcilicet Rege Argone
uſq; ad Candaulem vide omnino
Diſp. Petav. 10. *Doctr. tempr.* 5. Anno 3493. 2763. 1221.
inſequente celebre illud parrici-
diale bellum apud Thebas a 7. *Diodor.* 4.
principib⁹ geſtum an. ante excid.
Trojan. 37. ſicut *Vetus Chronologus* *Apollod.* 3.
apud Clemen. Alexandrin. teſtatur.
Triennio poſt Olympia ab Her- *Pauſan.*
cule inſtituta annis 442. ante Iphi- *Bæot. Stat.*
thea, *authore eodem Chronologo.* quo *Thebaid.*
anno ſc. Hercules natus eſt. In 3496. 2766. 1218.
Latio Latinus cœpit præeſſe ante 3498. 2768. 1216.
Æneæ adventum 35. annis. poſt *Dionys.*
mortem Gedeonis Iſraelitæ ad 3500. 2770. 1214.
ſacrilegos Baalis cultus relapſi
Deum ſuo more offendunt. Im- *Ibid.* 8, 33.
perium autem ope Sichimitarum
Abimelecus occupavit Gedeo-
nis ſpurius parricidioque 70. fra- *Ibid.* 9.
trum orditur; ac tribus an. impiè
ac crudeliter gerit, donec civili- *Ioſeph.* 5, 9.
bus armis intentus cum civitate 3503. 2773. 1211.
Thebes capta turrim obſideret
ſaxo ictus à muliere periit. Anno
Abimelechi primo Carthaginem
à Zoro & Carchedone conditam

P. J. A.M. A.C. Philiſtus apud Euſebium refert. Anno tertio & poſtremo congru-
Diodor. 4. Pauſan. Bœot. it expeditio Epigonorum (ita appellantur ſeptem Principum Thebanorum filii:) qui Alcmeone Amphiarai duce paternas injurias ulturi Thebanos gravi prœlio vincunt. Abimeleco ſucceſſit Thola Iudex, qui præfuit an-
1. Strom. nis 23. ſicut breviter habemus *Iud.*
3505. 2775. 1209. 10. 2. His temporibus, ut *Chronologus apud Clementem* teſtatur, Amazones in Atticam irrupere 9. annis poſt Herculis Olympia. Videndi *Juſtinus* 2. 4. *Oros.* 1. 15. *Curt.*
3509. 2779. 1205. 6. 5. ibique *Freinshemio* notati ſcriptores. Euryſtheus quoque ille qui Herculem tot periculis ob-
Thucyd. 1. p. 7. iecerat cum Heraclidas perſecuturus bellum Atticæ intuliſſet, prœlio vict⁹ ab Hyllo interficitur, cui ſuccedit in Regno Mycenæorum *Atreus* auunculus: quem in bellum proficiſcens præfecerat Mycenis. regnavit poſt Euriſtheum annis ſex: contra quàm *Euſebius* tradit. Ceterum Heraclidæ victores Peloponeſum occupant; ſed peſte mox vexati in *Atticam*
[illegible] remigrant ſicut *Apollodorus* tradit: cum

cum quo *Diodor*. lib. 4. *Pauſani-* *P. J. A.M. A.C.*
am Corinth. Euſebium. P.E. 5. com-
parat & conciliat prolixa diſputa- 3514. 2784. 1200.
tione *Petavius* 9. doctrina temp.
30. Poſt *A*treum regnavit Myce- *Clem Alex. 1. Strom.*
nis *A*gamemnon annis 17. quo fe-
re tempore regnum Sicyoniorum
forte ab *A*gamemnone occu-
patum deſiit, ſuccedentibus in
Regni vicem ſacerdotibus: quæ *Euſeb. Chron.*
ipſa tamen ſucceſſio non ultra 33.
annos tenuit. *A*thenis inteſtino
motu pulſus eſt regno Theſeus.
authore turbarum Meneſtheo, *Pauſan.*
qui occaſione belli à Tyndaridis *Corinth.* *Plut. Theſ.*
ob raptam a Theſeo (ante decen- 3515. 2785. 1199.
nium id accidit.) Helenam illato
ad opprimendam eam uſus eſt ſpe
regni quod poſt Theſeum mox eſt
adeptus. *A*nno inſequenti (ſe-
cundum *Euſebium*) Hercules in 2516. 2786. 1198.
Deorum numerum eſt relatus;
heroicisq; honoribus divina per *Diodor. 4.*
plures gentes religione cultus.
Poſt quæ Paris Helenam rapuit: *Euſeb.*
Unde bellum decennale exortum 3520. 2790. 1194.
quod ſcripſére *Dictys Cretenſis, Da-* *Hygin. 91. & 92.*
res Phrygius, Homerus, Oroſius & alii.
Apud Iudæos Tholæ ſucceſſit
Iair, Galaadites, de tribu Ma-

 naſſe

P. J. A. M. A. C. naſſe præfuitque annis 22. ante
Jud. 10. 3. cujus initia Heli naſcitur, qui poſtea anno ætatis 98. obiit. ex profana hiſtoria, præcipuè in hæc tempora quadrat celebre illud excidi-
1530. 2800. 1181. um Trojæ, de cujus epocha operæ pretium eſt videre diſputata *Petavio, D. T. 9. 29.* Igitur *Aeneas* exciſo Ilio autumno ineũte ſolvens cum reliquiis Trojanorum, in Thraciam, venit, ibique hiemat; ineunte autem vere in Siciliam venit, ibique alteram hiemem traducit, poſtea Tyrrhenum mare ſuperat, æſtivoque tempore Laurentum appellit, ubi Lavinium condidit; de uxoris nomine, quam ei Latinus rex *Aboriginum* collocaverat. Hinc bellum in Latinum & *Aeneam* ſurrexit, Rutulorum rege Turno indigne ferente pactam ſibi Laviniã alteri nuptui datam. Eo bello Latinus primum, poſtea ex altera parte Turnus cecidit. Æneas victor Latino ſocero ſucceſſit, regnavitque in Latio tribus annis: cui ſucceſſit *Aſcanius*, ſecund⁹ Latinorum Rex, annis 38. regno potitus. Atque ita ex Trojæ cineribus fata paulatim imperaturam

orbi

Digitized by Google

Orbi gentem ſuſcitabant. Sed & P.J. A.M. A.C.
ex ducibus Græcis, cum reditum
à bello Trojano meditarentur,
multæ Urbes gentesque natæ,
quarum *Vellejus*, *exordio ſui operis*,
meminit. Apud Aſſyrios interim 3530. 2800. 1184.
29. Rex Thinæus cœpit regnare,
cui 30. años tribuit *Euſebius*. Athe-
nienſibus poſt Meneſthea in inſu-
la Delo defunctum imperavit De-
mophoon Theſei filius: Mycenis
autem Ægyſthus, cum Agamem-
nonem interfeciſſet, annis ſep-
tem. Ægiſthum rurſus Oreſtes in-
terfecit, regnavitque annis 70. Si- 3547. 2817. 1167.
cyoniorum quoque regnum circa
hæc tempora penitus intercidit,
cum ſtetiſſet mille circiter annis.

Judæos interim gravi ſervitute
oppreſſos tenebant Ammonitæ &
Palæſtini, per octodecim annos,
donec Jephtes Galaadites vir ſpu- 3548. 2818. 1166.
rius, & ob id à ſuis domo ejectus,
propriorumque militum dux fa-
ctus, ad ducatum belli & princi-
patum Iſraëlis vocaretur. qui Am-
monitis ingenti prœlio profliga-
tis libertatem Iudæis reſtituit,
cumque votum ſuſcepiſſet imo-
laturum ſe quicquid redeunti pri-

P. I. A. M. A. C. mum occurriſſet, faſcinatus temerario voto, filiam ſibi obviam mactavit: quanquam aliqui malint de pudicitia filiæ Deo conſecratæ accipere. A Syris poſtea numinis loco culta eſt, anniverſario ſolennique feſto, cujus origo apparet ex *Iud.* 11. 39. & 40. Neque dubium eſt, quin *Homerus* ex hac hiſtoria occaſionē ſumſerit fabellæ de Iphigenia ſive Iphianaſſa, quam Pater Agamemnon mactare voluerit. Ceterum Iephtes inteſtina mox diſcordia conflictatus, atque iterum victor, moritur, cum præfuiſſet Iſraeli annos ſex. In ejus Principatum incidit ex profana hiſtoria cædes Pyrrhi ab Oreſte facta, de qua *Vellejus* 1. 13. Iephthæ ſucceſſit in ſerie Judicum Abeſan Bethlehemita, qui præfuit ſeptem annis. Aſſyriis hoc tempore regnare cœpit 30. Dercylas annis 40. Poſthæc judicavit Iſraelem Elon Zabulonites annis 10. In hujus tempora incidit ortus Albæ longæ: quam

3562. 2832. 1152. Aſcanius in Italia condidit annis 30, poſt Lavinium extructum. Athenis autē regnavit XIII. Oxyntes an. 12. ſequitur apud Iſraelitas Abdon an. 8. Atq; de his judicibus nihil

hil

Digitized by Google

hil hiſtoria memorat amplius. Abdonis temporibus congruit ſucceſſio Silvii, poſthumi Æneæ filii, qui tertius in Latio regnavit, poſt Aſcanium, prælatus Iulo filio Aſcanii. Ab hoc Albani Reges deinceps Silvii ſunt appellati; imperavit annis 29. Apud Athenienſes 14. Aphidas regnavit anno uno, cui ſucceſſit XV. rex Thimœtes annis 8. imperio potitus; ſub Aphidæ regno etiam Lydorum regnum ab Heraclidis inchoatum eſt, ſicut ex *Herodoto* conſtat. Venimus nunc ad celeberrimum & prodigioſæ virtutis heroem Samſonem, qui ex ſervitute Philiſtinorum, in quam ceciderant, Iſraelitas vindicavit. Omnia in eo ſingularia, nativitas, præludia factorum heroicorum, leonis diſcerptio, cædes mille allophylorum, aſini maxilla facta, portarum Gazæ convulſio & asportatio: Succubuit muliebribus deliciis & inſidiis, captusque & vexatus ab Allophylis, ipſa in morte ſua ingentem hoſtium ſtragem edidit, cum præfuiſſet Judæis poteſtate Judicis años 20. Geſta ejus, Gentiles Herculi accomodarunt, ſicut in mo-

P.J. A.M. A.C.

Iud. 13. 15. 16. *Ioſeph.* 5. *lib.*

Voſſ. addend. 169. 19.

P.J. A.M. A.C. in more ipſis eſt. Eodem tempore, quo Samſon principatum cepit, Eli Sacerdos ſummum pontificatum iniit, annos natus 58. ſicut diſputat ea de re *Petavius*. hic poſtea Samſone apud Philiſtæos occiſo, reliquos 20. annos (alij 40. annos, de quibus 1. *Regum* 4. 18. illi ſoli tribuunt) Iudiciaria functio-
9. D.T. 33. ne gubernavit. In hujus tempora
1. Reg. 4. 18. magnæ Iſraelitarum calamitates
Lib. Ruth. congruunt. Primo enim fames
Ioſeph. 5, 11. terris incubuit, quæ coëgit nonnullos in Moabitidem demigrare. Atque huc ordinat Joſephus hiſtoriam Ruthæ. Illatæ etiam Iſ-
3618. 2888. 1096. maelitis à Philiſtæis clades, arca federis capta. quæ res etiam Eli pontifici mortem acceleravit, ſane triſtem & luctuoſam, cum præ-
1. Reg. 1. 2. 3. 4. ſertim filij ejus Ophni & Pinehas
Ioſeph. 5, 11. & 12. ſacerdotio in quæſtum & flagitia abuſi, neque paterna diſciplina, ut par erat, coerciti, non parvam publicis calamitatibus occaſionem dediſſent. Hæc hactenus conjungere libuit; nunc ſubtexenda eſt profana hiſtoria, quatenus in tempora Samſonis & Eli congruit. Succeſſiones regum Athenienſium huc

Digitized by Google

huc pertinent, XVIti Melanthi, *P. J. A. M. A. C.*
qui Andropompi filius, genere 3586. 2856. 1128.
Pylius, Thymœten per fraudem
interfecit, cum Cecropidarum
regnum jam duraſſet 429. annis. *Euſeb.*
Aſſyriis 31. Eupales imperavit años 3600. 2870. 1114.
38. Latinis quartus Æneas Silvius *Dionyſ.* 1.
Silvii poſtumi ſucceſſor annis 31. *Vellei.* 1, 1. 4.
Mycenæis Tiſamenus & Penthilus Oreſte mortuo tribus annis præfuerunt; Etiam celebris illa κάθοδος ἡρακλειδῶν ſive deſcenſus Heraclidarum huc referri debet, de quo jam ſupra cœpimus dicere. Nam Heraclidæ ducibus Temeno, Creſphonte, Ariſtodemo Pelopoñeſi imperium, unde olim â Pelopidis expulſi erant, recuperant, anno poſt excidium Trojæ 80. videndus eſt *Petauius 9. doctr. temp.* 30. Sub hoc tempus Penthilo Oreſtis filio duce Græcorum colonia primum in Thraciam profecta, poſt ejus mortem in Aſiam trajecit, Æolicæque coloniæ nomine innotuit. Hæc tempora etiam duobus regnis initium dederunt, Corinthiorum, ubi primus regnavit Aletes, annis 35. & Lacedæmoniornm, quod ab Heracli-

Vellei. 1, 2. *Pauſan. Lac.* *Thucyd.* 1. *Diodor.* 4. *Herod.* 6.

Strab. 13. *p.* 3611. 2881. 1103.

3612. 2882. 1102. *Euſeb.*

dis

P. J. A. M. A. C. dis cœptum, & per duas regias
Vellej. 1. 3. familias Euryſthenidarum & Pro-
Nep. Ageſil. clidarum propagatum eſt. Eodem
Petav. 9. d. t. 31. anno Tiſamenus Oreſtis filius ad-
verſus Ionas, in Aſia pugnans,
Crag. de rep. Lacea. moritur, exercitus autem ejus
Iones vincit, ipſorum ſedes occu-
pat, Ionibus Athenas confugien-
Pauſan. Attic. tibus, quos Melanthus excepit.
Revertimur ad gentis Iudaicæ fa-
Act. 13. ta, quæ poſt Eli obitum Samuel
Ioſeph. 6, 1. & 2. moderanda ſuſcepit, annum agens
circiter 40. (natus enim creditur
3619. 2889. 1095. anno poſt Samſonis initium pro-
ximo) præfuitque in totum, &
cum Saule quadraginta annis.
Nativitas ejus & educatio virtus-
que ſtudioſe deſcribitur in Sacris,
vocatio item ad officium Pro-
pheticum, eſtque hic eximius ille
Act. 3. v. 24. Propheta, à quo *Petrus* ſeriem cho-
ri Prophetici orditur. neque enim
ab hoc defecit certa ſucceſſio Pro-
phetarum, usque ad ſummum
Prophetam N. T. Ieſum Chriſtum
Servatorem noſtrum. Hic cum ar-
1. *Reg.* 7. ca Domini 20. annis in Cariathia-
Ioſeph. 6, 1. & 2. rim manſiſſet, ab Idololatria pur-
3639. 2909. 1075. gat Iſraelitas, fedusque cum Deo
erigit, indeque acie Philiſtæos ſu-
perat.

Digitized by Google

perat. Poſthæc cum ſenio gravis Samuel judices conſtituiſſet, filios ſuos, populus improbis eorum moribus offenſus regem poſtulare cœpit. Quo poſtulato ex effreni & feroci animo profecto Deus offenſus, de tyrannide quorundam regum illis per Samuelem vaticinatus eſt, mox tamen Saulem è tribu Benjamin dedit qui primo rebus geſtis & autoritate nobilitatus, mox ob neglecta divina mandata in gravem Dei iram incidit, adeo ut Samuel juberetur Davidem filium Iſai anno circiter ætatis 21, aut 22. (natus enim videtur *Petavio* anno mundi 2899.) inungere regē, qui mox præludia heroici actus magna & multa dedit, eoque nomine invidiam Saulis meritus eſt, à quo ſubdola affinitate illectus, mox inſidiis & perſecutionibus vexatus eſt, donec Saule in prœlio adverſum Philiſtæos extincto una cum Ionathane filio, David à tribu Iuda Hebrone Rex Iudæorum delectus eſt. Saul regnavit ſolus XImns annis; maturè tamen à Deo reprobatus: quippe qui potentiam imperii in ſuperbiam & li-

P. J. A. M. A. 6.
V. Schikardi jus regium.
1, *Reg.* 8. & 10.
Ioſeph. 6, 3. 4. 5.
3646. 2916. 1068
1. *Reg.* 11. &c.
Ioſeph. 6. &c.
3651. 2921. 1063.
3659. 2929. 1055.
1. *Reg.* 31.
Ioſeph. 6, 15.

P.J. A.M. A.C. & libidinem vertiſſet, Tyrannicarumque artium flagitia primus in novum regnum intuliſſet. Sub judicibus fuit populus Iudaicus, à Moſe usque ad Samuelem, ultimum judicem ad annos 420. Mortuus eſt Samuel, biennio ante Saulem, ut eſt apud *Clem. Alex. 1. Strom.* Ex profana hiſtoria in tempora Samuelis & Saulis aptanda ſunt, quæ ſequuntur: initium XVII. & ultimi Athen. regis Codri Melanthi filii, qui annis 21. imperio potitus, vitam glorioſa pro patria morte profudit. Ita deſitis regib⁹, creati Archontes perpetui: quorum primus Medon 20. annis præfuit. Aſſyriis imperavit 32. Laoſthenes annis 45. Latinis quintus ab Ænea Latinus præfuit annis 51. Corinthiis ſecundus Ixion annis 37. Lacedæmoniis Quintus Agis Euriſthenis filius anno uno; itemque tertius Echeſtratus annos 35. Oreſtis liberi ab Heraclidis expulſi decimo quintoanno cœpere ſedem circa Leſbum Inſulam. Peloponneſij Athenis bellum intulere.

2. Reg. 2. Ioſeph. 7. 1.

Iuſtin. 2. 6. ibique notati Berneggero Vellei. 1. 2.

3643. 2913. 1068.

Pauſan.

3638. 2908. 1076.

Meurs. Archont. Euſeb.

Herodot. in vita Homeri. Vellei. 1, 2. Petav. d. t. 9. 30.

3626. 2896. 1088.

Atque

Atque hæc eſt tertia mundi ætas, integrum fere annorum millenarium continens à nato Abramo uſque ad regnum Davidis. Eccleſiæ per hoc tempus fata ſi quis velit repetere, ille meditationis argumentum & ſeriem poteſt conſtituere in ſucceſſione illuſtriſſimorum Patriarcharum, Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Joſephi, quos excepere Moſes & Propheta & Princeps ſive Judex, ceterique Judicum, magna omnes inſtrumenta Divinæ in Eccleſiam curæ atque providentiæ. His, & per hos, Deus myſteria Theologiæ & ſalutis modo per imagines, modo per ſymbola, modò per Prophetias, per viſiones, per revelationes, magna informandi aſſiduitate, efficacia, claritate inſtillàvit, commendavit, confirmavit. Sub Moſe inſuper leges dedit ac explicavit, ritus & cærimonias deſcripſit, ſacerdotia ordinavit, templum figuravit; omniaque providit quæ religionis ſanctitatem & ſplendorem decerent. Denique non in pectoribus modo ſuorum habitare, ſed & in tabernaculis adeſſe ſtuduit. Hine fidei ſpecimina, certamina,

P.I. A.M A.C.

Iudicium de hac ætate.

Digitized by Google

P.I.A.M. A.C. miracula, hinc devotionis ardor apud pios, hinc imbecillitatum ſublevatio, hinc mentium atque virtutum vegetatrix gratia, gloriam habitantis in Iſraël DEI demonſtrabat. Hinc eſt quod præſentis DEI ope potuerunt ſuſtinere tentationes, modò ſingulis, modo univerſis intentatas; quod hoſtium potentiam, furorem, pertinaciam, aſtus, vires opesque toties ſibi viderunt ſuccumbere, toties reprimi, toties extingui. Summa & compendium exemplorum eſt eductio Iſraëlitarum ex Ægypto, quam omnibus gentibus ætatibusque ipſe Deus ſpectaculo eſſe juſſit, quàm potenti brachio hoſtes contunderet, ſuos ſervaret. Jam regimen iſtud Reipublicæ, quàm fuit auguſtum, & ab ipſo Deo non præſcriptum modò, ſed adminiſtratum. Ipſe leges tulit, ipſe conſilia ſuggeſſit, ipſe judicia exercuit, ipſe per Moſen ſuum, mox Sacerdotes & federalem arcam oraculum dedit, ac fuit. Hæc ſingularia ſunt, & ſic nulli fecit nationi. Poſt Moſen diſciplina pacis jam compoſita præſcriptaque, bellorum fulmina & miracu-

la

Digitized by Google

la, excisis imperiorum ſedibus, Ecclesiæ locum quæſivere. Ob tot beneficia merebatur, ab universo Iſraële perpetua pietate coli adorarique. Sed humana ſecuritas nihil ad neglectum, nihil ad contemtum Dei reliqui fecit. Rebelliones contra Principes à Deo datos, murmura adverſus ipſum datorem, idololatriæ licentia & diſſolutio morum, oblivio contumax beneficiorum, utramque ferè paginam hactenus in ſacra hiſtoria faciunt: Hinc exempla divinæ ultionis, deſtinatæque hoſtibus clades in Iſraëlitarum capita verſæ; magno tamen ubiq; clementiæ temperamento. Quoties enim caſtigatis & pœnitentibus ignovit? quoties defectores reverſos amicis excepit brachiis? In profana hiſtoria dulce & utile eſt obſervaſſe, regnorum ortus & interitus: & Aſſyriorum quidem imperium, per totam hanc ætatem durat: Sicyoniorum, itidem antiquiſſimæ originis, paulatim deficit, tandem expirat. Argivorum regnum oritur, transfertur, deſinit. Latinum, Corinthium, Lacedæmonium oriuntur, & ſua fata incrementaque P.I. A.M. A.C.

 ſequen-

P.I. A.M. A.C. ſequentibus ſeculis transmittunt. Geſta paſſim toto orbe bella, plerumque impia, ex æmulatione, libidine, avaritia exorta, exciſæ ob ſcelera gentes, & aliæ ex cineribus exciſarum natæ, demigrationes populorum, translationes ſedium cum ſimilibus, paſſim obvia, minus tamen ad obſervationem & memoriam ſui valent, quia fabulis corrupta, oblivione truncata, non tam ex liquidioris hiſtoriæ fontibus, quàm ex oberrantibus imperfectiſſimarum annotationum rivis petenda ſunt. Itaque meritò copioſioris diſciplinæ occaſionem à ſequentium ætatum luce & monumentis expectamus.

FINIS PARTIS PRIMÆ.

Digitized by Google

MEMORIALE POLITICUM,

DICTATUM

Ab

Excellentisſimo Domino

JOH. HENRICO BOECLERO,
P. P. in Academia Argentora-
teñſi.

Nunc primùm in lucem editum.

Francofurti ad Mœnum,
Apud JOH. PHILIPPUM ANDREÆ,
M DCC IX.

INDEX TRACTANDORUM.

CAP.
1. De Civitate.
2. Electione.
3. Regno.
4. Tyrannide.
5. Ariſtocratia ſive Optimatium Imperio.
6. Politia ſive populari Imperio.
7. Republica mixta.
8. Majeſtate.
9. Jure Legum ferendarum & de Legibus.
10. Jure Judiciorum.
11. Jure Magiſtratuum conſtituendorum.
12. Jure Vectigalium & Tributorum.
13. Jure Belli.
14. Jure Pacis.
15 Jure Fœderum.
16. Jurè Legationum.
17. Jure Majeſtatis circa Sacra.
18. Conſiliariis.
19. Lege Majeſtatis atque adeo de Criminibus & Judiciis Majeſtatis.
20. Natura Vulgi ſive Multitudinis
21. Ingenio Regum & Natura Regni.
22. Annonâ.

Memo-

Digitized by Google

Memoriale Politicum.

CAPUT I.
De
CIVITATE.

1. Civitatis vocabulo nonnulli u-
tuntur *materialiter*, tantum,
ut *multitudinem hominum in*
ſocietate viventium ſignificet
& vocabulo *Reipublicæ* forma exprimatur,
Ita & *Cellarius in Polit.* Civitatem & Rem-
publicam ſeorſim definit. Illam pro *ma-
teriali*, hanc pro *formali* parte uſurpans.
Sed antiqui his vocabulis integrè utuntur,
ut & *Civitas* & *Reſpublica* materiam &
formam conjunctim notent. Atque ita
rectè dicimus totam Rempublicam Poli-
ticam agere de Civitate conſtituenda &

adminiſtranda. Idemque totum corpus ſua forma informatum dicimus Rempublicam, & tota doctrina Politica appellatur de Republica. Ita *Cicero* ſcripſit libros de *Republica*, & ejus imitatione. *Johannes Bodinus lib. XII. de Republica* inſcripſit, malè à nonnullis propterea reprehenſus. Neque alia eſt inſcriptio operis Politici, quod *Petrus Gregorius Tholoſſanus* edidit. Apud Scriptores interdum *populus* hanc ſignificationem ſubit, *Urbs* autem locum potius ſpectat munitum. Poteſt autem fieri, ut *Urbs* eadem ſit *Civitas*, nempe ſi unius Civitatis Cives etiam unius Urbis mœnibus ſunt incluſi, ſicut olim unius Urbis Reges fuêre.

II. *Civitas unde oriatur*, & quomodo deſinat, nunc videndum eſt. Etiam de origine quidem civilis conſociationis ſententiæ apud Veteres circumferuntur duæ erroneæ: Quarum una ſtatuit Civilem Societatem ex neceſſitate & indigentia ortam, adeoque ex tædio vitæ belluinæ (vid. *Diodor. Sicul. l.1. Euſeb. in præparat. Evangelii l.1. c.7. Vitruv. l.2. c.1. Lucret. l.5.*) Altera Civiles ſocietates ſpontaneas

Digitized by Google

taneas ſine omni legis vinculo tradit, ſicut videre eſt apud *Tacit.3. Annal.26. & Seneca Epiſtol.9.* Prior ſententia erronea refutatur ab *Ariſtotele 3. Polit. cap.4.* & *Cicer. Offic. c.44.* Altera ad figuram & comparationem quandam refertur ab iis, qui *Platonis* doctrinam Periodicam interpretantur, & Poetas enarrant de aureo Seculo. Vera ſententia proponitur diligenter ab *Ariſtotele 1. Polit. c.1. & 2.* Quomodo autem Civitates deſinant, egregie tractavit *Grotius de Jur. B. & P. l.2. c.9.*

III. *Cauſæ Efficientes Civitatis* ſunt (1.) quidem DEUS, qui hominem ad colendam ſocietatem condidit & inſtruxit, adeoque (2.) natur humana ſocietatis appetens excellenter, & quidem non cujusvis ſocietatis, ſed pro modo intellectus humani ordinatæ, rebusque neceſſariis inſtructæ. Hîc enim appetitus naturalis ad *perfectionem* tendit; quæ in *Civitate* obtinetur. (3.) Sunt ipſi Conditores civitatum, hos videas vocari apud veteres κτιστάς, Politicos, Legiſlatores (vide *Ariſtotelem 1. œcon. c.1.*) Philoſophos, Oratores, apud *Cicer. 1. de Orat. c.19. & 1. de*

Digitized by Google

Invent. c.2. celebranturque fere Heroicis honoribus auctores Civitatum.

IV. *Materia Civitatis* ſunt *Cives*, horum notentur (1.) deſcriptio, quam indagat *Ariſtoteles 3. Polit. c.1. & 2.* ſed illa pertinet propiè ad Civem Democraticum ſive in Republica populari. Verius & plenius poteſt dici; *Civis eſt, qui Civitatis jure fruitur, & oneribus obligatur.* (2.) Diſcrimina, quæ diligenter indagavit *Bodinus lib.1. de Republica c.7.* Eſtque illuſtre Exemplum in Civitate Romana, ubi nota eſt hæc diſtinctio inter jus plenum Civitatis, Jus municipale, Jus Latinitatis, Jus Colonicum, Jus Præfecturarium, de quibus ex profeſſó agit *Carolus Sigonius de antiquo Jure Romanorum*; Atque huc pertinet illa *quæſtio: An quis poſſit eſſe Civis duarum Civitatum?* quod de Cive pleno & perfecto negandum eſt. Vid. *Cicer. Orat. pro Balbo c.11. in Orat. pro Cæcin. c.34. Arniſæ. Relect. Polit. l.1. c.5. ſect.7.* (3.) Modi obtinendi Civitatem, quales ſunt per nativitatem (quando quis natus eſt vel Patre ſive ſicut jure nonnullarum Civitatum continentur) per manumiſſionem,

Digitized by Google

nem, per cooptationem ſeu allectionem, de quâ agitur apud *Tacit.* 3. *Annal, c.* 24. (4) Mutatio civitatis, ubi *quæritur: An & quando Civitate abſcedere liceat.* Vid. *Cic. in Orat. pro Balbo & Grotium de Jur. Bell. & Pac.* 2, 5. 24.

V. *Forma Civitatis* ſequitur. Hæc eſt duplex: *Eſſentialis*, quæ in ipſo Imperio ſive in ordine imperandi & parendi exiſtit, ac *Accidentalis*, v. gr. An ordo ille imperandi & parendi ſit in Monarchia aut Ariſtocratia, aut aliis formis. De Eſſentiali forma agit *Lipſius l.* 2. *Polit. c.* 1. Accidentalem terigit idem *Lipſius lib.* 2. *Polit. cap.* 2. Imperii originem ſimpliciſſimè ita poſſumus proſpicere, ſi cogitemus Societatem civilem conſiſtere in ordine: In omni ordine autem dari aliquod primum, quod hîc etiam ſummum eſt, ſupra quod nihil eſt. Ita enim ſtatim emergit ſumma poteſtas Civilis, quæ dicitur Majeſtas. Quamvis enim *Majeſtas* antiquis ſæpius *dignitatem* indicat, tamen interdum etiam *Imperium* notabat. Et apud recentiores *Majeſtas eſt ſummum in Civitate Imperium ſive ſumma poteſtas civilis.* Majeſtatis

partes (ſive potentiales ſive eſſentiales) dicuntur jura Majeſtatis, quod malè à nonnullis & ἀφιλοσόφως adjuncta Majeſtatis, quam jus Majeſtatis, quanquam hoc argumentum *Arniſæus* tractavit *l.3.* quibus titulum dedit *de jure Majeſtatis*. Majeſtatem vulgo dividunt in *Realem* & *Perſonalem*, quæ diviſio non poteſt ſuſtinere limam Judicii Politici & Philoſophici. Ipſa Majeſtatis jura etiam nonnulli dividunt in *Majora* & *Minora*, nulla idonea ratione talium appellationum. De numero etiam Jurium Majeſtatis magna eſt quæſtio, nonnulli enim amplificant numerum, alii contrahunt. Veteres ſub nomine *Nomothetici* ſive *Legislatorii* multa complectebantur, quæ hodiè ſingulatim enumerantur. Vid *Grot. de Jur. Bell. & Pac. l.1. c.3. n.6.* qui eruditè ac artificiosè indagavit numerum Jurium Majeſtatis, quæ in diverſis Rebuspublicis diverſimodè tractantur. Et de Romanis quidem legibus judiciisque Majeſtatis memorabilis eſt locus *Taciti* 1. *Annal. c* 72. *& ſeqq.* tum etiam diſcurſus ad *L. quisquis. Cod. ad L. Juliam Majeſtat. Jacob. Gothofredi.* De

Græca

Græca aula ejusque more in hoc argumento agit ex profeſſo *Curtius in hiſtoria Philotæ & Parmenionis ſociorumque l. 6. & 7.*

VI. *Finis Civitatis* eſt felicitas ſive ſummum bonum Civile. Felicitas ſcilicet eadem, quæ & humana felicitas dicitur, & in Ethicis ab Ariſtotele explicatur: Ita enim ipſe diſſertis verbis annotat 3. *Polit. c. 4. l. 4. c. 11. l. 7 c. 2. 3. & 13.* Felicitatem hanc optimè deſcribit & *Platonis Ariſtotelisque* interpretator Cicero loco, quem laudat *Lipſius 2. Polit. c. 6. n. 2.* Sicut autem à fine felicitatis humanæ ſinguli homines aberrant, ſicut videre eſt ex falſis de ſummo bono ſententiis, ita etiam totæ Civitates aberrare putandæ ſunt, quæ vel omnia ad lucrum & opus tantum referunt, aut ambitione & cupidine gloriæ res rationesque ſuas unicè adminiſtrant, vid. *Grot. de jur. B. & P. l. 3. c. 3. n. 2.*

CAPUT II.
De
ELECTIONE.

NOn unus eſt modus perveniendi ad Regnum, qua de re etiam egit *Augu-*

Digitized by Google

ſtinus Niphus in opuſculis moralibus. Uſitatiſſimi autem modi ſunt: *Electio* & *Succesſio. Electio* vel verè talis eſt, quando liberè eligitur, qui ad Imperium aptior digniorque videtur. Vel per *mixturam*, eamque *duplicem*: nonnunquam enim *Adoptio* titulo & æſtimatione *Electionis* celebratur; *& à Galba apud Tacitum*, ſicut videmus *à Plinio in Panegyri* Adoptionem Trajani aliquot capitibus celebrari, & à Galba apud *Tacitum* adoptionem *Piſonis l.* 1. *Hiſtor. c.* 16. vel electio adhibetur quidem non ſine rationibus, tamen in Succeſſione uſitatis, ſicut apud Polonos familiæ Regiæ præcipua habetur ratio, quod & apud Danos fiebat, antequam nuper electionis more abrogato lex Succeſſionis conſtitueretur. Quæ Schemata oratoria, quique ſententiarum fontes occurrunt in utroque Electionis & Succeeſſionis negotio, annotatum eſt ad *Tacit.* 1. *Hiſtor. c.* 16. *l.* 1. (2) Diſtinguitur vulgò quaſi ab Effectu Rex electus, ab eo, qui ſuccedit, quod hic potiatur *jure Autocratico*, ille non æquè, ſed ſit Rex κατὰ νόμον, ſed hic *factum* à *jure* diſtingui debet. Fit

ſanè

ſanè plerumque, ut ubi Electio obtinet, Rex non ſit præditus pleno jure Regio, ſed ex ratione Electionis aut ſucceſſionis per ſe hoc non profluit. Poſſent enim & Electio Regi omnia jura Majeſtatis competere. Sicut ex diverſo Rex, qui ſuccedit, in mixto Statu poſſet reperiri, aut nomine potius quàm poteſtate frui. (3.) Exemplum *Regni Electivi*, ut vocant hodie, celeberrimum eſt in *Polonia*. De Regibus autem Polonicis *Bodinus l.* 1. *de Republ.* c. 8. judicat: Principatum ibi potius ſpecialiter ſic dictum (in *auctoritate* potius *unius*, quàm *poteſtate*, conſiſtentem) quam verum Regnum obtinere. Ut tamen Rex multum poſſit, egregio temperamento factum eſt, ut omne beneficiorum tribuendorum arbitrium penes Regem ſit. Quare proverbio jactari ſolet: *Reges Poloniæ ſingulis diebus poſſe largiri centum millia Florenorum.* (4.) Adhuc nobilioris conſiderationis eſt in Imperio noſtro Electio Imperatoris, de qua aliqua notanda ſunt: (1) Malè explicatur hæc Electio vulgo à Scriptoribus Juris Publici, dum vel inde à *temporibus Galbæ*, vel à temporibus *Conradi*

radi primi obtinuiſſe Electionem Cæſaream tradunt. Nam diſtinguunt inter *Electionem* quaſi *ſubſidiariam* ex neceſſitate emergentis caſus (quæ in omni Regno ſucceſſivo, ut loquuntur, adhibenda eſt, quoties familia Regia deficit.) Et *Electionem ordinariam* ſive ex lege & conſuetudine Reipublicæ receptam. (2) Eſt autem hoc exemplum Electionis Germaniæ incomparabile, tum propter legem Electionis ſingulari prudentia ſcriptam, (Aurea Bulla, ſive Conſtitutio Carolina dicitur) tum propter *Capitulationem* juratam (de qua vide *Carpzov. de Leg. Reg. Germ.*) Denique propter *Electorum* dignitatem. Certum enim eſt, tale *Collegium* in toto terrarum orbe nunquam fuiſſe ullos apud populos. (3) Quod Scriptores *Juris Publici* diſputant hic; an *Electio poſtferenda ſit ſucceſſioni?* id alienum eſt à rationibus Reipublicæ, ubi Electio lege Publica conſtituitur, quam tueri boni Civis officium eſt. Facilius *Politicis* conceditur, ut in Theſi hanc diſputationem ſuſcipiant, ſicut fecit etiam *Lipſius L. 2. c. 4.* (4) Etiam illud in Scriptoribus *Juris Publ.* notan-

tandum eſt, quo pertineat, quando in explicatione Electionis Imperatoriæ multa adferre ſolent ex *Jure Civili* (ex materia de jure Magiſtratuum eligendorum) & ex Jure Canonico, ubi multa de Electione Canonica occurrunt. Hæc enim non poſſunt hîc facere rationem & fundamentum Juris Publici, ſed comparationem ſeu illuſtrationem qualemcunque ab exemplis talibus continent. (5) Notandum etiam eſt *Barclai* judicium *l. 1. Argen.* de Electione Germanicâ, magis enim pertinet ad exaggerandum oratorio quodam more, quam ad rei veritatem. Adeo enim accuratè omnia incommoda prævertuntur conſtitutione *Aureæ Bullæ*, ut nihil hic deſiderari poſſit, in quantum ſcilicet rerum humanarum fragilitas patitur. (6) Non aliæ itaque ferè turbæ poſſunt huic negotio intercedere, quam primo ex ambitu, ſive ambitioſis conſiliis exterorum; deinde ex Electione Regis Romanorum facta vivo Imperatore, non conſentientibus omnibus, quorum intereſt conſentire.

CA-

Digitized by Google

CAPUT III.

De

R E G N O.

FOrmæ Imperiorum accidentales ſunt: *Regnum*, *Ariſtocratia*, *Politia*; tum *mixta forma*. Tractatio de Regno complectitur *primò* deſcriptionem Regni, ſcil. ubi ſumma poteſtas eſt penes unum. *Secundò* conſideranda diſtinctio *Regni*, ſive diverſæ ſpecies Regni, quarum *Ariſtoteles* ponit 5. quæ ab Interpretibus, præſertim *Piccarto*, explicantur. *Tertiò* præſtantia *Regni*, de qua egit *Lipſius l. 2. Polit. c. 2.* & *Junius in quæſtionibus Polit.* *Quartò* Regulæ Monarchicæ ſeu principia Politica ad conſervandam & firmandam Monarchiam Regiam ſpectantia, qualia multa collegit Mœcenas in ſua oratione ad Auguſtum apud *Dion. Caſſ. l. 52.* *Quintò* virtutes & laudes Regiæ, quas tractat *Lipſius l. 2. Polit.* & in monitis Politicis. Tum Panegyriſtæ e. gr. *Plinius* & reliqui. *Syneſii* etiam *oratio de Regno* huc pertinet, & *Conradi Ritterſhuſii ſpeculum Principis civiliter boni.*

Et

Et *Berneggeri Speculum boni Principis ſeu commentatio Titum in Svetonii*, & *Antonii Guevarræ Horologitum Principum. Sextò: Ariſtotelis* Politica Monarchica ſpecialis, ut ita appellemus, id. eſt, *c.* 10. *&* 11. *l.* 5. *Polit.* Ubi partim Regia, partim Tyrannica habentur. In iſta duo capita non poteſt luculentior Commentarius dari, quàm *Ludovici Septalii* opus de *ratione Status*, quod ex Italico nuper etiam in Latinum ſermonem converſum eſt. *Septimò* Quæſtiones quædam. e. gr. *An Dominatus ſeu Regnum herile ſit idem, quod Tyrannis?* quod affirmandum eſt. *An Tacitus recte tantum duas faciat Regni ſpecies; Regnum Civile & Regnum herile? l.* 12. *Annal. c.* 11. *n.* 2. *& l.* 1. *Hiſtor. c.* 16. Reſpondendum eſt: Tacitus loquitur de uſitatiſſimis & manifeſtiſſimis ſpeciebus, ad quas facilè reducantur ceteræ.

CAPUT IV.
De
TYRANNIDE.

TYrannis opponitur Regno, non autem Monarchiæ. Hæc enim vox latius patet,

Digitized by Google

patet, & non minus Tyrannidem quam Regnum complectitur. De Tyrannidie egit *Lipſius l. 6. Polit. c. 5.* In hoc argumento imprimis laborandum eſt de *definitione Tyrannidis*; malè enim tradunt, quicunque pro Tyrannide habent, quicquid non eſt optima ſpecies Regni, vel quicquid à Democraticorum ſeu popularium Philoſophorum falſis hypotheſibus abit. Multi etiam decipiuntur *Ariſtotelis* autoritate, ut putent, ubicunque Princeps ſpectat ſuum commodum, ibi eſſe *Tyrannidem*; quia *Ariſtoteles* dixit, in eo differre Principem bonum à *Tyranno*, quod bonus Princeps Civium commodum, Tyrannus autem ſuum quærat: ſed nimirum hæc differentia neque ſola eſt, neque ſpecifica. Fortaſſe igitur *Tyrannus* is eſt, qui vel indebitam ſibi Reipublicæ poteſtatem occupat, vel ira regit Rempublicam, ut omnia referat ad animi pravam libidinem nulla honeſti curâ. Tangitur in hac deſcriptione diſtinctio *Tyrannorum*. Alii enim vulgo dicuntur *Tyranni titulo*, ſeu invaſores, qui per nefas ſummam Poteſtatem invaſerunt: Alii exercitio, qui per nefas ad-

Digitized by Google

adminiſtrant Rempublicam, Tyrannos exercitio, *Cicero* etiam alia notâ diſcriminat, quoddam enim genus Tyrannidis vocat *Piſiſtratiſmum*, quando injuſta & indebita poteſtas obtentu juris, & ſpeciosè & per blandimenta exercetur; aliud genus *Phalariſmum* dicit, quando neglecta omni juris & humanitatis ratione, apertiſſimà immanitate Tyrannus tanquam lupus in oves graſſatur. Quales fuerunt, *Phalaris*, *Nabis*, *Baſilides Moſchus*, *Dracula Wallachus.* Hujus loci ardua eſt quæſtio, de *Tyrannicidio.* Sed in *Tyranno* quidem *invaſore* facilius res expeditur. Si enim *lex* antiqua lata eſt, de *occidendo* invaſore, res non habet multam *diſputationem.* Ita in Græciæ Civitatibus libertatis valde ſtudioſis, non impunita tantum cædes *Tyranni* invaſoris erat, ſed præmiis honorata. Sicut multa hujus generis occurrunt in *Declamationibus M. Senecæ*, *Quintiliani*, *Libanii*: Sed videndum tamen eſt, an antiqua pactio cum invaſore intervenerit, ſive an Invaſor Tyrannus ex poſt facta pactione aliquod jus nactus ſit. Tum enim non defenditur cædes Tyran-

Digitized by Google

ni. Igitur rectè judicatur apud *Tacitum*, quibus occiſus *Dictator Cæſar* videbatur peſſimum facinus. In Tyrannis autem, qui legitimam poteſtatem adepti in ſævitiam vertunt, quid liceat ſubjectis, res eſt non minimæ dubitationis, in qua explicanda eruditè & graviter verſatus eſt *Hugo Grotius de Jur. B. & P. l.* 1. *c.* 4. Nam *Lipſ.* loco quem dixi, tetigit tantum. Flagitia & artes Dominationis Tyrannicæ, præſertim occultiores, ſingulari diligentia in *Tiberii* & *Neronis* Principatu exequitur *Tacitus.* Nec pauca annotavit *Clapmarius de arcan. Rerumpubl.* ſuperiore ſeculo prodiit in Gallia liber, cui titulus *Luc. Jun. Brutus ſive Vindiciæ contra Tyrannos.* Multum *eruditionis* ineſt, ſed plus *fraudis Sophiſticæ.* Summa enim temeritate ex quibusvis ferè Regibus Tyrannos facit, & Tyrannidem Hypotheſibus nunquam concedendis deſcribit.

CA-

CAPUT V.

De
Ariſtocratia ſive Optimatium Imperio.

ARiſtocratia (ſæpe etiam apud Græcos Scriptores dicitur ὀλιγαρχία, in bonam ſcilicet partem. *Tacito* deſcribitur, quando primores regunt populum,) deſcribitur Imperium plurium ſive potiorum, qui tamen reſpectu multitudinis pauci ſunt, ſive ubi ſumma poteſtas eſt penes uno plures, multitudine tamen univerſa pauciores. Ἄριστοι ſeu *Optimi* aut *Optimates* ſunt hoc loco non ſimpliciter, qui ſecundum virtutem optimi ſeu præſtantiſſimi ſunt, ſed qui aliis quoque nominibus in Civitate excellunt ſeu potiores ſunt. Ut enim Reſpublica aliqua exiſtat, in qua ſimpliciter optimi ſecundum virtutem Regimen obtineant, in ea, quæ eſt rerum humanarum fragilitas, expectari non poteſt. *Optimates* enim gerunt, qui & *genere*, *divitiis*, *auctoritate* præcellunt. Differt ab ὀλιγαρχίᾳ ſeu *paucorum dominatione*, non

tam reſpectu *Virtutis*, quæ in Primoribus ſpectatur, aut non ſpectatur, quàm reſpectu *finis*, quando in *Ariſtocratia* Optimates ad commune omnium civium bonum pleraque referunt. Pauci autem illi ad ſuum commodum ſuas divitias aliaque improba vota, unicè adminiſtratione Reipublicæ referunt. Nulla eſt forma Reipubl. de qua minus accuratè tractaverint, qui in *Politicis Ariſtotelem* ſequuntur ducem, cujus Philoſophia, quantum ad hunc locum, disjecta eſt & mutila. Pauca etiam *Civitatum* verè & purè *Ariſtocraticarum* exempla ab omni ævo licet repetere. Hodie celeberrimum habet *Status Venetorum*. Partiri quis poſſet hunc locum in hæc membra: Ut (1) *Deſcriptione* contineretur materia *Ariſtocratiæ*, tam ejus convenientia & diſconvenientia cum *Politia*, tam ratio medii inter Regnum & Politiam, tam gradus quibus ad Oligarchiam vitioſam propius aut longius refertur. Tum denique *Regulæ Ariſtocratiæ*, & arcana *Ariſtocratica* cum oppoſitis nimirum ad Oligarchiam pertinentibus. (2) Mores *Optimatum* ſingulatim eſſent noſcendi; Mores, inquam;

Digitized by Google

quibus conſilia, propoſita ingenia Optimatium continentur. Quo in genere eximia prorſus eſt *Oratio Cic. pro Sextio.* Sicut ex diverſo *Characterem* hominis ὀλιγαρχικοῦ reliquit *Theophraſtus.* (3) Exemplum *fœdens* Amphyctionici, quod materiã Ariſtocratiæ imitatur, ex Scriptoribus antiquis repetendum eſſet, *Duce Ubbone Emmio* in Græcia veteri & *Jacobo Gothofredo* in oratione, cui titulus eſt *Achaica* (4) Scriptores rerum *Ariſtocraticarum* nominati ſunt in diſſertatione de *notitia Reipublicæ.* Ex recentioribus eximius cenſetur etiam libellus *Bonfadii de optima Reipublicæ forma.*

CAPUT VI.

De

Politia ſive Populari Imperio.

POlitia eſt, quando ſumma poteſtas eſt penes totum populum. In hoc capite maximè conſideratu digna eſt differentia *Politiæ* ſive *popularis Imperii Recti* à vitioſa *Democraticâ.* Quia enim utroque videtur omnium utilitas propoſita, facile confunduntur *judicia* de utroque genere. Deinde

Digitized by Google

æſtimatio hujus formæ eatenus agnoſcenda eſt, ut intelligatur malè & imperitè nonnullos promiſcuè reprehendere omne populi Regimen. Pertinet enim huc regula *Philip. Melanchtoni in quæſt. Ethic.* ſæpe explicata. *Nullam Reipubl. formam, quæ rectæ rationi non adverſatur, Deo diſplicere.* Suntque pleraque reprehenſionum nomina ex vitioſa Democratia deſumpta. Illud quidem fatendum eſt, facillimè degenerare *Politiam* in *Democratiam*, ſed non ſunt tamen nulla remedia, quibus rectitudo hujus Status conſervari poteſt, ſicut præſertim *Iſocrates in ſuis orationibus* graviſſimè & accuratiſſimè oſtendit. Unde & illud intelligi poteſt, *ſicut præſertim Iſocrates* talem Democratiam, qualem Vituperatores hujus formæ animo concipiunt, nullam dari, quæ ſcilicet careat omni temperamento *Ariſtocratico*. Non eſt autem gravius exemplum *popularis Imperii*, quam *Reſpubl. Athenienſis*, quare Scriptores rerum Atticarum Hiſtorici (in quibus præſertim *Thucydides*) Oratores (præcipuè *Demoſthenes*, *Iſocrates*,) *Poëtæ* (in eis nominatim *Ariſtophanes*) bona malaque Sta-

Digitized by Google

Statûs popularis exhibere poterunt. Et dictum eſt, de pluribus in *diſſert. de Notitia Reipublicæ*. Hodie *Helvetii* imprimis gaudent hoc regiminis genere, quorum hiſtoria ad Philoſophiam Democraticam propriè ſpectat. Quod ſi quis periclitari velit ſuos profectus in hac materia, poſſet ſibi proponere tempora rei Romanæ poſt ejectos Reges, & examinare conſilium *Valerii Publicolæ*, an ſcil. probandum ſit ejus conſilium, quod ab *Ariſtocratia* primum inſtituta voluit rem ad *Politiam* ſive ad populare Imperium reducere, facilè enim reperiat aliquis, quibus in utramque partem id conſilium vel commendari vel argui poſſit.

CAPUT VII.

De

REPUBLICA MIXTA.

Ariſtoteles vocabulum Mixtæ Reipublicæ ſæpius impropriè de qualicunque mixtura, non de ea, quæ propriè huc pertinet, ſumit. Quærunt: an Ariſtoteles *l. 4. Polit. c. 9.* propriè agat de Republica

Digitized by Google

mixta? Reſpond. eſt, potius *l. 6. c. 1.* Quærunt: an detur Reſpublica *Mixta?* Qui negant (1) utuntur inſufficienti enumeratione partium. (2) Abutuntur loco & autoritate *Taciti l. 4. Annal. 33.* Ubi Tacitus non negat mixtionem dari, ſed certam *Speciem Mixtionis* negat. (3) Abutuntur ſimilitudine mixtionis *Phyſicæ*: Nam à genere P*hyſico* ad genus morale non licet concludere, niſi in terminis ad comparandum habilibus. Quærunt amplius; quomodo *mixta Reſpublica* definienda ſit? Non autem videtur accurata eſſe illa definitio, cùm dicunt: *Reſpublica mixta eſt, ubi poteſtas eſt penes uno plures diviſim*; Dum enim putant, hanc definitionem bonam eſſe, extruxerunt *ſpecies Mixtionis falſas*. Quærunt porrò; Unde Mixtio æſtimanda ſit? Reſpondendum eſt, non ex *modò Adminiſtrandi*, ſed ex *juribus Majeſtatis* in ſubjecto proprio ſpectatis, ut in reliquis formis fieri ſolet. Modus enim *adminiſtrandi* in Monarchia aliquando poteſt eſſe *Ariſtocraticus*, aut in *Democratia Ariſtocraticus*, Mixtio tamen hæc non eſt. Iterum quærunt: Quotnam dentur *Mixtionis*

Digitized by Google

nis ſpecies? Reſpond. eſt, hic reſpici debere partim ad id, quod fieri poteſt & ſolet, partim ad id, quod nec ſolet nec poteſt fieri. Species *Mixturæ*, quæ fieri poſſunt & ſolent, hæ ſunt: Forma ex Monarchia & Ariſtocratia, ex Ariſtocratia & Democratia, ex Monarchia & Democratia (rariora licet, non tamen nulla ſunt hujus mixturæ Exempla) Mixtura quæ fieri poteſt, & non ſolet fieri, eſt forma ex omnibus tribus ſimplicibus mixta; quam quidem diſputandi cauſa, *Plato*, *Polybius*, Veteres alii *præſtantiſſimam* laudant, ſed diſputandi cauſa. Vero enim & Practico judicio *Tacitus* exiſtimat laudari facilius, quam evenire, & ſi eveniret, haut diuturnam eſſe poſſe, & experientia ipſa oſtendit, non eveniſſe talem *Mixturam*. *Mixtura*, quæ non poteſt, nec ſolet fieri, cernitur in illis ſpeciebus Spuriis, ex pluribus e.gr. *Monarchiis*, & ex pluribus *Ariſtocratiis*, quas *Cellarius* etiam in Politicis admiſit. Debet enim *Mixtio* fieri ex diverſis ſpeciebus, atque hæc particula haut dubiè definitionem debet ingredi. Quærunt denique de *Exemplis* ſive *apparentis*, ſive *veræ*

Mixturæ? Apparentis Mixturæ nobile exemplum eſt *Reſpublica Lacedamon.* ſicut à *Juſtino* & aliis antiquis deſcribitur. Cum enim dicunt mixtam ex omnibus ſimplicibus ſpeciebus fuiſſe, non meminerunt, Reges *Spartanos* nullam partem ſummæ poteſtatis habuiſſe, ſed meros *Magiſtratus* fuiſſe. *Senatum* item *populi* poteſtati ſubjectum fuiſſe. *Veræ Mixturæ* nobiliſſimum eſt exemplum in Imperio noſtro *Romano Germanico* ex *Monarchia* & *Ariſtocratia* conſtante. Erravit enim *Bodinus*, qui *Ariſtocratiam Simplicem* exiſtimat; *Reinkingus* cum aliis, qui *Monarchiam ſimplicem* ſtatuunt. Hæc materia non eſt ſatis ad liquidum deducta, reſtantque adhuc modi complures expediendi, Vid. *Bodin. l.2. de Republica.*

CAPUT VIII.

De

MAJESTATE.

MAjeſtas Veteribus dicitur de ampliſſima dignitate, ſicut *Lipſius* etiam accipit *l.2. Polit. c.16.* Interdum etiam de

de ſumma dignitate & poteſtate Imperii. Loca *Ciceronis* & aliorum collegit *Jacob. Gothofredi in diſc. ad L. quisquis Cod. ad Leg. Jul. Majeſt.* Majeſtatis vox Latinæ linguæ propria, quam nulla alia lingua exprimere poteſt, vocabulo prorſus idem ſignificante. Quapropter *linguæ* vulgares *Latinam linguam* retinent. Majeſtas ut à recentioribus accipitur, eſt ſumma in *Republica* poteſtas. Cujus naturam aliqui inquirunt in conſideratione *Imperii* ſeu *Ordinis* Imperandi & parendi : alii in *ordine Magiſtratuum*, nonnulli ex *Philoſophia* & *ratione* repetunt, quidam ex ſacris literis loca de ſumma civili poteſtate agentia colligunt. Duo autem ſunt potiſſimum quæ in hoc loco diſputantur, *quotuplex* ſit *Majeſtas*, & *quæ* ſint ejus *partes*. Quod ad primum attinet, Majeſtatem vulgo diſtinguunt in *Realem*, & *Perſonalem*. Illam Imperii, hanc vero Imperantium dicunt. Sed hæc diſtinctio non eſt *Philoſophica*, nec ullum uſum habet, quin potius diſputationes Politicas tricis inexplicabilibus replet. (1.) Enim non poteſt in omnibus Reipublicæ formis oſten-

oſtendi hoc diſcrimen, ex gr. in *Politia* ſeu *Imperio populi*, in *Dominatu* ſeu *Regno Herili* (2) quia malè introducuntur duo ſumma in *Civitatem*. (3) Neque juvat diſtinctio, quod *Majeſtas Realis* ſit ſumma in ordine *fundandi*, ut loquuntur: Perſonalis ſumma in ordine *regendi*. Nam in ordine Reipublicæ, vel *conſtituendæ* vel *conſtitutæ*, unum idemque eſt *ſummum*, neque geminare poteſt. (4) Si Majeſtas *Perſonalis* dependet à *Majeſtate Reali*, ſeu *Reali* ſubjecta eſt, non erit *Majeſtas*. Majeſtas enim ſumma eſt, atq; omnem dependentiam & ſubjectionem reſpuit. (5) Dubitant ipſi, qui hac diſtinctione utuntur, neque conſentiunt, de *ſubjecto Majeſtatis Realis*; quidam enim dicunt conſiſtere eam in *populo*, alii in *legibus fundamentalibus*, quæ omnia facilè poſſunt refelli. Quando enim (6) dicunt, *Majeſtatem Realem* eſſe Reipublicæ coævam, ſive omnis interitus neſciam, ſi eſſet in Reipublicæ legibus fundamentalibus, interiiſſet certè, quotiens forma Reipublicæ mutatur, ex. gr. à *Regio Imperio* in Polyarchicum. Igitur intereunte Majeſtate Reali, interiret tota Reſpubli-

ca:

Digitized by Google

ca: Quod tamen factum non eſſe, vel mutationes *Romanæ Reipublicæ* oſtendunt. (7.) Præbet hæc diſtinctio anſam ſeditioſis, ut dicant, ſe nihil adverſus *Majeſtatem Imperii* conari, quando ſancta Regum capita inſidiis petant. Quarę Magnus ille *Theologus Johan. Gerhardus*, cum in loco de Majeſtate Pol. hanc diſtinctionem repetiiſſet, graviter addit: ſed cavendum eſt, ne hac diſtinctione abutantur ſeditioſi & Regicidæ. (8) *Definitiones*, quæ adferri ſolent, utriusque *Majeſtatis* prorſus non poſſunt ſimul ſtare. (9) Igitur nonnulla verba retinuerunt, mentem autem mutarunt, ut *Majeſtatem Realem* excluſa perſonali dicerent in Imperio Polyarchico; *Perſonalem* autem tantum in *Monarchico*, quæ ſententia tamen ſingularis eſt, & à vulgata abit. (10) Vulgatæ ſententiæ defenſores falſi ſunt, ubicunque *Majeſtas Perſonalis* ſe exerceat, *Realem* dormire, aut abſorberi, & in caſu tantum *vacantis* ex. gr. (in Monarchia) *Imperii* reviviſcere. (11) Nata eſt hæc ſententia ex diſtinctione *ſubjecti ſummæ poteſtatis communis & proprii malè* explicata. Ad partes ſummæ

mæ poteſtatis ſeu Majeſtatis requirendas non uno modo inceſſerunt *Politici*. Quidam ex *Ariſtotele* voluerunt eas repetere, qui tamen *jura Majeſtatis* nuſpiam ex profeſſo in opere *Politicorum* recenſuit. Eruditius cæteris hic ſunt verſati *Hug. Grot. de jur. Bell. & Pac.* 1. *c.6.* & *Lampadius in libello de conſtit. Imp. Rom. Germ.* Qui de Regalibus ſcripſerunt, ut *Sixtinus*, *Bocerus*, *Beſoldus* & alii, diſtinguunt Regalia ſeu jura *Majeſtatica* ſummi Imperii in *Majora* & *Minora*. Quæ diſtinctio itidem non eſt accurata aut Philoſophica. Nulla enim idonea ratio dari poteſt; cur quæ ad ærarium & Fiſcum pertinent, ideoque ad Tributa & Vectigalia, appellentur *Minora*: Maximè autem apparuit defectus eruditionis Philoſophicæ, quando tam vagè plerique hîc loquuntur, ut *jura Majeſtatis* alii quidem dicant *effecta Majeſtatis*: alii *Adjuncta*, alii *Conſequentia*: quod prorſus eſt intolerabile, quando non intelligit, quid ſit *Majeſtas*, & quid ſint *jura Majeſtatis* eadem opera eſſe intelligit partes *Majeſtatis eſſentiales* ſeu potentiales, certè qui aliter ſentit, multis difficultati-

bus

bus ſe induat neceſſe eſt. Tractavit hoc argumentum toto & celebri opere *Arniſaus* tribus libris de *jure Majeſtatis*; quanquam rectius inſcripſiſſet de *Juribus Majeſtatis*. Ad hunc locum pertinet illa diſputatio: an 1. *Samuel.* 8. recenſeantur jura Regia ſeu jura Majeſtatis; an vero facta tantum & mores Regum inique dominantium intelligi debeant? poſtremum hoc aſſeruit *auctor Vindiciarum contra Tyrannos*, & alii multi. Prius verum eſſe demonſtravit (collatis utriusque ſententiæ argumentis) *Johannes Gerhardus* in loco de *Magiſtr. Politico. Grotius de Jur. Bell. & Pac. l.*1. *c.*4. novam ſententiam attulit, quod ibi non intelligatur quidem *jus Regium*, ſed tale factorum genus, cui neceſſitas juris inſit, ſeu obligatio ad non reſtituendum; ſed ſententia, quam *Gerhardo* probari diximus, firmioribus ſe tuetur rationibus.

CAPUT

CAPUT IX.

De
Jure Legum ferendarum & de Legibus.

INter jura Majeſtatis hoc primum ponitur magno conſenſu. Hic agnoſci debet (1) *Deſcriptio* hujus *Juris*, poteſtas enim legum ferendarum ſignificat poſſe leges ferre, interpretari, abrogare, mutare ſine cujusquam neceſſario requiſito. Hoc jure veteres multa complectebantur, quæ recentiores in varia nomina diſperſiti ſunt, e. gr. *Jus nobilitandi*, *nundinas concedendi*, *monetas cudendi*, *venandi* & alia multa, nihil ſunt aliud quàm *partes juris Nomothetici*. Agitur autem hoc loco, ut diximus, de jure ſive poteſtate *Legislatoris*, quid poſſit circa leges conſtituendas, firmandas, mutandas, infirmandas, abolendas &c. Ab hac propria ſignificatione ſolent Politici digredi ad officium legislatoris & requiſita : quæ Philoſophia in ſummam ita poteſt contrahi, ſi dicimus,

Digitized by Google

in Legiſlatore ſpectari, ut poſſit bonas leges ferre, & ut velit. Ut poſſit bonas leges ferre, efficiat (1) Facultas ingenii Practici. (2) Prudentia Legiſlatoris ſeorſim ſic dicta. (3) Prudentia rerum Civilium univerſe. (4) Scientia aliarum rerum, ſicut exemplo eorum Legiſlatorum, qui ex *Pythagoræ* Schola prodierunt, oſtendit *Jamblichus* in vita *Pythagoræ*. (5) Eloquendi ſeu exprimendi facultas, vel ubi leges ſcribuntur cum proœmio, vel ubi brevitati Legum ſtudetur. Ut velit Legiſlator bonas leges ferre, efficiat in eo amor Reipublicæ & amor juſtitiæ. Hic reddet *Leges juſtas*, ille *Civitati* convenientes. Apparet ergo, omnia illa, quæ habet *Lipſ.* de Legiſlatore circa temperandas leges, circa numerum legum (*l.2. c.11.*) circa obſervantiam Legum conſtantem & mutationem (*l.4. c.9.*) pertinere non ad quæſtionem Juris, ſed ad quæſtionem conſilii. Sola eſt quæſtio Juris ad *Lipſium l.2.c.10.* An Princeps Legibus ſolutus ſit? de qua extat etiam *Jacob. Gothofredi de tribus orationibus Politicis* primo titulo *Ulpiani*. Ad jus *Legum ferendarum* pertinet etiam jus

irrogandi privilegia. Eſt autem privilegium lex, quæ in privatos homines fertur Ex *Cicer. l.3. de LL. c.19.* ſeu jus, quod in ſingulas perſonas conſtituitur. Apud antiquos ſumitur vox de *favorabilibus* & *odioſis*; apud recentiores hac voce ferè illa tantùm notantur, quæ in favorem tendunt, ſive favorabilia ſunt. Hoc nomine vulgo comprehendunt *jus dignitatum conferendarum, jus ſalvaguardiæ, jus veniam ætatis dandi, jus famæ*, ſeu in famam & honorem reſtituendi, *jus Judæos recipiendi, jus induciarum moratoriarum, jus legitimandi illegitimè natos, jus diſpenſandi ſive remittendi pœnas Capitales.* Hac occaſione etiam plerique tractant *de lege & jure*, de quibus ſupra aliquid dictum eſt in loco de *juſtitia.* Partes legis Eſſentiales duæ ſunt, *Conſtitutio* & *Sanctio.* Omnis enim lex aliquid conſtituit, vetando, jubendo aut mittendo. Tum etiam quod conſtitutum eſt, ſancit, id eſt, comminatione firmat. Nam in hoc differt *Lex* à *Precepto Philoſophi*, quod Præceptum Philoſophi non inducit obligationem ad pœnam; Lex autem inducit. Hinc illud *Senecæ*: Quid

ſunt

ſunt leges, niſi minis mixta præcepta? His partibus accedunt interdum (non enim ſemper tertia) *Prologus* Legis ſive *Præmium*, ſeu ſuaſoria Legis, explicans rationem conſtitutionis. Forma externa LL. varia eſt, pro diverſitate Rerumpublicarum. Ita enim in Republica Romana occurrunt *Leges Regiæ*, *Plebiſcita*, *Senatus-Conſulta*, *Edicta*, *Reſcripta Principum*, & alia, de quibus vide *Anton. Auguſt. de LL. & SCtis.* Cæterum ad virtutem & officium Legislatoris rectè intelligendum utile eſt *Suaſorias* & *disſuaſorias LL. ferendarum* cognoſcere. Ita ex. gr. apud *Livium l.* 34. *Lex Oppia* contra Luxum fœminarum ſuadetur & disſuadetur duabus contrariis orationibus. Ita *Libanii* extat oratio ſuaſoria Legis de Patrociniis vicorum, quam poſtea *Theodoſius Imperator* tulit, & in ſuum Codicem retulit. Nominatim etiam hic commendari debet *Ciceronis* opus de LL. in quantum ſupereſt. Tum Digreſſio *Taciti b. de principiis Juris lib.* 3. *Annal.* à *cap.* 25.

CAPUT X.

De

JURE JUDICIORUM.

INter *jura Majeſtatis* bono ordine ſequitur *jus judiciorum*, ita enim vocari debet. Nam vulgo confundunt hoc jus, partim cum *jure Nomothetico*, partim cum *jure Magiſtratuum conſtituendorum*, à quo tamen prorſus differt. Eſt autem *Jus Judiciorum facultas reddendi Juris, ſive judicandi ea, quæ in diſputationem juris veniunt, adeoq; abſolvendi & damnandi puniendique.* Latinis dicitur *juriſdictio*, quanquam & hac voce variè utuntur Scriptores & ſæpius abutuntur. Eſt ergo hæc poteſtas adminiſtrandæ Juſtitiæ formaliter quidem, & primo in Majeſtate, per participationem autem in Magiſtratibus. Unde ſatis apparet, quid ſentiendum ſit de illa quæſtione; An à *Majeſtate* poſſit appellari? certum enim eſt à *Majeſtate* non poſſe appellari accuratè loquendo. (Nam *ſupplicationes* & *reviſiones* alterius generis ſunt.) Ad Majeſtatem autem tanquam ad fontem omnis

Digitized by Google

omnis Jurisdictionis poſſe appellari, ſeu provocari ab omnibus Magiſtratibus. Idque jus extremæ provocationis vocant, & à Majeſtate inſeparabile demonſtrant. vid. *Arniſ. de jure Majeſt. lib.2. c.*4. Niſi quod Majeſtas poteſt certis Magiſtratibus & Judiciis dare iſtam autoritatem, ut ab illis provocari nequeat, ubi Majeſtas per hoc velle ſe exercere Jurisdictionem declarat. Partes Jurisdictionis ſunt tres. *Cognitio*, *Definitio*, & *Executio*. Sive enim negotium Civile ſit ſive *Criminale*, ante omnia factum; de quo diſceptatur, cognoſcendum eſt: hæc dicitur *Cognitio*. Jure Civili *notio* eſt & *quæſtio facti*. Deinde facto cognito jus ſtatuendum eſt, quod & jurisdictio propriiſſime dicta. Denique Statuti Juris Executione opus eſt, quod Imperium extremum in Jurisdictione vocant. In cognoſcendo (1) notanda eſt neceſſitas *cognitionis*, ſcil. neminem damnandum aut puniendum eſſe, niſi qui auditus fuerit. Quod apud *Tacit. l.*13. *Annal. cap.*20. effertur: *cuicunque defenſionem tribuendam*; & *lib.*1. *Hiſtor.* 6. *Qui inauditi ac indefenſi perierunt, tanquam*

innocentes periiſſe videntur. (2) Diligentia cognitionis commendanda eſt, ut ſatis audiantur partes, quod negotium patientia & labore conſtat. Hinc in laudibus Principum Jus laborioſiſſime dixit. (3) Abeſſe debet nimia aſperitas atque calliditas. Calliditatis exemplum habes apud *Tacit. l.2. Annal. c.30. n.5.* Sævitiæ varia ſunt genera; fovendo delatores, abutendo tormentis, ſive quæſtionum per tormenta rigor immobilis. In juriſdictione ſeu ſtatuendo jure notandæ ſunt Regulæ; (1.) ut Regula Juris dicendi ſit *Lex divina & poſitiva* (2) ut æqualiter jus dicatur ſine *gratia & odio.* Atque hujus loci eſt quæſtio de *dignitate.* Variæ hic occurrunt *quæſtiones:* an judex ſemper debeat ſecundum Leges judicare? an judex ſecundum acta & probata, an vero ſecundum *conſcientiam* judicare debeat? an pro amico liceat ſententiam dicere? De quibus *Theologi* & *Philoſophi* & *JCti* vid. *Gerhard. in loco de Magiſtr. Polit. n.290. ſeq.* Poteſtas exequendi quod jure ſtatutum eſt, *imperium* appellatur, quod ſi conjunctum eſt cum facultate ſtatuendi Juris,

Mixtum

Digitized by Google

Mixtum dicitur; ſi abſque illa facultate, *Merum* eſt. Quanquam uſus obtinuit, ut *merum Imperium* tantum *criminalibus* accommodetur, dicereturque etiam *gladii poteſtas* Synecdochicè, ut *Lampadius* exiſtimat, ſive ſymbolo, ut *Jacobus Gothofredus* declarat. Atque in hunc locum occurrit tractatio de *præmiis* & *pœnis*, cujus loci Philoſophiam diligentiſſimè executus eſt *Hugo Grotius de Jure B, & Pac. l.2. c.20. & 21.* De pœnis autem & ſuppliciis regulas collegit *Lipſius lib.* 4. *Polit. c.* 11. *à num.* 20. *usque* 43. addi debent quæ ad judicia ſpectant in *l.* 2. *c.* 1. Illuſtratur hic locus hiſtoria judiciorum per varias Reſpubl. Ita *Franciſcus Toletus* ſcripſit *hiſtoriam fori Romani*, quo etiam pertinet *Briſſonii l.* 5. *formularum ſolennium.* De judiciis *Athenienſium* ſcripſit *Carolus Sigonius* opuſculum. De *Areopago Johannes Meurſius.* Imperii Germanici judicia *Camerale, Rotvvilenſe, Imp. Aulicum.* De *Auſtregis* ſcripſerunt *Autores Juris publici* in ſuis Voluminibus. De Judice extat elegans libellus. quanquam mutilus *Philonis Judæi*, & ex recentioribus *Eryci Puteani.* De *offi-*

Digitized by Google

cio Judicis reliquit etiam duos libros *Claudius Cantiuncula* JCtus. Videatur *Stobæi Eclog. Serm.* 155. & 156. Multum quoque ad hanc cognitionem faciunt *Oratorum* Orationes Forenſes, *Demoſthenis*, *Æſchynis*, *Lyſiæ*, *Ciceronis*, Controverſiæ M. *Senecæ*, *Declarationes Quintiliani*, *Libanii* & ſimilia.

CAPUT XI.

De

Jure Magiſtratuum Conſtituendorum.

HOc jus vulgo confundunt cum *jure judiciorum*, quia in Republica Romanâ *Magiſtratus* jus dicebant. Nec *juriſdictio* aliis ferè tribuitur, quam Magiſtratibus, ſed hoc neceſſario cum Magiſtratibus naturâ non cohæret. *Magiſtratus* aliter ſumitur in *Scholis Theologorum*, ibi Imperium & Imperantes hoc vocabulo notantur. Itaque dicunt, ſe tractare de *Magiſtratu Politico*, id eſt, de *omni Civili poteſtate*, ſeu ſumma ſive ſummæ ſubordinata. Philoſophis autem accuratè loquentibus

tibus non notat *ſummam poteſtatem* ſeu *Majeſtatem*, ſed ſumma poteſtate *minorem*. Eſt enim omnis Magiſtratus *inſtrumentum* ſummæ poteſtatis, & poteſtatem habet non propriam & independentem, ſed alienam & delegatam. Solent autem *Politici* vocabulo *Magiſtratus* vel comprehendere vel ad hunc locum referre omnes *Curatores* & *curationes*, *officia* & *officiales*, *dignitates* & *honores*, *munerum majores* & *minores*. Quæritur: an *Senatus* ſit *Magiſtratus?* Reſpondendum eſt: Senatus in *Republica*, ex. gr. *Ariſtocratia*, non eſt Magiſtratus, ſed Magiſtratuum Dominus, habens ipſe ſummam poteſtatem. Interdum quando Senatus nihil aliud, quàm conſultat ſub Principe, non eſt *Magiſtratus* propiè ſic dictus, interdum quando mandato & juſſu ſummæ poteſtatis vel jus dicit, vel alias res curat, *Magiſtratus* eſt. Jus ergo hoc Majeſtatis, quod dicitur Magiſtratuum conſtituendorum, ſignificat & complectitur poteſtatem conſtituendi & deſtituendi Miniſtros, Officiales, Curatores, Magiſtratus propriè dictos, Majores Minoreſque. In Monarchia Magiſtratus con-

ſtituuntur nutu voluntateq; Principis, niſi forte à cæteris Collegiis Princeps jubet eligi Magiſtratus & Miniſtros: quæ Electio tamen pendet ab arbitrio Principis. In *Ariſtocratia*, *Democratia* & *Mixto Statu* Electio varia eſt: Vel enim *Collegium* aliquod & Senatus eligit Magiſtratus, vel delecti ex populo hoc faciunt, vel populus per tribus & Centurias eligit. Celeberrimum in hoc genere eſt exemplum *Comitiorum Romanorum*, quæ eligendis Magiſtratibus in *Republ. libera* celebrabantur. De conſuetudine & ratione tota *Comitiorum Romanorum* ſummatim egere *Lipſ. Joachim. Benimius*, *Roſinus* & alii: quæ autem ſunt interioris inquiſitionis, duo Magnifici Viri *Nicolaus Cruchius* & *Carolus Sigonius* tractavere, contrariis ſcriptis, quæ in Sigonianis operibus habentur. Quantum ad ſingulos Magiſtratus Romanos attinet: ea res nondum ab ullo ſatis eſt tractata. Sub Imperatoribus multa varietas & mutatio circa Magiſtratus occurrit, quo in argumento eximia ſunt opera *Jacobi Gutherii de officiis Domus Auguſtæ. Pancirolli in Notitia Imperii. Henrici Valleſii in Notis ad Am-*

Ammianum Marcellinum, *Gretſeri in Notis ad Bodinum*, *in Lipſii Politicis*, præſertim huc pertinet *l.* 3. *c.* 10. *&* 11. Quia Jus Magiſtratuum conſtituendorum eſt Jus Majeſtatis, ut dictum eſt, igitur Julius Cæſar, cum Monarchiam animo agitaret, poteſtatem hujus juris in ſe traxit, & Comitia cum Populo partitus eſt, teſte *Suetonio*: Quam aſtutiam optimè explicat *Heinſius in laude Aſini*. Varia genera Magiſtratuum & Munerum diligenter etiam annotavit *Julius Pollux in onomaſtico ſuo*. Hujus loci eſt quæſtio: an *Dictator* ſit Magiſtratus? Reſpondendum eſſe, omnino, & hinc intelligitur, quod non habeat independentem poteſtatem & jure proprio, ſed delegatam & jure populi, cujus vices agebat. Extraordinaria enim ejusmodi Imperia & Magiſtratus, licet videantur maximam poteſtatem habere, *Majeſtatem* tamen non habent, ſed *Majeſtatis inſtrumenta* ſunt. Magiſtratus enim reſpectu ſummæ poteſtatis omnes ſunt *privati*, licet reſpectu aliorum cum Imperio ſint. Sicut genus intermedium reſpectu ſuperioris generis non eſt genus, ſed ſpecies; reſpe-

reſpectu autem interiorum ſpecierum generis nomen & materiam induit.

CAPUT XII.

De
Jure Tributorum & Vectigalium.

INter Jura Majeſtatis eſt etiam jus exigendi à Subditis tributa, vectigalia aliasque collectas & exactiones: quia enim nulla eſt Reſpublica, quæ non opus habeat erogationibus publicis ſeu ſumptibus publico nomine faciundis, neceſſe eſt, ut conferant pro ſua quiſque portione ad illas impenſas, ſed & Principi & Magiſtratibus ſtipendia ſeu ſalaria debentur omni jure: quæ iterum communi Civium impendio confici debent. Sub hoc jure exactionum comprehendunt aliqui etiam operas varias, quas *Angarias* & *Parangarias* (Frohn-Dienſte) vocant, corporis miniſterio aut per jumenta præſtandas. Et ſanè ratio eadem eſt, quæ in *Tributis*. Nam & hæ operæ tales ſunt, ut iis carere Reſpublica nequeat, quæque adeò communi

muni ope ſupplendæ atque exhibendæ ſunt. Fruſtra ergo nonnulli quærunt: An liceat Tributa exigere etiam ab *invitis* Civibus? quia enim *Cives* naturaliter ad has præſtationes obligantur, cogi itaque poſſunt, ſi nolint officium ſponte facere. Ad quæſtionem *Conſilii* potius pertinet, ut Princeps perſuadeat ſubditis hanc neceſſitatem officii, & rationibus doceat. De modo etiam exactionum quæritur: Et naturalis quidem modus egregiè deſignatur apud *Tacit.* 13. *Annal. c.* 50. ut ratio quæſtuum & neceſſitatis erogationum inter ſe congruant, ſed non tamen ſunt ad has anguſtias redigendi imperantes, ut nihil colligant aut exigant ad ſplendorem Reipublicæ & ad largitiones, præſertim ubi facultates ſubditorum hoc permittunt. Eſt autem ratio exactionum in diverſis Rebuspublicis diverſa. In Monarchia enim ab *unius* voluntate & arbitrio, ut alia, ita hæc pendet. In liberis formis plerumque *legum* arbitria potentiora ſunt quam hominum. In has materia non tantum conſiliis & Regulis *Politicis* ordinariis locus eſt, ſed & arcanis & artificiis. Varii enim

me-

modi ſolent excogitari, quibus aſperitas hujus negotii quodammodo mitigetur, & titulis blandioribus expediatur. Et Regulas quidem Politicas *Lipſ. l.* 4. *Polit. c.* 11. *a. n.* 47. *uſque ad* 107. immixtis etiam pluribus arcanis. Eximia etiam ſunt in hoc genere magni JCti *Georgii Obrechti* Secreta Politica; Hujus Viri Vitula aravit *Hermannus Laterus* in opere de *Cenſu*. Res enim ipſas ex *Obrechto* deſumpſit, de ſuo vix aliud addidit quàm cumulum teſtimoniorum & auctoritatum. Ingentis etiam molis opus de *Ærario* Fauſtus edidit JCtus. Quomodo autem in nostro Imperio Germanico res tributaria tractanda ſit, oſtendit *Caſparus Klockius in diſſert. de contribut.* quæ ſubinde in totum corpus excrevit.

CAPUT XIII.
De
JURE BELLI.

INter Jura Majeſtatis eſt etiam Jus belli & armorum hoc ſenſu, ut ſola ſumma poteſtas bellum ſuſcipere & gerere poſſit.

Ita-

Itaque inter crimina Majeſtatis refertur, ſi quis privatus arma ſumat; hoc eſt, quod Prudentes apud *Tacit. l.* 1. *Annal. c.* 18. in Octavio Cæſare incuſant: Paratum ab Adoleſcente privato exercitum. *Lipſius l.* 5. *Polit. c.* 3. celebre præſertim Auguſtini dictum in hoc argumento laudat; & *Grot. l.* 1. *J. B. & P. c.* 3. diligentius hunc locum tractat. Cæterum jure belli comprehenditur omnis armata Reipublicæ tutela: ex. gr. milites conſcribere, Sacramenta rogare, ſtipendia conſtituere, præſidia tribuere, prælia committere, munimenta excitare & arces, oppida muris circumdare & propugnaculis firmare, armamentaria inſtituere, omnemque telorum & tormentorum apparatum ordinare, & quæ ſunt hujus generis alia. Quærere ſolent Juris publici Scriptores: An etiam Torneamentorum arbitrium ad hoc jus pertineat? *Torneamenta* vocant *haſtiludia* illa *equeſtria* ac virtute certantium, barbaro & incertum unde deſumpto vocabulo, Germanicè vocant **Thurnier**. Reſpondendum eſt: Poſſe quidem ſummam poteſtatem hujus totius rei arbitrium ad

ſe

Digitized by Google

ſe revocare. Ubi tamen lege latâ id non eſt factum, non videntur *Nobiles* & *Equeſtres* Viri ab inſtituendis ejusmodi pugnarum ſimulacris arceri. Eſt hujus loci etiam illa quæſtio à *Grotio* tractata: An Magiſtratus habeant jus armorum movendorum? ubi diſtingui debet inter eos Magiſtratus Præfectosque, quibus armatum ſatellitium aut præſidium *commiſſum* eſt, & qui eo *carent*. Illis prioribus, quia ad neceſſariam defenſionem, ſive in cauſis neceſſitatis tacitè permiſſa ſit licentia utendi armis, quam acceperunt, dubitari nequit. Poſteriori generi non idem juris usquequaque eſt. Belli autem veri & propriè dicti, præſertim offenſivi, ut vocant, ſuſcipiendi, nullus Magiſtratus Præfectusque poteſtatem habere cenſendus eſt, niſi qui ejus rei mandatum diſertis verbis à ſumma poteſtate acceperint.

CAPUT XIV.
De
JURE PACIS.

ALiqui jus Belli ac Pacis pro uno conjungunt, propter ſummam ſcilicet neceſſitudinem. Cujus enim eſt bellum ſuſcipere, ejus etiam eſt Pacem facere. Eſtque etiam hoc Jus Majeſtatis, quod non niſi ab ipſa ſumma poteſtate aut ab iis, quibus ſumma poteſtas mandavit, exercetur. Valet enim in hoc uſitatum illud: Quod quis per alium facit, per ſe feciſſe intelligitur. A Pace differunt *Amneſtia* & *Induciæ*. Amneſtia fundamentum paci præbet, ita ut nulla pax poſſit conſtitui, niſi jacto Amneſtiæ fundamento. *Induciæ* notant ſuſpenſionem armorum, non *Pacem*. Figuratum enim eſt, quod Poëta inducias vocat *Pacem Sequeſtram*.

CAPUT XV.
De
JURE FOEDERUM.

FOedera facere etiam non niſi ſummæ poteſtatis eſt, fœdera ſcilicet propriè

ſic dicta, à quibus nimirum differunt *ſponſiones*, quæ fiunt à *Miniſtris ſummæ poteſtatis ſeu Ducibus, de re quadam ad ſummam poteſtatem ſpectante, ſed ita ut ratum non ſit, quod convenit, niſi ſumma poteſtas ratum habeat.* Quod diſcrimen luculenter patuit in diſputatione de *Sponſione Caudinâ ap. Livium. l. 9. Jus hoc fœderum* nonnulli retulerunt *ad Jus Belli*, ſed non omnia fœdera bellicæ ſocietatis cauſa ineuntur. Sunt enim & *fœdera commerciorum*. Ineuntur autem fœdera vel *æqualia* vel *inæqualia*, de quibus ut & pluribus huc ſpectantibus quæſtionibus egit *Grot. l. 2. Jur. B. c. 15.* Regulas de ineundis fœderibus quaſdam etiam habet *Lipſ. l. 4. Polit. c. 9.* vid. etiam *VVaremundus ab* Ehrenberg *in Meditamentis de Fœderibus.* Inter fœdera, præſertim in Jure Publico, celebre etiam eſt *Fœdus Protectorum*, & ſicut dubitationem non habet, quin is, qui ſuperiorem non habet, poſſit ſe alteri in clientelam dare. Ita de *Civitatibus ſubditis* magna eſt quæſtio, & contrariis ſtudiis agitata ſæpe. An *Civitas ſubdita*, vel ut in noſtro Imperio loquimur mediata, abſque

con-

conſenſu ſui Principis poſſit ſe alii Principi in Protectionem dare? afferuntur ab utraque parte rationes magnæ & diligentes, ſed quin negativa verior ſit, dubio caret; occurrunt conſiderationes hujus etiam apud *Compilatores Cameralium Relationum* in cauſa *Archiepiſcopi Moguntini* contra *Civitatem Erfurtenſem in voluminibus Gylmanni, Klockii, Meichſneri.* Cæterum de hac re luculentiſſimo & ſingulari opere tractavit *Martinus Magerus.* Titulus illius operis, de fœderibus protectoriis, & de Advocatia armata. Germani vocant: Einen Schirms-Herrn annehmen / einen Erb-Schirm oder Erb-Schutz mit einem auffrichten. Nam de fœderibus protectoriis longè plus eſt diſputationis, quàm temporatils.

CAPUT XVI.

De

JURE LEGATIONUM.

AD jura Majeſtatis referunt jus mittendorum Legatorum. Nemo enim

mittit Legatos propriè dictos, niſi habens Majeſtatem, neque ad alios mittuntur Legati, niſi ad habentes *jurisdictionem* & Majeſtatem. Igitur quando Civis ad Principem, Princeps ad Cives aliquos mittunt, illi quidem dicuntur *Legati*, ſed impropriè & latius accepto vocabulo. Ex hoc capite diſputat *Cicero apud Dion.* in Senatu, non eſſe mittendos ad Antonium Legatos. *Cum Cive enim non eſſe actionem per Legatos, ſed mandatis utendum & legibus.* Atque hoc eſt jus Legationis, quando ad Imperantes ipſos pertinet, & ſummis Juribus accenſetur. Quod ipſi Legati jure Gentium inviolabiles habentur. Aliud jus Legationis, quando ad ipſos. De quo jure omnium accuratiſſimè egit *Hugo Grot. de Jur. Bell. & Pac. l.2. c.18.* De ipſis Legatorum artibus & dotibus plerumque hac occaſione agi ſolet, conducunturque, in hunc locum quæcunque ad Legatorum deſcriptionem pertinent, quo in genere habemus egregios libros *Alberici Gentilis.* Legationum *III. Caroli Paſchalii. Kircheri Legatum. Friderici de Marſelaer Legatum*, qui poſtremus præſerim multa ad

CAPUT

ad recentioris temporis uſum accommodavit. Præter hæc etiam memorandæ hîc ſunt *Relationes Legatorum*, unde de ipſorum artibus & virtutibus conſtat, quales habentur *Philippi Cannaji Legationes Gallicè* conſcriptæ. *Perionii* Legatus eadem linguâ. *Arnoldi Oſſati* Epiſtolæ, eâdem linguâ.

CAPUT XVII.

De

Jure Majeſtatis circa Sacra.

INter omnes materias Politicas hæc haut dubiè difficilior eſt. Unde etiam *Lipſius* neque in quæſtione Juris, neque in quæſtione Conſilii ſatis ſe expedivit. *Lipſ. l.* 4. *c.* 2. 3. & 4. *Pontificum Prætenſiones* ſummæ civili poteſtati omne arbitrium circa Sacra adimunt: Niſi quòd retinentior hujus juris cæteris eſt *Gallia*: Unde libertates Eccleſiæ Gallicanæ illuſtri opere proditæ ſunt adverſus *Pontificios*. Scripſit etiam libellum *Arniſæus*, de ſubjectione & exemtione, & multa hujus

generis Scripta extant in *Goldaſti Monarchia S. R. Imperii: Calviniani* quoque non recto pede hic incedunt, & plura, quam fas eſt, adimunt *poteſtate Civili:* Unde cum hoc ipſo Seculo *Nicolaus Vedelius* ſcripſiſſet libellum de *Epiſcopatu Conſtantini M.* in quo ferè ad noſtrorum ſententias accedit, inſurrexit adverſus eum *Guilielmus Apollonius* edito libro, cui titulum fecit, *Jus Majeſtatis circa Sacra.* Auguſtanæ Confeſſioni addicti ſemper hanc laudem obtinuerunt, ut tribueretur ſummæ poteſtati *jus* etiam circa *ſacra.* Quod Deus in Scriptura ipſi attribuit. Quo nimirum medio itinere intercederetur inter Καισαροπαπίαν (quæ Civili poteſtati etiam ea attribuit, quæ Eccleſiaſticæ functioni propria ſunt,) & παποκαισαρείαν ſolis Eccleſiaſticis omnia tribuentem, quæ ad Civilem poteſtatem ſpectabant. Accuratè de his omnibus Magnus Theologus *Gerhardus* in loco de *Magiſtrat. Polit. & de Miniſter. Eccleſiaſt.*

CAPUT

CAPUT XVIII.
De
CONSILIARIIS.

HAnc materiam exquiſitè tractavit *Lipſius l.3. Polit. ab init. ad cap.10.* & ex Recentioribus aliis *Hyppolitus de Collibus*, *Petrus Magnus*, *Johannes Ceriolanus & alii.* Et pertinet huc *Laurentii Grimalii libellus de optimo Senatore.*

CAPUT XIX.
De
Lege Majeſtatis, atq; adeo de Criminibus & Judiciis Majeſtatis.

CUm Majeſtas anima ſit & Spiritus Rerumpublicarum, nulla fuit *Respublica*, quin *leges Majeſtatis* ferret ſevereque ſanciret. Dicitur autem *Lex Majeſtatis*, quæ ſunt *crimina Majeſtatis*, & quomodo puniri debeant, ſive quid adverſus Majeſtatem fieri committique dicatur. Atque

hæc quidem apud omnes gentes communiter habentur *Crimina Majeſtatis*: Inſidiæ in Principem, proditio v. gr. quando quis exercitum, aut arcem, urbem, apparatum belli hoſti prodit, ſeu in manum tradit: Seditio conjurata, mutatio ſtatus affectata. De quibus autem dubitatur. Ex. gr. An *Crimen Majeſtatis* ſit *maledicentia* in *Principem?* An crimen Majeſtatis ſit *abuti poteſtate Magiſtratus publica*, ad privatam *libidinem*. Quæ Quæſtio apud M. Senecam tractatur adverſus *Famianum Prætorem*, qui in gratiam Meretricis in convivio juſſerat quendam decollari. An ſit crimen Majeſtatis: Legatos Principis aut Magiſtratus interfeciſſe. De lege Majeſtatis apud Romanos in Pandectis ſuperſunt quædam fragmenta Legis Juliæ Majeſtatis, ſed plenior hiſtoria peti debet ex *Tacit. l.* 1. *Annal. c.*72. *& ſeqq.* Unde etiam apparebit, legem Majeſtatis apud Romanos extenſam eſſe dupliciter: (1) per bonas *prudentiæ* rationes; (2) per conſilia & propoſita *tyrannica*. Prioris generis exempla duo ſunt perinſignia: *Auguſti*, qui cum invaluiſſet, *licentia famoſc-*

moſorum libellorum adverſus Viros fœminasque Illuſtres, iſtud Crimen ſpeciosè hujus Legis Majeſtatis tractari voluit. Deinde Arcadii & Honorii Imperatorum, qui, *invaleſcentibus conſpirationibus* & factionibus in Viros Illuſtres, etiam hoc crimen læſæ Majeſtatis vindicare juſſerunt in *L. quisquis Cod. ad Leg. Jul. Majeſt.* Poſterioris generis, nempe Tyrannicæ extenſionis Legis Majeſtatis Exempla plurima & mixta habet Principatus Tiberianus ap. *Tacit.* Tum Domitiani ap. *Sueton.* aliosque Scriptores. Nam de Domitiani temporibus *Plinius in Panegyricis* loquitur, cum inquit: Majeſtatis crimen fuiſſe unicum eorum crimen, qui crimine vacabant. Qua de re etiam *Lipſius* videndus *l.4. Polit. c.11. n.73.* Hoc loco celebris eſt quæſtio de illis, qui poſſunt committere crimen Majeſtatis. Satis apparet Crimen Majeſtatis committi propriè & accuratè loquendo à *Subditis.* Majeſtas enim propriè refertur, ad eos qui Majeſtati ſubſunt. Dices ergo à non ſubditis non poſſe committi crimen *Majeſtatis.* Poterunt omnino, ſi ſunt *ſubditi tem-*

porarii, ex.gr. Venerit inRempublicam homo, quicunque etiam Illuſtriſſimus, & commiſerit aliquid adverſus ſalutem Principis aut Reipubl. commiſiſſe dicitur crimen Majeſtatis, non quia ſubditus fuit ordinarius, ſed quia hoc ipſum habet rationem ſubditi Temporarii, quicunque enim vel ad horam in aliena Republica verſatur, ille tacitè ſe obligavit, ne quid contra *Statum* ejus *Reipublicæ* tentaret. Judicia *Majeſtatis* plerumque trahuntur ex *Conſiliis Aulicis*, aut propoſitis Dominationis, ſicut apparere poteſt ex hiſtoria *Curtiana*, ubi Judicia Majeſtatis grandia habentur. Videturque *Hiſtoricus* ita tractaſſe, ut nullum locum intactum voluerit. Ex recentioribus *Jacob Gothofredus in Diſcurſ. ad L. quisquis.* præclara quæque annotavit.

CAPUT XX.

De

Natura Vulgi ſive Multitudinis.

INgenium Vulgi conſiderat *Lipſius* notabiliter *lib.4. Polit.5.* & notitiam illam

nota-

notabiliter diſtinguit *n. 5. ejusd. cap.* Poſſunt tamen addi aliquæ ad Characteres ingenii Vulgaris pertinentia, partim ex ipſo *Lipſio, ut l. 2. Polit. cap. 5. num. 4. l. 4. Polit. cap. 6. n. 14. l. 4. Polit. cap. 8. n. 29. l. 4. Polit. c. 9. n. 14. & 98. l. 4. Polit. c. 11. n. 55. 167. 170. l. 1. c. 3. n. 11.* Partim ex aliis Scriptis præſertim quantum attinet ad ſingulas nationes. Ita *Beſoldus* ſcripſit libellum de moribus diverſarum nationum. Ut & *Bodinus* in *Methodo Hiſtorica.* Et *Edo Neuhuſius in Theatro ingeniorum.* Eſt autem ferè judicium de nationibus duplex, vel jocoſum vel ſerium. Jocoſi generis multa reperiuntur in Atlante, & apud alios Geographos, & in Vulgi ore verſantur. Neque enim ulla ferè eſt natio, cui non aliquid per jocum tribui ſoleat de certo genere moris. Judicia ſeria ſunt, vel per ſummam, vel per explanationem, qualia apud Hiſtoricos præſertim reperiuntur.

CAPUT

CAPUT XXI.

De
Ingenio Regum & Natura Regni.

CONſideravit hoc argumentum *Lipſ. l.4. Polit. c.6.* Qui locis communibus ſtudent, partiri debent hunc locum in ea, quæ communiter ſecum ferre ſolet fortuna Regni, & in eos mores, qui certis Regibus fuerunt proprii, intellige in negotiis Regni. Ita *Franciſcus Baconus de Verulamio in hiſtoria Henrici VII. Angliæ Regis* ſub finem memorabili deſcriptione ſignat ingenium Regis illius, diverſam qualitatem Regni, & qui illa diverſitate diverſas regnandi regulas in Tabellam redegit, *Forſtnerus ad lib. 13. Annal. Tacit.*

CAPUT XXII.

De

ANNONA.

REi annonariæ adminiſtratio in Republica (quam tangit *Lipſius l.* 4. *Pol. c.* 8.) habet potiſſimum duplicem conſiderationem: (1) in colligenda & comparanda, (2) in diſpenſanda. Ad comparandam annonam potiſſimum quidem *Agricultura* facit. Ubi ager nimis ſterilis eſt, aut populi amplior multitudo, quam quæ Domeſticis copiis ali poſſit, etiam aſſumitur *importatio* ſeu *ſubvectio frumenti* terra marique. Adminiſtratio Annonæ apud Romanos plerumque temporis externa ope nitebatur, ſubvectionibus ſcilicet maritimis; nulla quidem *culpa Itali Soli* cœlique (omnia enim ad fertilitatem comparata erant) ſed *neglectu Agriculturæ*, in creſcentibus divitiis & luxuriantibus animis. Unde Tiberius ap. *Tacit. l.* 3. *Annal. c.* 53. hunc præcipuum defectum Imperii

perii agnoſcit, quod vita populi Roma[ni]
per incerta maris & fluctuum quotidi[e]
volvebatur. Qua de re amplius dictum
eſt in *diſſert. de annona augg.* In hunc lo-
cum conduci debent inſtituta & invent[a]
variorum populorum, quæ hodie uſurpan-
tur ad rem frumentariam expedienda[m]
ex. gr. ap. Belgas & alibi: Unde etia[m]
certa fœdera commerciorum in uſu ſunt
ut una pars annonæ pro altera alio gene[re]
mercis permutetur. Ita Sueci fœdus ha-
bent cum *Luſitanis* de ſale accipiendo.
Ita *Poloni* certis nationibus & populis ſuum
frumentum vendunt. Vid. etiam *Johan-
nes Boterus in Politia de Urbibus.* Diſpen-
ſatio annonæ pertinet (1) ad forum rerum
venalium, vel ad erogationem definita[m]
ac dimenſam. Nam quod attinet ad re-
rum venalium *forum*, ut frumentum tole-
rabili & modico *pretio* veneat, Imperan-
tium cura & inſpectio eſt & eſſe debe[t].
Unde varii Magiſtratus conſtituuntur,
qui iniquitatem fori arceant, & pretia tem-
poraria temperent, qui ſunt Magiſtratu[s]
σιτοφύλακες ſeu σιτοφυλακῶντες, atque hîc i[m]-
pri

pus habent σιτομέτραις ſeu frumenti menſoribus, ne menſurâ vitiatâ pretium intendatur. Horum etiam eſt coërcere Dardanorum artes, quibus annonam flagellabant. Erogatio Annonæ eſt vel ordinaria vel extraordinaria. Utraque diſtinguitur vel in eam, quæ habet rationem *Stipendii*, vel quæ habet rationem *liberalitatis.* Nam venditionem publico nomine factam ſub prioribus comprehendi apparet. Erogatio per modum *Stipendii* variè fit, imprimis celebris eſt erogatio *annonæ militaris*, de qua multum ſubtiliter conſtituitur in *Codice Theodoſiano* ſub titulo militaris annonæ. Erogatio ad liberalitatem pertinens, vel certa tantùm tempora, & cauſas exulares ſpectat, vel perpetua eſt, & ad pauperes ſublevandos pertinet. Eſt enim æquiſſimum, ut Cives, qui de *Annona* & victu ſibi non poſſunt proſpicere, Civitatis beneficentiâ alantur. Hic rurſum varia inſtituta variorum populorum congregari debent. Tum leges & Conſtitutiones variæ Principum ac Rerumpublicarum. Ita ex. gr. In *aurea Bulla* ha-

habemus aliquid conſtitutum de victualibus pretio communi & currente præſtandis Electoribus aut eorum Legatis ad Electionem proficiſcentibus. Ita in *Ordinatione Politicâ* aliisque *Receſſibus Imperii* multa præclarè conſtituuntur ad annonam facilius expediendam, & *Monopolia frumentaria* coërcenda & conſtituenda.

65

DISCURSUS
Sive
DISSERTATIONES
Ad
LIPSII POLITICA,
habiti olim
à
Viro celeberrimo
JOH. HENRICO BOECLERO,
Prof. P. in Academia Argentoratenſi.
Nunc primum in lucem editi.

Francofurti ad Mœnum,
Apud JOH. PHILIPPUM ANDREÆ,
M DCC IX.

Digitized by Google

SERIES DISSERTATIONUM Hîc CONTENTARUM.

1. DE Religione naturali & revelata.
2. De Luſu Politico circa religionem, &c.
3. De Fato.
4. De Studio Morali ſive Ethico.
5. De Studio Hiſtorico.
6. De Civitate.
7. De Electione.
8. De Moribus & virtutibus Principum.
9. De Adminiſtratione Juſtitiæ in Repub.
10. De Fœdere Caudino.
11. De Germanicis Fœderibus, & præcipuè de Fœdere cum Gallis & Suecis nonnullorum Ordinum Germaniæ.
12. De nova confœderatione, ſub titulo einer neuen Reichs-Verfaſſung.

13. *De Famoſis Libellis.*
14. *De Hiſtoria ſcribenda.*
15. *De Differentia Ingeniorum.*
16. *De Conſilio publico.*
17. *De Aula & Officiis Palatinis.*
18. *De Jure Majeſtatis circa ſacra.*
19. *De Milite perpetuo ſive ordinario.*
20. *De Mutationibus Reipublicæ, præſertim occultis.*
21. *De Criminibus Majeſtatis.*
22. *De Tributis & Collectis.*
23. *De Fænore.*
24. *De Ratione Statûs.*
25. *De Clarigatione ſive Denunciatione belli.*
26. *De Annona militari.*
27. *De Haſtiludiis ſive torneamentis.*
28. *De Præmiis & pœnis militaribus.*
29. *De Temperamento Juris Bellici.*
30. *De Factionibus.*
31. *De Tyrannide.*

DIS-

DISCURSUS
CL. BOECLERI
Ad
LIPSII POLITICA.
Ex
EJUS PRÆFATIONE.

IN cujus parte (1.) Præpolitica *Conringii* commendantur, in quibus oſtendit, quomodo differat Politica ab elegantia morum, à vafritie, Ethica, Prudentia, Oeconomia, à militari prudentia, ſed hanc tamen politices prudentiæ adjungi debere.

(2.) Methodus tradendi Civ. Prudentiam, cum duplex ſit methodus, Analytica & Synthetica, tradunt plerique totam Philoſophiam practicam tradendam analyticâ methodo, ſed ante laudatus *Con-*

ringius novam tradidit methodum, & vocat Politicam ſcientiam, quod nemo hactenus aliorum fecit.

(3.) De Scriptoribus ſyſtematicis tum antiquis tum recentioribus. Antiquorum primus, qui prudentiam civilem excoluit, fuit *Socrates*, teſte *Cicerone*, ſed ante hunc eſſet nominandus *Ocellus Lucanus*, qui ipſo Socrate eſſet antiquior, ſed eſt liber πολιτικῆς ejus ſuppoſititius. *Socratis* Philoſophiam *Plato* conſcripſit, quod *Platonis* opus duplex (1) *libros* 10. *de Republ.* (2.) *Libr.* 12. *de Legibus*. *Plato* ſtatuit communionem uxorum, ſed non communione libidinis, ſed communione charitatis. *Libri de Legibus Platonis* digniſſimi ſunt, qui legantur. *Platonem* ſequitur *Ariſtoteles*, qui reliquit opus *Politicum*, de quo multæ controverſiæ. (1.) An ſit opus *Ariſtotelis*. (2.) Diſputatio eſt de ordine, ubi conſule Introductionem *Conringii*, & certum eſt, opus illud multis hiatibus conſtare, opus autem difficillimum, de quo præclarè meriti ſunt *Scaynus* Italus ſcripta Paraphraſi, ex qua *Dan. Heinſius* ſuam etiam quaſi ſcripſit, quæ eſt laudatiſſima. Proximam lau-

laudem meretur *Joh. Geneſius Sepulveda Hiſpanus*. Scripſit etiam ingentem Commentarium *Zvvingerus*, ſcholæ, quam vitæ aptiorem. *Thomas* item *Aquinas* commentarium ſat luculentum ſcripſit. Ex recentioribus alii minores ſunt, ut *Balthaſar Cellarius*, qui multam ex *Ariſtot.* ad Rempubl. Germanicam accommodavit, opuſculum memorabile. Laudanda etiam *Arniſæi* Politica, qui *Ariſtotelem* ſequitur, *Schönborneri* etiam ſuam laudem meretur, ſed perfecti ſyſtematis laudes habere nequit. *Althuſius* etiam multis placuit propter plurima immixta ex Jure Civili, ſed mirandum, quod illud opus adeò laudetur, cum multa contineat, quæ non laudanda.

Majorum Syſtematum Scriptores ſunt (1.) *Bodinus*, cujus admirabile judicium, cujus operis tanta fuit celebritas, ut in Anglia publicè fuerit præceptum, & ſanè primus oſtendit, quantus ſit uſus hiſtoriæ in Politicis. (2.) Conjunxit utiliter cum Politicis Jurisprudentiam, quod omninò requiritur, ſi quis velit eſſe perfectus Politicus. (3.) Etiam propterea lau-

dandus, quod judicio practico mirificè pollet. Nævi autem hujus operis etiam quidam ſunt,& primus quidem, quod Philoſophiæ Ariſtotelicæ non fuit ſatis peritus, qui defectus ortus eſt ex ignorantia Græcæ linguæ, cujus aliqualem quidem, non tamen perfectam habuit notitiam. (2.) Nævus *Bodin.* eſt in ſingularibus quibusdam ſententiis, ut e. g. ille confinxit novum genus proportionis, cum aliàs tantum duplicem omnes ſtatuant, Geometricam & Arithmeticam, ſed addit ille tertiam Harmonicam. 3. Eſt in audacia judicandi de rebus externis. Summatim qui laudes *Bodini* noſſe vult, ei *Scævola Sammarthanus* adeundus in Elogiis illuſtrium Virorum. In Majoribus etiam iterum laudandus *Arniſæus*, qui tamen antiquos Scriptores non ſatis intellexit, & illos interdum contra ſenſum ipſorum laudat. Sequitur *Gregorius Tholoſanus* ſemper cum laude memorandus, cujus Opus Politicum etiam celeberrimum eſt, & quidam quaſi Theſaurus & Collectio locorum communium. Hunc excepit *Adam Contzenius* Jeſuita, qui ut obſcuraret Opus *Tho-*

Tholoſani, ſcripſit etiam Opus Politicum; verum malè judicant, qui *Conzenium Tholoſano* præferunt. Sequitur *Velſtenius*, qui pariter laudandus. Et hactenus de Scriptoribus ſyſtematicis.

Quarta pars de diſſertatoribus Politicis agit, quod Inſtitutum ab Italis ad alias gentes tranſiit. Inter quos præcipui *Paulus Paruta* & *Machiavellus*, cujus discurſus ad *Livium* commendantur. Inter eos etiam *Julius Bellus*. *Ammiratus* item *Italus Diſſertationes Politicas ad Tacitum* ſcripſit, qui ſua laude non eſt fraudandus; addendus his *Boccalinus* vir maximi ingenii, ſed eruditione profundiori deſtitutus, unde ſæpè judicia non laudanda profert. Inter Gallicos diſſertatores eſt *Franciſcus Mellietus*. Ex Germanis ſunt diſcurſus, *Picardi*, *Virtungii*, & *Matthiæ Berneggeri quæſtiones ad Tacitum*, & *Gruteri diſcurſus*. Sed hi Scriptores tantum ad ornatum, non ad fundamenta Politica pertinent, ut illa inde eruantur.

Quinta pars ad Quæſtionarios ſive illos, qui Quæſtiones politicas ſcripſere, quæ ſunt diverſi generis. Edidit *Mel-*

chior Junius Quaſtiones Politicas. Item *Joh. Gerhardus* magnus ille Theologus. Item *Berneg.*

Sexta Pars mentionem tantum debet facere de ſingularium materiarum Scriptoribus.

Septima pars de ipſo *Lipſio* dicit, quod fiet juxta ductum præfationis, quam ipſe poſuit; horum qui Centones ſcripſere, varia ſunt genera, & primum genus ad vanitatem pertinet, cum quidam miſera diligentia conquirunt loca Scriptorum, & inde Orationes faciunt. (2.) Ad oſtentationem pertinet. Cum qui multa quidem legerunt, ſed eò tantum fine ſcribunt, ut oſtendant ſe multum legiſſe; tertium, ad ſingulare conſilium pertinet, ut *Tuba Pacis Berneg.* nunquam ſatis laudanda. Quartum genus Centonum eſt illud, quod propoſitum eſt *Lipſio*, ut nempe fiat introductio ad bonos autores. Imitatus eſt *Lipſium Jonſtonius* in opere Ethico, ſed oſtendit ſe non ſatis intellexiſſe propoſitum *Lipſii.*

Quoad monita & exempla Politica *Lipſii.* Adjiciendum de noſtro propoſito.

Ad

Ad Libr. I. CAPUT. I.

EST hoc Opus *Lipſii* etiam Syſtematicum, ſed nova utitur methodo, quæ ad vitam potius quàm ad Scholam Philoſophorum pertinet. Voluit enim tractari hoc opus ab iis, qui in vita publica verſantur.

Qui ſyſtemata ſcribunt, non utuntur Metaphoris.

Ad Libr. I. CAPUT II.

D*Enaiſii* Idolum Hallenſe contra *Lipſium* ſcriptum commendatur. Epitome credendorum *Hunnii*, Aphoriſmi *Gerhardi*, Hodoſophia *Dannhaueri* commendantur.

Prior pars deſcriptionis ad Theoreticam, altera ad Practicam pietatem pertinet.

Religio vel naturalis eſt, vel revelata. Naturalis etiam dicitur religio rationis, quæ Gentilibus etiam nota fuit.

Affectus propriè loquendo in Deo nulli ſunt. Eſt profectò DEUS. Hæc

erat

erat formula Quiritationum, ceu adverſus *Epicureos* diſſerit *Ovid.*

CAPUT III.

IN hoc capite tractat de Pietate Practica. Superſtitio non opponitur pietati. n. 12. vereri paſſivè dicitur.

Lipſius tribus religionibus fuit addictus: noſtram primò ſecutus eſt Jenæ, poſt Leidæ Calvinianus, deinde Pontificius Lovanii factus.

Ad num. 16. notandum: *Seneca* apud *Auguſtinum* 6. *de C. D. c.* 70. ad pietatem practicam pertinent. Arnds wahres Chriſtenthum commendatur, etſi nonnulla in eo carpantur. *Praxis pietatis Editio Lüneburg.* commendatur.

Tatiani oratio, *Juſtini Martyris Apologiæ*, *Euſebius in Præpar. Evang.* defenderunt veritatem Chriſtianæ Religionis adverſus gentiles. *Grotius Socini* ſcripta nimium amavit & ejus errores ſæpe eſt amplexus. *Ludovicus Vives* inſcripſit opus *de Veritate Chriſtianæ Religionis*.

Polybius in omnibus paginis monſtrat, quomodo omnia fato & arbitrio divi-

no

no regantur. In Chriſtianis *Cominæus*, vetus *Polybius* Gallicus, eum eſt optimè imitatus.

CAPUT IV.

IN hoc capite nihil eſt ſolidi, nam fatum Stoicum intellexit, Chriſtianum planè non intellexit. Fati vox in Eccleſia ab initio non eſt libenter audita. Chriſtianis enim fatum nihil aliud eſt quàm providentia divina.

Fatum eſt pars theoreticæ pietatis, Conſcientiæ verò practicæ.

Fatum eſt duplex: 1. Phyſicum, ordo naturalis cauſarum & effectuum, tale eſt, ut folia ex arboribus decidant. 2. Aſtrologicum, de quo hîc *Tacitus* præcipuè agit, & multa quoque diſputata ſunt.

Inter Chriſtianos laudandus *Paulus Merula*, qui quærit, an ſit. *Petrus Gaſſendus* refutavit ut ſummus Mathematicus. Item *Barclajus in Argenide.*

Tertium eſt Fatum Stoicum, quod abſolutam rebus neceſſitatem inducit.

Quartum dicitur Chriſtianum, quod nullam abſolutam neceſſitatem importat, ſed

ſed potius ita, ſi homo ita vel ita ſe geſſerit, non aliter eveniet.

Mercurius Triſmegiſtus eſt ſcriptum ſuppoſititium *Alexandri Epirotæ*; hoc exemplum multos movit. Quædam notæ ſunt ſuppoſititiæ, non tantum explicatoriæ.

CAPUT V.

DISSERTATIO

De

Religione naturali & revelata.

NAturalis Religio eſt, quæ rejicit revelatam. De hac ſciendum, quod ſi naturali ad idololatricam eſt defectum, quæ orbem latè occupavit, & ſi Judæos excipimus, omnes ferè implicavit Gentes. Hiſtoriam hujus idololatricæ Religionis tractat *G. I. Voſſius in ſuo de Theol. Gent. opere.*

Hæc idololatrica religio etiam inficitur quadam revelatione, ſed diabolica. Ex Europa ferè exterminata eſt hæc idololatrica religio, exceptis *Lappis* & *Samogetis*, apud quos adhuc obtinet. Aſia habet

bet plurimos idololatras, ut *Tartarorum* magna pars eſt, item *Sinenſes* & *Indi Orientales*. In Africa idololatræ ſunt *Numidæ*, in univerſum item *Æthiopes* exteriores, quo *Nigritæ* etiam referuntur, qui ita ſunt belluini, ut nulla religione utantur, nulla matrimonia contrahant, ſed hæc optimè *Leo Africanus* deſcribit. In America cognita plurimi ſunt idololatræ, nec alia ſpes eſſe poteſt de incognitis Africanis. A revelatâ religione etiam defectum eſt multis modis. Revelata autem Religio dicitur, quæ divinis revelationibus nititur, quæ continentur in V. & N. T. ab hac igitur (1.) defecere Judæi, qui Novum Teſtamentum non agnoſcunt. Judæi dividuntur in Scripturarios & Rabiniſtas. Scripturarii non admittunt Rabinorum explicationes, ſed Scripturæ ſoli inhærent. Rabiniſtæ autem illas ipſi Scripturæ præferunt. Scripturarii iterum ſunt vel Samaritæ, vel cæteri; Samaritæ tantum libros Moſis recipiunt, cæteri etiam totum V. T. Ab revelata etiam defecerunt *Mahometani*, quorum multæ ſunt ſe-

ctæ,

ctæ, quas benè explicat *Leunclav. in Pandect. Turcic.* & *Hiſtoria Muſelmannica.*

DISSERTATIO II.

Luſum Politicum circa Religionem tractat, ſive abuſum Religionis in artem Politicam converſæ.

Primum exemplum eſt, Sæc. 6. MAhometes, qui cum novam ſectam vellet condere, religionem prætendit, & totam religionem condidit, quæ Statui militari convenit, ut vel animoſiores redderet milites, vel etiam eis perſuaderet, id quod gladio partum eſſet, non licere pactis reddere, ita monſtravit *Mahumetes*, quomodo religio poſſit uſurpari pro arte politica.

2. Exemplum. *Campanella*, qui edidit conſilium de Hiſpanica Monarchia inſtituenda, ubi hoc proponit conſilium, novam religionem eſſe inchoandam, ſed qualis religio illa eſſet, non proponit, verum dicit ſe ejusmodi ex Patribus collegiſſe religio-

ligionem novam, quæ facile apud plurimos applauſum habitura eſſet, cujus inſtitutum eſt celebre, ſed carcere mulctatum.

3. Eſt Pontificiorum, qui verè religionem faciunt Luſum Politicum, dum ſtatim in primo Articulo item ex Communione ſub una ſpecie apparet, quo oſtendit omnia dependere ex ejus arbitrio, item ex purgatorio & de operibus doctrina bonis hoc clarè patet, quod ſapientiores ipſi Pontificii non credant. Ita etiam ex exſtirpatione hæreſeos, dum omnes funditus exſtirpare vult hæreticos, quod ipſum eſt ars politica. *Tertium.*

4. De Luſu Syncretiſtico, qui ferme ab omni parte fovetur, ut ab Pontificiis, qui hoc in eo tantum ſpectant, ut inde occaſionem nanciſcantur conquerendi de noſtris Theologis, qui omnem concordiam reſpuunt. *Quartum.*

DISSERTATIO III.

Doctrinam de Fato tractat.

QUot enim Reges fuere, qui Fato Aſtrologico dediti, hoc luſu multa bella moverunt aliis, ut habuimus exemplum in *VVallenſteinio*, qui valde fuit deditus Aſtrologiæ, hodie miſcetur mira mixtura Stoiciſmus & Epicureiſmus, quod omnino quaſi monſtrum eſt, quia planè alias pugnat *Stoiciſmus* & *Epicureiſmus*. Epicureiſmus inducit Atheiſmum, Athei pro colore utuntur Stoiciſmo, ex qua mixtura deinde generatur illud monſtrum horrendum, & ex nulla hiſtoria probari poteſt, Atheiſmum ita invaluiſſe ut hodie.

CAPUT V.

COnſcientia eſt pars pietatis practicæ *Friderici Balduini* Caſus Conſcientiæ incepit item D. *Danhavv*. Ex Reformatis *Ameſius*.

Apud JCtos uſus etiam hujus eſt doctrinæ de Conſcientia, ubi multa jure civili

vili licent, quæ tamen per Conſcientiam non licent. Ita diſputatur de legibus illis, cum ruſtici venationem etiam inſtituunt.

Stobæus eſt ſcriptor locorum communium magni propterea æſtimatus, quod multa collegit, quibus carendum nobis eſſet, niſi apud eum haberentur.

Proverbia non minimam partem Philoſophiæ Practicæ conſtituunt, & apud varias gentes in variis linguis eadem. Latina tractavit *Eraſmus in Chiliadibus. Janus* etiam *Gruterus in Florilegio Ethico & Politico* ea tractat. Germanica collegit *Agricola. Plinius* in ſtylo Attico eſt excellentiſſimus in ſuis Epiſtolis.

Auguſt. de Civitate Dei Politico omnino evolvendus.

CAPUT VI.

CHaracteres ſunt, quando mores inſignibus quibusdam notantur.

CAPUT VII.

QUotiescunque Platonem cum Ariſtotele conjungit, vult oſtendere con-

ſenſum omnium Philoſophorum citatis duobus Philoſophorum Principibus. Tragici ſunt propriè argumenti Politici.

DISSERTATIO
De
STUDIO MORALI
Seu
Ethico quod omnino debet conjungi cum Studio Politico ad c. 6. l. 1.

(1) DE Syſtematicis Scriptoribus dicetur, ubi primò nominandus *Ariſtoteles*, *qui l.* 10. *Nicomachicorum* ſcripſit opus perfectiſſimum. Scripſit etiam Magna Moralia. Sed hæc partes tantum tractant. Inter interpretes Ethicorum *Andronicus Rhodius* excellit. Cæteri Interpretes, *Euſtathius*, *Michaël Epheſius* & *Aſpaſius* in *Aldina Editione* ſunt conjuncti, & hi ſunt Interpretes antiqui. Ex recentioribus præclarè meriti de Ethicis *Ariſt. Joach. Camerarius*. Poſt illum *Petrus Victorius*. Inter Syſtemata minora *Hornejus* non debet ſperni, *Jonſtonii* Centones imitatione *Lipſii* etiam extant. *Thomaſii* accuratæ Tabellæ Ethic.

Ethic. ut & *Stirii* præcipuè commendantur.

Secundum membrum per celebriores ſectas ibit. Ex Stoica ſecta habemus *Enchiridion Epicteti*, in quem extant Commentatores (1) *Simplicius*, 2. *Salmaſius*. Alter interpres & quidem utilior, qui legatur, eſt *Arrianus*, hunc reddidit Latinè *Angelus Politianus* verſione elegantiſſima. *M. Antonii Imperatoris l.* 14. *de ſeipſo & ad ſeipſum*, de hoc libro varia DD. judicia. Inter nævos *Stoicæ* Philoſophiæ eſt nimia illa jactantia, minutiloquia etiam inter ea referenda, quæ deſiderantur in *Stoica* Philoſophia. Et verbo fallunt, ut loquitur *Cicero*, *Seneca* inter Latinos *Stoicos* præcipuus.

Sequitur Secta *Epicuræa*. Vitam *Pythagoræ* deſcripſit *Porphyrius* & *Diogenes Laërtius*, amplius *Jamblichius*. Poſt hæc habemus carmina aurea *Pythagoræorum* ab *Hierocle* commentario ornati. Quid *Epicurus* potiſſimum docuerit, conſtat ex *Diogene Laërtio*, *Cicerone*, *Plutarcho*. *Gaſſendi* etiam Philoſophia *Epicuræa*.

Nunc mixta ſexta ſequitur, ad quem

pertinet *Cicero*, qui *Ethicum* nobis reliquit opus in libris de *finibus*, cui ſuccedunt *Tuſculanæ Quæſtiones* & *Academicæ*, ſequuntur has *officia*, nunquam ſatis laudandum opus.

Tertium membrum de diverſis ſcribendi formis, ubi occurrunt (1) Dialogi à *Platone* frequentati. Alius modus pertinet ad characteres. Character Latinè eſt notatio, cujus generis habemus opus *Theophraſti* Characteres Ethicos, ad imitationem contenderunt *Carolus Paſchalius*, qui ſcripſit characteres virtutum & vitiorum Opus eximium. Alius ſcribendi modus pertinet ad exegeſin materiarum ſingularum, ut *Senecæ libri de Beneficiis*. Et *Plutarchus* proprius hujus generis ſcribendi autor. Apud *Stobæum* habemus etiam multa. Inter recentiores pertinet *Petrarcha*. Ex *Hiſpanis Guevarra* trivit hanc viam. Alius ſcribendi modus pertinet etiam ad Symbolicum genus. Ex recentioribus *Franciſcus de Verulamio* huc referendus. Pertinent huc *Pierius* & *Cauſſinus* Scriptores *Hieroglyphicorum*. Huc etiam pertinent *Emblemata Alciati* & *Joachimi Camerarii*.

Em-

Emblema debet eſſe quadratum: *Savedra* etiam *Emblemata* ſunt bona, & quæ commendentur digna. *Andreas Pronejus* etiam ſcripſit emblemata.

Altorffina Emblemata etiam commendantur. Eſt alius ſcribendi modus, qui ad γνωμολογίαν pertinet. *P. Sirus Mimus* in eo commendatur. Alius ſcribendi modus ſunt quæſtiones, *item* alius fortuitæ Diſſertationes, de quibus non magnificè admodum ſentiendum. Alius modus etiam per fabulas Æſopicas. Inter eos commendandus *Phædrus*, qui in omnium debet eſſe manibus.

Quartum membrum de *Scholaſticis* dicet. *Sæc.* 12. & 13. cæperunt Scholaſtici exſurgere, quorum primus *Petrus Lombardus*. Diſtinguuntur Scholaſtici in *Veteres* & *Recentiores*.

In Veteribus conſiderantur hæc: (1) Quod in Bibliis contenti erant verſione Latina. (2) Quod deſtituebantur cognitione antiquitatis. (3) Quod ad minutias Quæſtionum dilatabantur. (4) Quod confundebant Theologiam & Philoſophiam.

Google

Recentiores evinxerunt hæc quidem. Iſagogicus eſt Scriptor *Dominicus à Soto*, qui habet *ſedes materiarum*. *Iſagogica* etiam *opera eſt Sylveſtri Priſ.riatis*. Exegeticorum eſt Princeps *Ludovicus Molina*, qui edidit volumina ſex de *Juſtitia & Jure*, poſt hunc *Johannes de Lugo Cardinalis*, acumine ingenii præfertur his *Leſſius*. Laudem ſingularitatis petit *Medina*. Collectores ſunt *Johannes de Dicaſtillo*. &c.

Quintum membrum ad Locos Communes Ethicos pertinet. Quo pertinent *Polyanthea Langii*, de qua tamen non magnificè ſentiendum. *Theatrum vitæ humanæ Zvvingeri* commendatur. *Laurentius Beierling Jeſuita Theatrum* ſcripſit ad obſcurandum Zvvingerum, ſed ἀκρίβειαν *Zvvingeri* non attingit. Alii titulos Locorum Communium collegerunt. *Keckermanni* Tituli & *Alſtedii* in Encyclopædia, & Florilegium *Gruteri* huc referendum.

Sexta pars pertinebit ad Poëtas. Proprium autem hoc eſt *Comicorum* & *Satyricorum*. Inter Satyricos excellit *Horatius*. Hunc *Juvenalis* excipit. *Perſius* obſcuriſſimus eſt. Recentiorum eſt *Barclai*

Saty-

Satyrica. *Janus Nicius Erythræus* ſcripſit *Eudemiam*, ubi mores Cardinalium Romanorum deſcripſit, eſt libellus etiam *Tiges Gallus* hic recuſus, qua Satyra irridet mores Gallicos.

Septimum membrum mentionem faciet de Ethica Chriſtiana, quo pertinent *Ambroſii officia.* Item *Johannes Sarisburienſis in Polycratico ſuo.* Ex recentioribus *D. Ernſtius Ethicam Chriſtianam* edidit.

Ad Libri I. CAP. VIII. & IX.

SApientia in Theoreticis, Prudentia in Practicis verſatur.

Verſus *Homerici* tanquam oracula ſolebant pronunciari. Sic *Auguſtus* ſemper in ore habuit aliquem verſiculum ex *Homero*, quem deinde rebus propoſitis accommodavit.

Philippus Cominæus lib. 2. totam diſſertationem habet de Experientia, ubi oſtendit, quantum juvet experientia, & quid deſideretur pariter in experientia, quod nempe nemo rebus omnibus intereſſe queat, & affirmat aliquem plus per tres menſes ex Hiſtoria diligenter lecta ad-

diſcere poſſe, quam per integrum annum per experientiam.

Maximum eſt donum DEI, ſi quis ſit præditus ingenio, & judicio practico; nam qui hoc deſtituitur, non poteſt ſanè penetrare ſatis negotia.

Quomodo Hiſtoriæ tractandæ ſint, ut ad uſum civilis vitæ rectè applicentur, *Caſaubonus ad Polybium* in ſua egregia diſſertatione docet. *Tilemannus* edidit *Diſcurſum de Hiſtoricis*, qui hic ſupplere poteſt, quæ omiſit *Lipſius* in recenſione Hiſtoricorum.

Xenophontis Hiſtoria, quod & *Lipſius* notat, ſcripta eſt non tam ad fidem Hiſtoriæ quàm ad imaginem boni Principis, unde non deſcripſit *Cyrum* qualis fuerit, ſed qualis eſſe debuerit.

Sed non debuit hic omitti *Dio Caſſius*, qui autor digniſſimus eſt, qui diligenter tractetur. Nec *Herodianus* debuit omitti quo nullus eſt ſcriptor magis terſus, & ille in Græcis omnino, quod in Latinis eſt *Curtius*. *Tacitum* reprehendit quidem *Caſparus Scioppius*, quod malas artes doceat,

ceat, ſed immerito. Nam non docet illa *Tacitus*, ſed fugienda proponit.

Patavinitatem Livio multi objiciunt, ſed nemo recte explicare poteſt, in quo conſiſtat *Livii Patavinitas*. Vid. Patrit. orat. Voſſii p. m. 276.

Non omnes Scriptores eâdem diligentiâ tractavit *Lipſius*. *Tacitum* & *Senecam* quidem accuratiſſimè ſcivit, ſed alios non æque, unde quoties de *Tacito* & *Seneca* judicat *Lipſius*, rectiſſimè ſane judicat, ſed quando de aliis judicat, ſæpius errat, quod inde ortum eſt, quia non omnes pari diligentia tractavit, *Curtius* eſt Scriptor verè Aulicus.

Cæſar ſcripſit & vixit ævo optimo, primus certe poſt *Ciceronem*. Inter Latinos Scriptores non debuit etiam omitti *Suetonius* autor nunquam ſatis laudandus.

Ammianus Marcellinus Scriptor Aulicus & eximius, ſed defuit ipſi eloquentia, nec ſemper omnia

ita

ita eloquitur, ut alii Scriptores. *Arnoldus Ferronus* etiam eſt rectiſſimi judicii ſcriptor. Inter recentiores laudandus etiam omninò eſt *Thuanus*, *Joh. Bapt.* perſonatus Jeſuita, cujus liber flammis datus, Gallus quidem nævos ejus multos conatus eſt demonſtrare, ſed immerito reprehendit *Thuanum.*

Eraſmus ſcripſit Dialogum, cui Titulus eſt *Ciceronianus* contra eos, qui nimis religiosè imitari *Ciceronem* volunt, ut fecit *Petrus Pembus.*

Famianus Strada ambiguè apud varios audit. Autor ſat egregius. *Caſpar Scioppius infamiam Famiani* ſcripſit, ſed ibi tantum *ſtylum* ejus notat.

DISSERTATIO
De
STUDIO HISTORICO.

CUjus membrum primum eſt de præparatoriis Studii Hiſtorici, qui igitur præparatus vult accedere, debet legere *Lucianùm* ex Antiquis, aut ex recentioribus. *G. I. Voſſii artem Hiſtoricam.*

Secun-

Digitized by Google

Secundum membrum agit de *Hiſtoria univerſali*, ubi iterum laudatur conſilium *Voſſii* in libro ſuo *de Philologia ſub fin.* Sed *Chronicon Carionis*, quod ſub ejus nomine ſcripſit *Phil. Melanchton.* & cujus alteram partem continuavit *Peucerus*, tale eſt, ut ei nullus ſanè præferendus ſit. *Cluverii* etiam *Hiſtoria* commendatur, ſed ſæpe in margine pro fontibus nominantur rivi. *Metbomii Notæ ad Sleidanum* laudantur.

Chriſtiani Matthiæ liber etiam methodi novitate multis placet, ſed nil habetur, quod magnam laudem mereatur. De cætero etiam *Gothfridii IV. Monarchia* Germanicè ſcriptæ eſt opus excellentiſſimum & utiliſſimum.

Natalis, Comes in cujus libros *Caſparis Biccii* notæ extant, laudatur, non tam autor ipſe, quam notæ in illum.

Hiſtoria univerſalis non potuit expectari à Gentilibus, quia de primis mundi mille annis nihil ſciverunt ferme.

Tertium membrum de particulari Hiſtoria, cujus conſiderantur (1) Indices, in quibus primo nominandus *Voſſius*, cu-

jus

jus duplex extat opus de *Græcis* & *Latinis Hiſtoricis*. Sed & in *Indicibus Bibliothecarum* referuntur Hiſtorici ſingularum Gentium. (2) Tractat κριτήριον Hiſtoricorum particularium. De *Guicciardino* temerè judicavit *Bocalin*.

De *Natali Comite* multi melius quam eſt meritus, judicarunt. *Piaſecius* ſummopere fuit initio expetitus, ſed tanti non eſt, quanti principio fuit æſtimatus; nam de rebus exterorum malè ſæpe judicat. *VVaſſenbergius Florum Germanicum* edidit, ſummo applauſu primo acceptum, ſed is neque bonus Hiſtoricus eſt, neque bonus Latinus. Non bonus Latinus, quia ſæpè vitioſè ſcribit, ut cauſavit pro cauſatus eſt. Bonus Hiſtoricus non eſt, quia non habuit ſubſidia ad Hiſtoriam ſcribendam neceſſaria. Et fuit ille potius novellarum ſcriptor quàm verus Hiſtoricus.

Tertia pars tertii membri habet collectionem Hiſtoricorum Italicorum & Polonicorum, à *VVechelüs* habemus corpus Hiſtoricorum Anglicorum, corpus Gallicorum, item Hiſtoriæ Hiſpanicæ.

In quarta parte tertii membri continetur

netur Electio Hiſtoricorum Particularium. De hoc ſciendum, quod cuique ſua potiſſimum tractanda eſt Hiſtoria, ut Polono Polonica, Germano Germanica, & in ſumma Hiſtoria Europæa.

In quinta parte quinti membri continetur Tractatio, quæ primo inſtituenda per ſummas, quæ vel ſunt ſummæ ſtatus, ad quos pertinent Hiſtoriæ Rerumpubl. quo pertinet *Archontologia Coſmica Bozeri*, ſed deſideratur hac in parte, quod non jus publicum melius attendunt. *Caſpar Ens in libris Epidorpidum* etiam deſcribit Rempublicam cujuscunque nationis. Et præſertim ad deſcriptionem ſtatus pertinet Jus Publicum, vel ſummæ rerum geſtarum, ita habemus *Joh. Titii res geſtas bellicas* ſummatim ſcriptas, rerum Germanicarum res geſtas apud *Hulderium Mutium* habemus.

Sexta parte tertii membri continetur Comparatio Scriptorum inter ſe, qui de eâdem re ſcripſerunt. Rerum Belgicarum Hiſtoriæ leguntur, ſed ſcripſêre illas Hiſtorias varii 1. Hiſpanis addicti Belgis 2. addicti; 3. neutris partibus addicti; niſi hoc

quis

quis comparaverit, non glorietur, ſe multa in his noſſe. *Thuanus* eſt medius & *Cambdenus* neutris partibus addictus.

Quartum membrum annotationem ſui temporis tractat, quod peregrinantibus inprimis incumbit. Sic Romæ Diaria conſcribebant ſibi materiam Nobilium filii, qui aſpirabant ad Senatoriam dignitatem, ad quæ ſæpe provocat *Tacitus*.

Quintum membrum defectus in Hiſtoria particulari continet, quorum cauſa eſt imperitia rerum civilium & ignorantia; ante ſeculum 6. vel 7. ſcripſerunt tantum Hiſtorias ſimplices Monachi, unde multis rebus hodie propterea caremus.

Secunda cauſa eſt ex caſibus temporum, quibus hiſtoriæ & arcium incendiis & bellis conſumuntur.

Tertia cauſa defectus ad conſilium arcanum Aulicorum quorundam pertinet, qui nolunt ſuadere Principi, ut conducat Hiſtoricum alere, ne in publicum producantur talia, quæ ipſi mallent manere obſcura & occulta.

Sextum membrum de Hiſtoria Germanicarum rerum. Iſagogici libri ſunt

Leman-

Lemanni Chronicon Spirenſe. Introductio ad res Germanicas & Jus Publicum. Alterum *Hulderici Mutii.* Tertium *Aventini Annales Boici.* Secundo de collectione Germanicorum Scriptorum. *Piſtorii Opus Script. Germ. Freherus* laudatiſſimo opere complectitur etiam *res Germ. Juſtus Reuberus unm tomum, Urſtiſius unum tomum, Schardius* 4. *tomos rerum German.*

His addenda etiam ſunt Chronica, ut habemus *Colonienſe Chronicon, Annales Trevirorum.*

Ad Libr. I. CAP. X.

AGricola *Taciti* poteſt eſſe exemplum Studii Politici feliciter & ſapienter tractati. *Petri Gaſſendi Phyſicum Opus* admirabile propter experimenta inprimis; & *Athanaſii Kircheri Opus Phyſicum* laude dignum. *Joh. Baptiſta Ricciolus in Geographia reformata* accuratè tractat omnia. Hujus Regis Galliæ Pater artem fuſoriam probè calluit.

Liber II. Cap. I. & II.

PRincipatus à quibusdam opponitur Monarchiæ & abſoluto Imperio, ſed hodiernis moribus ita obtinet, ut omnes Reges & Monarchæ etiam Principes vocentur. *Contarenus* Senator Venetus ſcripſit *Rempublicam Venetorum*, ubi monſtrat Rempubl. Venet. mixtam eſſe ex omnibus tribus formis Rerumpubl. nempe Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia.

DISSERTATIO
De
CIVITATE.
Ad Cap. I. Libri II.

PRimum membrum: Quæ ſit origo civitatis ſ. Civilis conſociationis tractat. ubi occurrunt ſententiæ erroneæ, & vera. Inter erroneas pertinet, quando putant quidam vitam ab initio belluinam planè fuiſſe, ut putat inter alios *Vitruvius l. 2. c. 1. Lucret. l. 5. ſui carminis* hanc ſententiam erroneam refutat. *Ariſt. l. 3. Polit. c. 4. Cic. l. 1. Offic. c. 44.* Altera ſententia erro-

erronea priori plane eſt contraria, quod nempe ſpontaneo ordine coiverit civilis ſocietas, inter quos & *Tacitus* 3. *Ann. c.* 26. *& Senec. Ep.* 90. Vera ſententia eſt, quod ſoc. civil. ſit à natura. Naturæ enim humanæ appetitus ſocietatis excellens eſt inſitus, & talis ſocietatis, quæ homine digna eſt. Hanc ſententiam tractat inter Philoſoph. *Ariſtot. l.* 1. *Polit. c.* 1. *&* 2.

In ſecundo membro de Nominibus dicendum. Ut (1) de Civitate quæ à nonnullis materialiter tantum accipitur, quatenus ſignificat multitudinem ſine forma. Sed materiam cum forma ſumendam eſſe, monet *Conring. in Diſſertat. ad Ariſt. c.* (2.) Vocab. eſt Reſpublica, quam tantum de forma plerique accipiunt, ſed contra mentem Veterum. Sumitur enim Respublica de toto, nempe materia ſua forma conſtante. (3) Vocab. eſt Populus, qui ſæpe ut civitas uſurpatur. (4) Vocab. Imperium, quod quidam de Repub. majoribus accipiunt, ſed non rectè. (5.) Vocab. Urbs, quæ propriè locus mœnibus clauſus dicitur. Interdum tamen urbs abuſivè pro civitate uſurpatur, vulgo ra-

tionem hujus diſcriminis afferunt exemplo Romæ & Carthaginis, quæ tamen diſtinctio à multis non rectè applicatur, nam πόλις tam urbem quam civitatem ſignificat. Itaque rectè Romanos reprehendit *Grotius l. 2. de I. P. & B.*

De cauſis efficientibus civitatis tertium membrum agit. (1) Cauſa efficiens eſt DEUS non permittendo, ſed præcipiendo potius ad naturæ corruptæ conſolationem. (2) Natura, DEUS per naturam agit; quod nonnulli dicunt, natura appetit quidem ſocietatem, ſed non civilem, eſt falſum. (3) Sunt conditores Politici, κτισταὶ Græcis dicti. *Cic. l.* 1. *de orat. c.* 19. *confer.*

Quartum membrum de cauſa materiali. Materia Civitatis ſunt Cives. Civis definitio apud *Ariſtot. l.* 3. *c.* 2. *Polit.* habetur. Sed iſta definitio tantum ad Civem Democraticum pertinet. Diſcrimina Civium apud *Ariſtot.* locis laudatis exponuntur, ubi cives dicuntur alii magis plene, alii minus plene, ut *Bodinus l. 6. c. 6. de rep.* etiam exponit.

An quis poſſit eſſe civis duarum civita-

vitatum, *Arniſæus l.* 1. *c.* 5. §. 7. tractat & *Cicero pro Cæcinna.*

De modis obtinendæ civitatis primus eſt nativitas, ſecundus manumiſſio, per quam cives fiebant, tertius eſt cooptatio ſive allectio. Sic apud *Tac. l.* 11. *Annal. c.* 24. exemplum eſt de mutanda civitate, qui modi jure civili definiuntur. Sic quæritur, an aliquis per deportationem deſinat eſſe civis; ſic an liceat mutare civ. *Grot. l.* 2. *de I. B. & P. c.* 24. tractat.

De forma civitatis quintum membrum, quæ duplex eſt; Eſſentialis & Accidentalis. Eſſentialis, qualis eſt imperium ſive ordo imperandi & parendi, qui ordo in omni civitate eſt & ſemper. Accidentalis deſumitur à ſubjecto ſummæ poteſtatis, an ſit penes unum, an penes plures, an penes omnes.

Hobbeſius in Elementis de Cive profanius judicat de origine ſummi Imperii.

6. Finis civitatis eſt felicitas civilis, quæ eadem eſt cum Ethica, ut demonſtrat *Ariſt. l.* 3. *Polit. c.* 4. *l.* 4. *Pol. c.* 11. *l.* 7. *c.* 2. 3. & 13. *Plato l.* 2. *de Republ.* diſquirit de omnibus, quæ pertinent ad finem Civitatis obtinendum.

Aberrant ab hoc fine civitates, quæ potius ad lucrum quàm honeſtatem omnia referunt. De qua vid. *Grot. l. 3. c. 3. n. 2. de I. B.* Aberrant ſecundò, qui omnia ad ambitionem referunt.

7. Definitio civ. Civitas eſt hominum ſocietas perfecta rebus neceſſariis inſtructa certo ordine imperandi & parendi diſtincta ad bene beatéque vivendum.

Ad Lipſii Libr. 2. Cap. 3.

DE accidentalibus Reipub. formis poteſt abſolutè dici, quæ ex illis ſit optima, ſed reſpiciendum eſt ſemper ad ingenium nationis, & ſecundum illum pronunciandum. Dividit Monarchiam *Ariſtot.* in 1. Spartanum Regnum. 2. Extremam ſpeciem, quæ eſt abſolutiſſimum Imperium. 3. Regnum Heroicum. 4. Regnum Barbaricum. *Tacitus* in Civilem & Herilem dividit Monarchiam.

Auguſtinus Niphus de Regno & Tyrannide modisque perveniendi ad Principatum opuſcula ſcripſit.

Sa-

Sanſovini de Ordinibus Equeſtribus liber commendatur.

Ad Lipſii Lib. II. Cap. IV.

ANno quarto hujus ſæculi Suecia Regnum Electivum factum eſt ſucceſſivum.

Lucanus eſt Poëta verè Politicus, & multis placet ob eximias ſententias & acumina.. Et ſunt Epici Poëtæ omnes Politici, unus tamen altero præſtantior eſt.

DISSERTATIO *De* *ELECTIONE.*

DE ſignificatione vocis. Electio enim impropriè, & quidem dupliciter uſurpatur: (1) Pro adoptione. (2) Per quandam mixturam lege aut more introductam. Sic prius in *Dania* electio erat in uſu, ſed ut familia Regia præteriretur. Propriè dicta electio eſt, quando ſimpliciter & liberè eligitur *Rex*, quando alter deceſſit, vel ſe regno abdicavit. *1. Membrum.*

2. Membr. Pertinet ad diſtinctionem Elect. à ſucceſſione. Vulgo ita diſtinguunt, quod Electiva Regna non ſint abſoluta & jure regio pleno prædita. Contra ſucceſſiva ſint abſoluta. Sed falſa hæc eſt diſtinctio, nam poſſet in Regno Electivo concedi plena & abſoluta poteſtas, & limitari contra in ſucceſſivo poteſtas. Origo huic diſtinctioni fuit, quia plerumque Reges in Electivo Regno non ſunt ita abſoluti, ut in ſucceſſivo Regno.

3. Membr. Exemplum Regni Electivi Polonici, quod Regnum ad Principatum pertinet, ut *Bodin. l.* 1. *c.* 8. judicat. Sed ubi unius tamen potentia præeminet. Et habet Rex ſolus omnia beneficia, quod temperamentum eſt valde ſalutare & utile.

4. Membr. Exemplum Imperii Germanici, ubi Imperatores non ſucceſſione, ſed Electione conſtituuntur. Ubi notandum, (1. quod non bene Scriptores quidam J. P. explicant Ele-

ctionem iſtam, dum ſubſidiariam Electioneni cum ordinaria confundunt. (2) Notandum, quod ſit Exemplum incomparabile electivi regni. (1) Propter legem Electionis, i. e. auream Bullam *Caroli IV.* quæ tam accuratè conſtituta eſt, ut lex ſimilis ex nulla hiſtoria peti poſſit. *Arumæus in Aur. Bullam, Rumelinus, Limnaus, D. Dietericus, & ad* 15. *capita Gerlacus, Buxtorfius* de eâ bene meriti ſunt. Introductionem *Quirinus Cubachius* propoſuit. (2) Propter capitulationem juratam. Hic de juramentis Principum & Regum dicendum, quæ duplici ſunt differentiâ, quidam, ut facti Reges jurant, & tunc ad ſolennia, non ad ſubſtantialia pertinet juramenta. Quidam jurant, ut fiant Reges. Reges item aliique abſque clauſula jurant, alii cum clauſula commiſſoria. Sic *Bodinus l.* 1. *c.* 8. de Poloniæ judicat Regibus. Qv. an hoc juramentum posſit ſtare cum jure regio? Nec rejicienda eſt *Bodini* ſententia, qui dicit, ſapit hæc clauſula Principatum, non Regnum. In Polonia duplex juramentum Regis eſt. Primum pertinet ad officium Regis, ut

cum jurat, ſe velle defendere Eccleſiam &c. In vita Conradi Salici reperitur hæc formula. Secundum pertinet ad regnum. In Germania Imperator jurat, ut fiat Imperator, ſed ſine clauſula commiſſoria. Prima Capitulatio in forma, quam habemus, eſt Caroli V. (3) Propter Electorum incomparabilem dignitatem. Nam talis Senatus non eſt, neque fuit in toto orbe, & præferendi omnino Electores ſunt Cardinalibus. Tertia diſputatio de præſtantia Electionis adjicietur, quæ à nonnullis J. Publ. ſcriptoribus movetur, ſed quæ hodie prorſus aliena diſputatio. Boni enim civis eſt non diſputare, an ſatius ſit alia ratio Reipubl. ſed ſuam tueri. Quarto de judicio *Barclaji* agetur *l.* 1. *Argen.* ubi reprehendit *Aur. B. Caroli IV.* ſed non tolerandum eſt illud *Barclaji* judicium, nam confundit *Barclajus* cætera facta Caroli IV. & non diſtinguit ab hoc facto. Quinto admonemus de modo tractandi hanc materiam. Scriptores Jur. Publ. duplicibus argumentis hanc materiam tractant ex jure Canonico, ſed hoc ad illuſtrationem tantum, non ad proba-

tio-

tionem pertinet. Et ſecundo ex jure civili de Electione Magiſtratuum, ſed hi textus ad Electionem Imperatoriam autoritate illuſtrationis potius quam probationis citantur.

6. An Electio ſemper includat jus depoſitionis, vel an Imperatores jus habeant deponendi Cæſarem. Ubi notandum exempla depoſitorum Imperatorum nimis incautè allegari, nam illa plerunque de facto, non de jure loquuntur. Sic exemplum *Henr. IV.* depoſiti nihil facit, nam ille per factionem eſt depoſitus. Solum eſt exemplum *VVenceslai*, quod habet diſputationem, ſed hic occurrunt ea, quæ planè ad caſum ſingularem pertinent, nam fuit ille non homo, ſed monſtrum hominis. Amplius notandum è poſita hypotheſi, qua poſſit deponi Cæſar, an penes Electores, an penes Remp. ſit depoſitio facienda.

7. Unde hodie adhuc poſſit turbari Electio? Reſp. Duo ſunt caſus, quibus hoc accidere poteſt: (1) Quando vivente Imperat. Rex Romanus eligitur, aut invito Imperat. aut invitis Ordinibus,

ut

ut exemplum habemus in *Ferdinando*, qui vivente *Carolo V.* invito Saxone & aliis electus eſt in Regem. Secundus caſus eſt ex ambitu externorum, quando externi quærunt in ſuas partes pertrahere Electores.

Ad Lipſii Libr. II. Cap. 6.

SUbditi abſolutè apud antiquos vix habetur, ſed ſemper ſubditi illi aut huic, & *Tacitus* libentius dicit ſubjecti, quam ſubditi.

Caſparus Barthius Commentariorum. *Heinſius* notas in *Claudianum* ſcripſit.

Ex opere *Senecæ de clementia* multa perierunt, quod opus propriè huc ſpectat. Vita conſtat ut Muſica intenſione & remiſſione.

Ad Cap. VII.

VOcab. Honeſtatis pertinet ad omnes titulos tum juris, tum gloriæ & honoris.

Utilitas complectitur damna contra & detrimenta.

Græci dicunt inequitare hominibus

tyran-

tyrannos, quod Latini dicunt incubare cervicibus ſubjectorum.

Ad Cap. VIII.

SApientia ad Theoreticam, Prudentia ad Practicam refertur.

Arcana ſunt vel boni Principatus, vel mali, ut Tyrannidis. Non minor tyrannis eſt emaſculare ſubditorum animos, quam eorum emaſculare corpora.

De *orationibus Salluſtii ad Cæſ.* dicendum, quæ verè ſunt Comp. Politicum, quas orationes *Lipſius* ferè totas transſcripſit, ut commendaret. Compendium tale Politicum Monarchicæ gubernationis eſt etiam Panegyricus *Plinii*, item *oratio ad Mæcenatem* apud *Dionem.*

Ad Cap. IX.

DISSERTATIO *De* *MORIBUS AC VIRTUTIBUS PRINCIPUM.*

PRima pars continet diſtinctiones quasdam morum. Secunda pars de variis

modis

modis tractandi de Virtutibus Principum. Tertia de Scriptoribus & tractatoribus ipſis. 4. Uſum hujus doctrinæ uno alterove exemplo ob oculos ponet.

1. *Membr.* Diſtinctio (1) eſt ex *Curtii l. 3. c. 6. ſub fin.* Inter dotes & artes per quas intelliguntur virtutes. Huic debet addi (2) ſimilis virtutibus ſpecies, ut *Tacit. 15. Annal. c. 48.* diſtinguit. *Barclaius l. 1. in Argen.* evolvendus, ubi de ingeniis, quod tertium eſt membrum, & moribus Aulicorum elegantiſſima eſt diſſertatio. (4) Diſtingui debent conſilia & actiones ex virtutibus profectæ. (5) Debent diſtingui tempora morum diverſa, *Tac. 6. Annal. c. 51.* exemplum egregium de *Tiberio* habet, & *Nerone*, qui primo quinquennio optimus fuit Princeps, ſed poſtea peſſimus. (6) Debet diſtingui mixtura morum. *Tacitus* ita loquitur, *inter bona malaque mixtus* de *Tiberio* loco citato.

2. *Membr.* Modi tractandi ſunt varii. Primus

mus eſt per modum commentandi, quem modum Theologi in *Pſal.* 101. uſurpant, tum etiam in *libros Regum*, & optabile eſſet extare in hos libros Commentarium verè practicum.

Secundus modus conſiſtit in Elogiis Principum, quæ duplicia, vel hiſtoriæ pragmaticæ inſerta, vel hiſtoriam conſtituentia.

Exempla Hiſtoriæ inſerta *Tacitus l.6. Annal. in fin.* de *Tiberio* proponit in *lib.* 1. *Hiſtor.* Elogium habemus *Galba*, ex recentioribus *Franciſcus Baconi de Verulamio Henrici VII.* inſigne admodum habet elogium, liber omnibus valde commendandus. Brevius inſeruntur elogia per characteres. Elogia quæ conſtituunt Hiſt. ſunt vitæ Principum, ut *Cyrus Xenophontis*, huc excellenter vitæ *Plutarchi* etiam pertinent & *Nepotis*. Ex recentioribus *Pantalionis deſcriptio Heroum* opus excellentiſſimum, ex Italis Elogia *Jovii* huc pertinent.

Tertius modus per Panegyricos ſive laudationes Principum. *Alexander Severus* apud *Lamprid. c.* 35. prorſus abhorrebat

rebat Panegyricos, ſed non planè improbari debent, ut monſtrat in Epiſtola quâdam *Plinius*. Panegyricus incomparabilis eſt *Plinii*, & pertinent huc cæteri 12. Panegyriſtæ *Latini*, *Pacati*, *Eumenii*, *Nazarii*, *Mamertini* Panegyrici. Edidit conjunctim *Janus Gruterus* Panegyriſtas.

Quartus modus per diſſertationes & tractationes. Hîc laudandum *Conradi Rittershuſii Speculum Principis civiliter boni*, majori opere, *ſpeculum Principis Bellagæ*, & *Antonii Guevarræ Horologium Principum*, qui liber ita in omnium ferè fuit manibus, ut putarent, nihil poſſe præſtantius reperiri hoc opere, ſed eſt hoc opus novi exempli. Nam voluit Autor deſcribere *Antoninum*, de quo multa habet vera, ſed plura etiam falſa.

Quintus modus eſt Dramaticus ſive per Dramata, quæ ſunt actiones, ad quem modum propriè pertinent Tragici. Sed Epici Poëtæ etiam huc pertinent, ut *Ilias Homeri*. *Virgilii Æneas* &c. *Maximilianus I.* edidit librum, cui titulus eſt Theur-Danck.

Scriptores ſunt partim Politici, 3. *Membr.*
Lipſius & *Schönbornerus* in ſuis
oliticis, ſed laudandi hic etiam
ræſertim Scriptores J. Publ. qui
actant de virtutibus Principum,
uando tractant caput de Impe-
atore, quod quidem quà tale ad
us Publicum non pertinet.

Uſus (1) in legibus ſcribendis 4. *Membr.*
aximus eſt hujus doctrinæ, & in
rimis in Prooemiis legum. Sub
oce prooemii autem continentur
mnia, quæ ad ſuadendam aut
nterpretandam legem pertinent.
2) In Epiſtolis nomine Principum
cribendis. Sic Bembo Scriptore
Epiſtolas *Leonis X.* Pontificis ha-
bemus, & antiquum monumen-
tum Græcas Epiſtolas Imperato-
rum, quas collegit *Cujacius* JCtus.
(3) Ad ſolennitates varias & cere-
monias, ut hodie loquuntur, huc
pertinent *Pandectæ Triumphales*
Franciſci Modii, Gallicè in Thea-
tro honoris multa talia reperiun-
tur.

Ad Lipſii Libr. 2. Cap. X.

AD quæſt. an Princeps ſit ſolutus legibus, confusè plerumque reſpondetur. Nam diſtinguendum eſt inter Principem abſolutum & talem, qui autoritate magis quàm poteſtate eſt Princeps. Leges autem hic intelliguntur tantum civiles. Nam de legibus naturalibus & Gentium nulla omnino eſt quæſtio, & errant iſti Politici, qui diſtinguunt inter Majeſtatem realem & perſonalem, dum dicunt, quod ſit Majeſtas ſumma & legibus ſoluta poteſtas, & perſonam Majeſtatis tamen legibus ſubjiciunt. Quod ſit ſolutus legibus Princeps, probat *L.* 11. *ff. de LL.* ſuper quam legem *diſſertationem* ſcripſit, quam *Ulpianum* vocat, *Jacobus Gothofr.* qui omnino videndus eſt.

Caſſiodori Epiſtolæ ſive formulæ omnibus Juris Studioſis debent eſſe commendatæ, ſed non ad imitationem eſt adhibendus, ut perperam nonnulli faciunt. Nam liber eſt verè juridicus. *Xenophon* propter ſuavitatem eloquentiæ dictus eſt *Chryſoſtomus* ſive orator oris aurei. Ludus

apud

apud *Senec.* eſt feſtiva Satyra in mortem *Claudii* ſcripta, in quam commentatus eſt *Dan. Heinſius.*

Ad Caput XI.

T*Heogonia Heſiodi* non aliud eſt, quam Hiſtoria Regum.

Jurisdictionis tres ſunt partes: (1) Eſt cognitio cauſarum. (2) Pars dicitur jurisdictio ſpecialiſſimè ſic dicta. (3) Pars eſt executio.

Apud *Ariſtot. in Rhetoricis* non alia exempla quam forenſia & ex curia petita habemus. Vid. *Grot. in ſparſione Florum ad Jus Juſtinianeum.*

Columellæ exordia ſunt planè ſingularia, ubi ſæpius locum aliquem communem eleganter tractat.

Æquitas intrinſeca eſt, quæ ſumitur ex ipſa lege. Æquitas extrinſeca eſt, quando ipſa lex cedit poteſtati judicis, quod ſummo tantum judici competit.

De Legislatore argumentum nondum ſatis & ſufficienter hactenus tractatum eſt. In Republ. & paucitas legum & nimia multitudo legum noxia eſt. *Lam-*

bertus Danæus in Politica Chriſtiana catalogum Alphabeticum proponit rerum, de quibus poſſint leges ferri.

Ad Cap. XII.

DISSERTATIO
De
ADMINISTRATIONE
JUSTITIÆ IN REPUBL.

HOc argumentum eſt verè Comitiale in Imperio Romano Germanico. De quo in omnibus ferè Comitiis actum eſt. Eſt autem Juſtitia res tenera, quæ ſemper opus habet correctione.

Secundum membrum pertinet ad Cameræ Spirenſis Juſtitiam, quæ à *Maximiliano I.* ſub finem nuperi ſæculi inſtituta eſt: Scriptores hac de re ſunt tres: 1. *Denaiſius*, 2. *Rodingus in Pandectis Cameralibus*. 3. *Mindanus de Proceſſibus Cameralib.* Acceſſit his etiam judicium Aulicum.

Tertium membrum controverſias quaſdam tanget. Quæritur: An Camera propriam an mandatam juriſdictionem habe-

habeat. *Hippolytus à Colle* mandatam habere putat, alii contrarium ſtatuunt, quia Jurisdictio mandari non poteſt niſi à Magiſtratu. Cæſar autem & Imperium non ſunt Magiſtratus. Mandare autem jurisdictionem aliter apud JCtos, aliter apud Politicos accipitur; ut apud Politicos accipitur, poteſt eſſe mandata. An Jurisdictio Cameræ Spirenſis ſit Cæſaris, an Imperii, an utriusque? Camera autem Spirenſis & Cæſaris & Imperii nomine Jurisdictionem adminiſtrat. 3. An quis recuſare poſſit Jurisdictionem Cameræ, quæ controverſia nupero ſæculo vehementer fuit agitata, & ita convenit, ut in religione non poſſint conveniri apud Cameram. *Strauchius in Exotericis Diſſertat.* 13. hæc exequitur.

Quartum membrum pertinet ad quædam conſilia de adminiſtratione Juſtitiæ emendanda. Quinque *VVehnerus* collecta dedit im Juſtitz-Weſen. Primum eſt ex *Antonio Fabro*. 2. Ex *Nicolao Vigelio*. 3. Ex *Mindano*. 4. Ex *Roſacorbo in Deciſionum præfatione*. 5. Ex *Anonymo*, quæ conſilia ſunt optima.

Quintum membrum tanget admi-niſtrationem Juſtitiæ in Gallia. Hiſto-riam ejus rei habemus in *Rabeleſii* Satyri-cis, quæ agunt de *Tabe fori*. Fuit autem ille *Rabeleſius* per omnem vitam jocis de-ditus, ut & ex *Argenid. l.* 3. *Barcl.*

Sextum membrum pertinet ad præ-judicia Cameralia. In Jure dicundo ma-gna omnino debet eſſe autoritas rerum judicatarum ſive præjudiciorum, & ſunt præjudicia Cameralia magnum ſanè lu-men. Laudantur *Gylmanni Symphoremata*, *Meiſneri Camerales Deciſiones*, *Klockii Vota Cameralia.*

Septimum membrum Auſtregarum mentionem faciet, quod judicium præci-puè ad Principes ſpectat, de his Auſtre-gis difficilis quæſtio, an plus proſint, an plus noceant juſtitiæ adminiſtrandæ pro-pter impedimenta multiplicia?

Octavum membrum de cauſis ma-trimonialibus Principum aget, ubi tan-quam hiatus aliquis occurrit.

Ad

Ad Lipſii Libr. II. Cap. XIII.

ARe medicâ multa ſumuntur ſimilia ad Politicam feliciter, ut monſtrat *Cononnerius* in ſuo opere.

Grot. l. 2. de J. B. c. 8. eruditè cauſas conquiſivit, cur miſcenda ſit cum juſtitiâ clementia. Diſputant viri eruditi de *Orationibus Salluſtii*, quas quidam Epiſtolas de ordinanda Republ. ad Cæſ. ſcriptas eſſe, alii orationes eſſe aſſerunt.

Ad Cap. XIV.

AD fidem etiam recta interpretatio pactorum pertinet, ut *Grot. l. 2. c. 6.* oſtendit, non tantum religioſa pactorum obſervatio. *Grot. l. 3. c. 19.* egregiè diſſerit, an perfidis etiam ſit ſervanda fides.

Ambroſius in officiis imitatus eſt officia Cic. & nonnulla ex Chriſtiana Philoſophia adjunxit.

DISSERTATIO I.

De

FOEDERE CAUDINO.

STatus quæſtionis eſt, an Romani non ſervando Fœdus Caudinum fidem fregerint? Romanos defendit *Grot. l.* 2. *c.* 15. *n.* 16. Rationes ſunt, quia Fœdus *Caudinum* ſponſio, tantum non fœdus fuit, fœdus enim fit ab illis, qui habent jura Majeſtatis, ſponſio fit à Ducibus, qui non habent jura Majeſtatis. Fœdus per ſe valet, ſed ſponſio ratifieri debet ab illis, penes quos eſt ſumma poteſtas. Secunda Ratio pro Romanis eſt, quia *Samnites* fide ſponſorum & obſidum fuerunt contenti. Tertia pro Romanis poteſt dici *Samnites* non obligaſſe ſibi fidem Romanorum. Quarta pro Romanis eſt, quia dediderunt ſponſionis autores *Samnitibus*. Pro *Samnitibus Pufendorfius l.* 1. 12. 52. diſputat, (1) à probabilitate præſumti conſenſus. (2) Quia putarunt Samnites, Duces Romanos habere poteſtatem efficaciter feriendi fœderis. (3) *Samnites* præſtitiſſe Ro-

Romanis eâ, quibus redimi poſſent promiſſa Conſulum; & quibus mererentur pacem. (4) Quod hæc pactio cedebat in Commodum populi Romani. (5) Ab æquitate poſtulatorum in Pactis, quia nihil aliud quam finem injuſti belli quærebant. (6) Quod Romani fuiſſent obligati reſtituere rem in eum ſtatum, quo ante ſponſionem erant.

Prima ratio pro *Samnitibus* vera quidem eſt, ſed non ſufficit ad accuſandos Romanos, quia neceſſitate juris non obligabantur Romani ad ſervandam fidem.

Secunda ratio pro *Samnitibus* non ſatis firma eſt, quia vix credibile *Samnitibus* non fuiſſe perſpectum Statum Reip. Romanæ, cum quibus jam toties bellaverant.

Tertia ratio pro *Samnitibus* vera quidem eſt, ſed iterum ad duritiem Rom. non ad perfidiam probandam pertinet.

Quarta ratio pro *Samnitibus* eſt petitio principii, ſeu id, de quo quæritur & negatur Romanos ad illud fuiſſe obligatos, & hæc ſunt, quæ in utramque partem diſputari poſſunt.

Quinta ratio pro *Samnitibus* non admodum firma, quia de Juſtitia belli non poteſt diſputari inter partes.

Sexta ratio pro *Samnitibus* non valet, quia negabant hanc Romani. Utilitas enim (1) ex re præſenti ſpectatur, (2) ex ſumma rerum.

PARS SECUNDA DISSERTATIONIS

De

Germanicis Fœderibus, & præcipuè de Fœdere cum Gallis & Suecis nonnullorum Ordinum Germaniæ.

FUndamentum hujus Fœderis (1) Jure Statuum nititur, quibus licet cum exteris etiam ferire fœdus.

(2) Cauſa impulſiva fœderis fuit ex motibus Polonicis. Timebant enim Status, ne motus Polonici etiam Germaniam turbarent.

(3) Scopus Fœderis eſt mutua defenſio & ſecuritas pacis publicæ.

(4) Huic Fœderi non parum firmamenti ſubjicit *inſtrum. Pacis.*

(5) De Utilitate hujus Fœderis facienda mentio, quam magnam fuiſſe putant,

tant, qui norunt Statum Reipubl. tum profuit etiam ad præſens bellum hoc Turcicum, ubi confœderati omnes adverſus Turcam conjunctis pugnabant viribus.

PARS TERTIA DISSERTATIONIS.

De
Nova Confœderatione ſub titulo Einer neuen Kriegs-Verfaſſung.

1. FUndamentum hujus fœderis propoſiti eſt ſecuritas pacis publicæ.

2. Cauſa movens eſt tarditas & difficultas Ordinis, Executionis in Imperio Germanico.

3. Ad formam hujus fœderis pertinet pecuniarum & copiarum collatio.

4. De duce dicetur, quem debet dare Imperator, ſed ne detur Elector aut Princeps regens.

5. Directio Generalitatis, penes quem eſſe debet, quæ penes ordines manere debet, ad quem finem propoſita eſt deputatio perpetua. 6. Uti-

6. Utilitas in eo conſi
ſus Turbatores Pacis. (2) *I*
ſententias.

Ad Lipſii Libr. II. C

DISSERTAT

De

FAMOSIS LII

Ad Cap. 17. §.

1. Membr. DE inſtituto Le
de famoſis lib
runt, qui noluer
actionem injuriaru
ſed ab illa ſeparaṛu
fama vitæ æquipar
paret ex Auguſti e
1. *c.* 27. qui libell
crimen Majeſtatis
iam habemus egr
tiones hâc de re in
Saßungen.

2. Membr. An Satyræ inter
lós referendæ? D
Caſaubonus & *Hei*

Negatur autem, quod Satyra ſit famoſus
libellus, quia irridet tantum Satyricus vi-
tia. Sic in *Eraſmi Moria* traducuntur mo-
res Monachorum, & multi putarunt eſſe
illam Moriam famoſum libellum.

Brands Narren-Schiff etiam mul-
tos offendit, ſed ſine cauſa. *Bocalini* Saty-
ræ à nonnullis item pro famoſis libellis
ſunt habiti. In Italia de *Eudemia Jani Ni-
cii Erythræi* quæſitum eſt, ſed multa ſunt,
quæ pro ejus excuſatione dici poſſunt.
Quæſitum etiam de *Barclaji* Satyrico,
quem tamen abſolvit à famoſi libelli cri-
mine pars ſingularis ſcribendi. Sic de *Gige
Gallo* quæritur, ſed cum appareat Genius
Scriptoris ſimplex, eſt tantum pro Satyra
habendus. Huc pertinet quæſtio, an li-
ceat in Satyris certas perſonas nominare,
quod non licere hoc verſu probat *Mar-
tialis Poëta:*

Parcere perſonis, dicere de vitiis.

Exempla quorundam Scripto- 3. *Membr.*
rum, de quibus quæritur, an et-
iam ſcripta ſint famoſi libelli *Pro-
copii* ἀνέκδοτα. *Thomas Rivius* affir-
mat eſſe famoſum libellum, qui

Ju-

Juſtinianum tanquam infernalem
nem deſcribit.

Quæritur etiam: An *L. Juli*
libellus ſit famoſus, & omnino
dum eſt, eſſe illum famoſum libe
autore ejus libri variæ Dd. ſenten
dam putant eſſe *Languetum.* L
eruditus, ſed ſeditioſiſſimus.

Quæritur etiam de *Sciopp*
Gallico, ſed non poteſt ille libe
moſo haberi, quia fuit Hiſpanis

Quæritur item: An *Claſſi*
Sacri Scioppii ſit famoſus libellus
omnino affirmandum. Nam pe
requiſita eſt famoſus libellus; co
ſtrinxit calamum in *Tuba Pacis*
rus.

4. *Membr.* An vera quidem dicen
rentiam tamen publicæ
debitam lædens, ſit pro
tore habendus. Sic liber
citur Poſt-Reuter / mu
dis læſit reverentiam per
bitam, & omnino pro fa
bello eſt habendus.

Quæritur 2. An qui v

em dicit, ſed exaggerat, ſit pro famoſo
bello habendus. Sed diſtinguendæ ſunt
xaggerationes.

Qv. etiam, an qui veris falſa permi-
cet, teneatur hoc crimine. Reſp. affir-
nando.

Qv. etiam, an is, qui res medias in
leterius detorquet, reus ſit hujus crimi-
is. Hic accuratè diſtinguenda propoſita
criptorum, ſi ſtudium diffamandi appa-
et, affirmandum.

ALTERA PARS,

De

HISTORIA SCRIBENDI.

DE impedimentis hodiernis ad *1. Membr.*
Hiſtoriam ſcribendam.

Inter impedimenta genius ſæ-
culi & ratio gerendæ Reipubl. ho-
diernæ. Notum *Lehmanni Chro-
nicon Spirenſe*, ſed Reſp. Spirenſis
emper quæſta, multum ſibi in-
commodi datum per hunc li-
rum.

Secundum: impedimentum: Diſ-
icultas ſubſidiorum colligendo-
rum.

rum. Quanta & q
dia conquiſiverit *T*
ex ejus vita. Et *Slei*
reret notitia Electo
magna ſollicitudine
conquirenda fuerun
mius ipſi Patronus *A*
gentoratenſe aperuiſ
potuiſſet ſcribere tal

Tertium impedim
ritas eorum, qui id
ſcribendam Hiſtoria

Quartum imped
æmulatio Curialium
tur Hiſtoriam.

2. *Membr.* De ſuccedaneis m
riarum rerum geſta
occurrit mos collige
blica, ut fecit *Hortle*
dorpius. (2) Diplom
documenta, inſtrum
geſtarum huc pertin
ram inſignem *Golda*
& hodie in aulis qui
beratur de edendis
plomatibus. Tertiu

vandi memoriam rerum geſtarum eſt, ſub velo Dramatis; tale opus *Argenis Barclaji* & *Icaria Jeſuitæ.* Quartus modus pertinet ad Hiſtoriam particularem, & eſt concinnatio vetuſtiorum Hiſtoricorum in aliquam formam.

Ad Lipſii Libr. III. Cap. I.

GRuteri in *Tacitum notæ* hoc habent, ut copiam quaſi dogmatum Politicorum.

Cap. II.

PRudentia, quæ ineſt, in ipſo eſt Principe, quæ verò adeſt, eſt in Conſiliariis.

Imitatio vel ſimplex eſt, vel erudita, ſimplex eſt ut *Opitii*, qui ſemper Græcos & Latinos Poëtas imitatus eſt.

Cap. III.

ATtici Scriptores ſunt, qui conciſè ſcribunt, ut *Tacitus*, *Plinius* &c.

De Principum adminiſtris *Bodinus* omnium accuratiſſimè judicat.

De Conſiliariis multi egerunt, ut Conſiſtorium Principum, ut & *Laurentii Grimalii Diſſertatio de Optimo Senatore. Kirchnerus*

nerus quoque Conſiliariu
JCti tractant de iis in Tit.

Caput IV.

DISSERTAT

De

Differentia Inge

UNde ſit iſta differenti
Scriptoribus hujus per
ritate hujus peritiæ. 4. D
jus peritiæ.

Unde ſit iſta different
ficientibus æſtimandum, t
eſt Deus, quàm ſecundar
cœli & aſtrorum. Nam aſtr
multa poteſt, de qua re d
alii affirmant, modus tam
ſeu faciant aſtra, non indag

2. Ex temperament
plerunque quali temperam
tentes, tali & liberi ſunt.

Educatio item hic m
ſic alio ingenio ſunt, qui i
cis, alio, qui in ſcholis E
bantur.

Google

3. Ab objectis variis (1) ſecundum objecta vitæ, quæ *Ariſt. l.* 1. *Ethic.* ad tria genera retulit, ſic & ingenia quædam ſunt voluptaria, Theoretica, alia tertio politica & civilia alia. Quæ vel ad quæſtum, vel ad honores intenta. Alii ad objectum actionum reſpiciunt, quæ actiones in belli & pacis actiones dividuntur. Sic alia ingenia ſunt martialia, alia pacifica. Alii ad Objecta morum, ſic alia ſunt gravia, remiſſa, alia temperata ingenia. Alii reſpiciunt Affectuum objectum, dividuntque ingenia in læta, triſtia, iracunda &c. *Ciceronem in Tuſcul. Quæſt.* confer.

Item à forma interiorē cujusque ingenii eſt origo differentiæ ingeniorum. Et ſicut vultus hominum in infinitam varietatem patet, ita & ingenia.

Alii item ex raritate & copia, ut ſint quædam ingenia rara, quædam copioſa. Sic dicitur vix toto ſæculo unum naſci Heroëm.

De Scriptoribus, ubi ante omnes *Huardus in Scrutinio ingeniorum* nominandus eſt, qui liber in omnes ferè linguas verſus eſt. Ex Gallis 2. *Membr.*

Charron de la Sage
inſtitit. Ex nuper
Neuhuſius in Thea
Multa quoque ha
methodo Hiſtorica h
Barclaji Icon animo
re ſcriptum. Varia
tiæ apud *Terent.* in
nis & aliorum deſc
tus item excellit in
geniis, & licet *D*
faciat.

3. *Membr.* De Utilitate huj
Principi opus eſt n
Conſiliariis opus it
nia. Magna itaqu
utilitas in vita pub
In bello quantum
genia hoſtium, ſa
emplo Hannibalis.

4. *Membr. quod tertio loco erat ponendum. Quartum autem utilitas.* De raritate huju
jus prima ratio, qu
ingenia opus eſt ing
quia eruditione p
eſt ad hanc peritian
pter velamenta & i

lationum. Quarta eſt neglectus publicus hujus ſtudii, unde multi ad ſenectutem perveniunt absque notitia ingeniorum.

Ad Lipſii Lib. III. Cap. V.

CONſiliator etiam bene Latinè dicitur. *Ambroſius in Epiſtolis* 29. & 30. de hoc argumento tractat. An etiam Theologi in conſilia, quæ ſpectant ad Rempub. adhibendi ſint.

Loquuntur cum fortuna Principis, qui tantum ea loquuntur cum Principe, quæ ad ejus utilitatem potius reſpiciunt, quam ad id, quod Princeps libenter audiat.

Cap. VI.

DE *Statio Gronovius* per diatribas ſuas præclariſſimè eſt meritus, eſt ille *Statius* Poëta inſignis & *Virgilii* imitator.

Demoſthenis exordia ſeparatim ſunt edita.

Qv. An liceat Conſilium ſponte dare. Reſp. Licere omnino, dummodo cum modeſtia fiat, de re gladiatoria in duobus *Saturnalibus* ex profeſſo agit *Lipſius*.

DISSERTA

De

CONSILIO PU

1. *Membr.* UBi proponitur
ſtio, an conſul
ſit jus Majeſt. Qu
Ariſtot. l. 4. *c.* 14.
Sed Reſp. negand
ſultare de Rep. pe
Majeſt. pertinet.

2. *Membr.* Diſtinctionem
lii Publici, quod
prudentiam aliena
priam. Vel Conſ
eſt vel Autocratori
ſiliarius.

Autocratoricus
ipſe ſummam pot
liarius autoritaten
imperandi habet.

3. *Membr.* Unum aut alte
conſilii publici ex
Primum Exemplu
ti Pariſienſis, ubi

de poteſtate autocratorica participaret, quod affirmabat Parlamentum. Hæc controverſia, deſcribente *Gramondo lib.* 5. hoc ſæculo vehementiſſime fuit agitata. Hanc quæſtionem *Hottomannus* ſpecioſius in *Franco-Gallia* tractavit.

Alterum exemplum externum eſt Angliæ, ubi item ſemper hæc quæſtio eſt agitata, quæ apud *Cambdenum* in rebus Eliſabethæ ſæpiſſimè tractatur, quæ Eliſabetha illis non niſi autoritatem conſiliariam reliquit, & autocraticam autoritatem jam per duo ferè ſæcula ſibi Reges ſemper vindicarunt, relicta Parlamento autoritate tantùm conſiliariâ, quod probè notandum contra nuperos parricidas.

Ponemus Exemplum Conſilii Publici Autocratici in Germania, quale eſt Ordinum & Statuum. Ordines enim poteſtate decernendi non tantum autoritate ſuadendi ſententiam in Comitiis dicunt, *4. Membr.*

cunt, & ſine con
autocratico non p
generalis & univer
5. Membr. De modo conſ
giali in noſtrâ Gerr
univerſalis eſt vel
Univerſalis eſt Con
Cæſar & Ordines
decernunt. De *re*
trami tractatus con
Res Comitialis
& externa bene tra
qui inſcribitur Gr
Heil. Röm. Reich
Particulares mo
ſunt varii.
Primus eſt con
rum, ubi Electore
conveniunt & con
modus conſultand
eminens.
Secundus modus
ventus ſingulares,
Täge.
Tertius modus
fœderalis, cùm Stat

fœderis faciendi cauſa conveniunt & conſultant.

Qv. An admiſſio Exterorum ad Conſilium Publicum in Germania plus mali vel mali operata ſit? rationes, cur admittendi ſint: (1) quia affines ſunt res Germanicæ cum rebus exteris. (2) Quia non poſſunt expediri, niſi deſideria ſua apud Status exponant, quia ob pacis certitudinem. Galli ex altera parte, quod non admittendi, rationes ſunt illæ, Suecique excludi non poſſunt (1) ob varia certamina & æmulationes propter præcedentiam. (2) Putant exteros nimium curioſos eſſe in ejusmodi conſultationibus. (3) Putant ab externis impedimenta objici rebus conſultandis, quæ quidem fruſtra non dicuntur. *6. Membr.*

Ad Cap. IIX. & IX.

LEonis Imperatoris opus planè reſpondet Operi *Vegetii*. Nam quod ille Latinè, hoc *Leo* Græcè explicavit.

Ciceronis Epiſtolæ ad
continent quaſi compend
litices. Apud *Thuanum l.*
ab initio multa habentur
tiam, ne Principes ſe co
ſuorum committant.

Cap. X.

NUm. 17. *Lipſius* interc
miſcet, quorſum etia

DISSERTA

De

AULA ET O

PALATINI

1. *Membrum.* DE notitia Aul
utilis negotiat
dericus Marſelaer o
to ſuo, ubi potio
bit, & illuſtratur h
Phocii apud *Thua*
Pontificiæ non hal
tam notitiam, &
tionibus feliciſſim
hæc ipſi Legatio n
rè ſucceſſit.

Raritas hujus prudentiæ. Nam 2. *Membr.*
aulæ duplex eſt cultus, externus
alius, alius internus.

Fatum Aulicorum eſt mutabile 3. *Membr.*
admodum, ſic *Sejani* eſt exemplum
ex veteribus, qui floruit initio &
diu, ſed ad extremum tamen le-
tho datus eſt. *Baro Enenkelius* hac
de re etiam libellum parvum qui-
dem, ſed non ſpernendum ſcri-
pſit. Inter Gallos *Petrus Matthiæ*
Sejanum ſcripſit, librum egregium.
Petri tamen *Puteani* ſcriptum
omnium facile induſtriam ſuperat.
Inter recentiora exempla eſt *Oli-*
varius diſgratiatus.

Scriptores hujus Argumenti. 4. *Membr.*
Incipiendum ab Hiſtoricis, quo-
rum tres, *Curtius*, *Tacitus* & *Am-*
mianus Marcellinus omnibus ſanè
ex veteribus quidem præferendi.
Stylus *Ammiani* eſt horridus. In-
ter Poëtas nemo eſt, qui *Senecæ*
Trag.co præferri poſſit. Eſt enim
ille Scriptor verè Aulicus.

Ex Hiſpanis *Antonii Guevarræ*
liber

liber de vita aulica, & pecul
monita de aula, item Epiſtolæ
huc pertinent.

Inter Gallos eſt *Silonis* min
Status, *Joachimi* item *Paſtorii*
licus inculpatus commendan
Deſcriptiones Aularum ſec
hic etiam addi debent, qua
bemus plerumque ex deſcri
nibus Legatorum, de his no
dum tamen, quod odia pr
propter crebram mutationem
larum.

5. *Membr.* De Hiſtoria Aulæ Romana
teris & Conſtantinopolitanæ,
notitia per eſt neceſſaria e
Juris Studioſis, nam libri tre
ſteriores Codicis multum
bent de notitia Aulæ Rom
Ex recentioribus præcellit *J*
Caſ. Bullingerus in Opere *de*
rio & Imperatore Romano. P
mi *Pancirolli* Commentarii de
titia Imperii, qui valde proba
Jacobus Gutherius de Officiis D
Auguſtæ non etiam debet præt

Google

nt etiam duo viri, qui multum hic omni- conferunt; Primus eſt *Gretſerus in Commtario ad Godinum*, ſuperavit tamen *leſius* ejus induſtriam in *Annotat. ad mian. Marcell.* eruditiſſimis.

CAp. XI.

HIſtoria gratioſorum Aulicorum commendatur.

Ad Lipſii Libr. IV. Cap. I.

N cap. 2. 3. 4. hujus libri *Lipſiana* prudentia deficit, ut in omnibus ad relionem & res Eccleſiaſticas pertinentibus, tius *Gerhardus de Magiſtratu Politico*, i omnes illas quæſtiones accuratè travit, videndus eſt.

Joannis Begati de non ferendis in uno no duabus religionibus liber commenda. Epiſtola 30. *Lipſii* ad *Leubium* oſten-, quam fluctuet animo *c. 4. l. 4. Lipſius. ber contra Lipſium* ſcriptus eſt de *Idolo llenſi*, cujus autor creditur *Denaiſius*, i oſtendit, *Lipſium* non magis in religionoviſſe quam Gentiles.

Beſoldi liber de Natura populorum com-

commendatur. Aliàs *Beſoldi* Scripta Politica non nimis magni facienda ſunt.

DISSERTATIO
De
JURE MAJESTATIS CIRCA SACRA.

1. *Membr.* Difficultas hujus materiæ notanda propter diverſitatem religionum, apud nos præcipua gloriatio, non incedere aliam religionem rectius hoc in capite, & nos verè tribuere Cæſari, quæ ſunt Cæſaris. Non tamen caret hoc difficultate apud nos etiam, & diſtinguendum omnino eſt probè inter παντοκρατορίαν & [illegible].

2. *Membr.* Scriptores hujus argumenti juxta religiones diverſas. Inter Pontificios *Bellarminus* notus, qui omnia adimit ſæcularibus Principibus, & tribuit Pontifici ſoli. In Gallia tamen retinet Rex jura Majeſtatis circa ſacra, unde varia quæſita ſunt temperamenta, & no-

noſtro ſæculo Gallus *Petrus de Marca* de *Concordia Sacerdotii & Imperii* tractavit hanc materiam.

Liber ille *Libertates Eccleſiæ Gallicanæ*, cujus Autor *Petrus Puteanus*, defendit Jus Majeſtatis, quod hac in re ſibi retinent Reges Galliæ contra Pontificem.

Goldaſti Monarchia S. R. Imp. Inprimis etiam Scriptor incomparabilis, *Marcus Ant. de Dominis de Repub. Eccleſiaſtica*, qui fuit Archi-Epiſcopus, & vixit ad extremum in Anglia. De hoc narrat etiam *Gramondus in anno* 17. *hujus ſæculi. Nicolaus Vetelius* etiam *tredecim quæſtionibus* tractavit hoc argumentum accuratè & corlatè. *Guilelmus Apollonius in jure Majeſtatis circa ſacra* juſſu totius Collegii contra illum ſcripſit, ſed planè impar eſt adverſarius Veſtlii.

De neceſſitate & utilitate hujus cognitionis, quod apud nos valde neceſſarium, ut accuratè nobis 3. *Membr.*

bis ſit cognitum, inprimis Co
liariis etiam Principum, unde
ctum, ut multi viri magni *Gerha*
de Magiſtratu Politico & Jure M
jeſtatis circa ſacra Commen
rium ferè memoriter tenuerint

De Pace religionis anno 55.
4. Membr. cta, quæ decernit jam quaſi j
publico poteſtatem circa ſac
Statim verò exorti ſunt Jeſu
præter Pontificem, qui ſcri
runt virulentum planè libr
Compoſitionem pacis, dum ipſo
re nullum hoc fœdus eſſe af
mant. Autonomia etiam ſecu
liber adhuc magis noxius ſub
mine *Franciſci Borchardi*. *Pet*
Oſtermannus in Cameralibus Di
tationibus dicit pacem Religio
nunquam eo animo eſſe facta
ut ſervaretur, quæ vox planè n
toleranda eſt.

Siſonius in Miniſtre d'Eſtat, ſu
ma injuriâ afficit Imperatore
aſſerens illum obtinendi Imp
cauſa iniiſſe hanc pacem, quod

n

en omnino eſt falſum. Acta hujus Pa-
s *Chriſtoph. Lehmannus* in unum colle-
t. De conſideratione Politica hujus Pa-
s omnes Scriptores J. Publ. egerunt, &
primis *Juſtus Sprengerus* accuratè agit,
ui tamen nomen ſuum mutavit, & ſe
etrum Syringum nominavit. Pax tamen
ta religionis non ſine miraculo promo-
a eſt.

Ad Cap. V.

NAtura vulgi non melius noſci poteſt, quam in Comitiis vulgi.

Ingenium famæ, & ingenium vulgi
dem ſunt, quia fama nihil eſt aliud quam
ox vulgi.

Hiſtoriarum *libr. 5. Taciti*, nihil
liud quam bella civilia tractant, in qui-
us optimè vulgi noſcitur Genius.

Num. 25. l. 4. deſignavit eam rem
orſtnerus in Notis ad Tacit. ad l. 12. Annal.

Ad Cap. VII.

IN toto hoc tractatu de Principe conjungi ſemper debent Princeps & Principatus, Rex & Regnum. Nam hæc indiviſâ copulâ nectuntur.

Coloniæ ſunt vel militares, ub
lites collocantur in aliquo loco, vel
militares, cum abundanti multitudin
batur pars agri ex hoſte capti.

Cap. VIII.

DE Cuſtodiis Principis etiam *Ariſ*
Politicis egit, ſed qui cum caute
gendus. *Boterus in ſua Politica de Ar*
& Coloniis etiam videndus, cujus Au
ſcripta compluribus placent.

DISSERTATIO
De
MILITE PERPETU
SIVE ORDINARIO.

1. *Membr.* OPus eſſe magnis Imperiis
lite perpetuo, non dub
dum. Conſtat autem illa milit
ex lectis vel mercenariis, ve
mixta. Ex lectis dicitur conſ
quæ ex meris civibus conſtat,
cenarii perpetui ſunt, ubi ex
ita conducuntur. Mixtum g
eſt, quod partim ex lecta civ
partim mercenaria militia con

Digitized by Google

Ultimum genus mixtæ eſt uſitatiſſimum.

Quæ ſunt commoda & incommoda militiæ ordinariæ inquiſivit *Machiavell. c. 12. in Principe, & Conring. in Notis ad hoc caput & 7. libris de re militari Machiavelli* agit item hâc de re. 2. *Membr.*

De illuſtribus exemplis. Ubi (1) eſt exemplum militiæ Romanæ perpetuæ, quam inſtituit *Auguſtus*, & diſtribuit commodè ad fines Imperii, quod tum uſque ad Rhenum extendebatur. Vid. *c. 9. in Diſſertat. Bœcleri ad Tacit.* Hoc inſtitutum uſque ad Conſtantinum Magnum à ſequentibus Principibus eſt conſervatum, quod mutavit Conſtantinus M. peſſimo publico. *Oratio Libanii ad Theodoſium M.* etiam hic conferenda, quæ omnino digna eſt, quæ legatur. De hac militiâ Romana extat etiam *Schelii Diſſertatio doctiſſima de militia Romana ad Caſtra Polybii & Hyginum.*

Secundum Exemplum de Germania, quod ſuperiori ſæc. diligentiſſimè de milite perpetuo adverſus Turcam alendo

fuit deliberatum, ſed ſumptuum ma
tudo pleroſque deterruit, ita ut ad
ctum iſta deliberatio nunquam ſit d
cta. Inter cauſas hujus rei impedita
etiam ſecuritas & nimia fiducia Ge
norum Procerum & Statuum. Subſic
Conſilii hic etiam facienda mentio,
fuit, ut per totum Imperium more
tum juventus exerceretur.

Tertium Exemplum eſt Gallo
de quo apud *Barclaj. in Argenid. l.* 4.
ſtantiſſima eſt *Diſſertatio*, ubi unus d
tat eſſe in Gallia alendum militem
narium, alter negat. Sed & Galli h
rei ſubſidiarium Conſilium, nempe fo
cum Helvetiis habent, qui ſemper
ſuppeditare ad minimum 6000. milite
fœdere tenentur.

Quartum Exemplum de Tur
milite ordinario & perpetuo. Habent
tem apud Turcas milites ordinarii
agros, unde vivant, cæteri multum
litibus his perferre coguntur.

Quintum exemplum eſt Suecic
ubi quilibet ex ordinariis militibus h
prædium, & quilibet duos ſervos arm

Digitized by Google

alere tenetur, qui perpetuo exercentur.

Ad Caput IIX. Libr. IV.

DE Dramaticis ludis egit inprimis *Jul. Caſ. Bulingerus. Balthaſar Meiſn. in Philoſoph. ſobr.* diſputat contra eos, qui aſſerunt, omnia Dramata ex Repub. Chriſtiana planè eſſe tollenda.

Societatis Della Cruſca celeberrimum Lexicon Italicum.

DISSERTATIO
De
MUTATIONIBUS REIP.
præſertim occultis.

TRia ſunt genera mutationum in Rep. quibusdam fit ut Reſp. non ſit eadem. 2. Fit eadem manente Rep. 3. quibusdam fit, ut Reſp. deſinat eſſe. De ultimo genere egit *Grotius l. 2. c. 9. de J.B.* *1. Membr.*

Occultæ vel ſunt temporariæ vel perpetuæ, temporaria eſt, cum ex mixta Rep. fiebat interdum ſimplex Romæ: Perpetuæ *2. Membr.*

ſunt, ut cit. exemplo *Auguſti*
iet, illæ, quæ perpetuo durant
Monarchia ab Auguſto inſtitu
3. *Membr.* Schemata occultandæ muta
nis talia ſunt (1) ſimulacra div
Status, ita *Jul. Cæſar* ſimulac
priſtini Status adhibuit.
(2) Genus Schematum eſt c
munia Legum & Magiſtratu
Tacit. l. 1. *Annal. c.* 2. (3) Sun
tur Schemata ex vocab. antiq
ut *Tac. l.* 1. *Annal. c.* 3. eadem
giſtratuum vocabula.
(4) Blandimenta valent a
cultandam mutationem, quo
ctacula & voluptates etiam p
nent. (5) Genus Schematum
ex ſucceſſu rerum geſtarum.
4. *Membr.* De Exemplo Britannico n
ro, dum poſt Regicidium
eſt mutatio ex Regno in tyra
dem. Quod tamen ſub alia ſp
libertatis nempe, ac ſi Dem
tia ex Regno facta eſſet, und
dio ſub principium per mero
mocraticos erexit, ſed qui c

Digitized by Google

flagitioſæ vitæ, quia prævidebat non eſſe diu duraturam iſtam adminiſtrationem Democraticorum, quibus poſtea ſuffecit alios olegarchicos ſcil. quique ſuarum partium eſſent, nam paucorum dominatio propior eſt libidini Regiæ, & habet hoc exemplum prorſus multa ſingularia.

Exemplum inſtituti Principatus Florentini per Coſmum Mediceum, quæ Reſp. antea ariſtocratica erat, ſed poſt illam Coſmus Mediceus invaſit, de qua re ſcripſerunt præcipuè *Leonhardus Aretinus & Nicol. Machiavellus*, quæ mutatio eſt inter celeberrimas, quæ unquam fuerunt. *5. Membr.*

Exemplum requirendum in Belgio, ubi ſatis magna facta eſt commutatio tempore Mauritii, Hiſtoria hujus rei ex *Grotio de antiqua Bavaria* peti poteſt, & *Apologeticus Grotii*, ut & ejus *Scriptum de pietate Belgica.* *6. Membr.*

Adjiciendum aliquid de occul- *7. Membr.*

tis mutationibus in Rebusp. popularibus, ubi perpetuæ quodammodo ſunt ejusmodi mutationes occultæ, fiuntque vel oligarchicæ, vel Demagogicæ, & in nulla eſt mutatio frequentior.

8. *Membr.* De mutationibus Imperii Germanici nimis occultis ſub *Carolo Magno* & ejus ſucceſſoribus Imperii forma fuit Monarchica planè. Sub *Ottonibus* facta quædam mutatio, ſed nondum planè mutata. Forma Monarchica à *Carolo IV.* incipit quaſi nova periodus, & huic præſenti Imperii formæ ſimilior, ſed non planè eadem. Poſt Capitulationes iterum nova incipit periodus, & tuuc demum in lucem producta ſunt, quæ tamdiu fuerant occultata.

Ad Lipſii Libr. IV. Cap. IX.

NUm. 46. *Machiav. cap.* 10. *in Principe* movet quæſtionem, quis Princeps potens ſit dicendus. Reſp. neminem poſſe potentem dici, niſi poſſit propriis ſumptibus alere Exercitum. Neu-

Neutralitas alia eſt prudentiæ, alia calliditatis, alia ignaviæ, prioris exemplum eſt hæc Reſp. Argentinenſis. Secunda eſt, cum quis ideo eſt Neutralis, ut expectet eventum, ut poſt ſe feliciori parti jungat. *Neumeierus in Tractat* von der *Neutralitæt* hac de re ſcripſit.

DISSERTATIO
De
CRIMINIBUS MAJESTATIS.

DE definitione Criminis Majeſtatis aliquid dicendum, quæ vel generalis & Politica, quando quis in Principem aut Statum Reipubl. hoſtili animo quid molitur. Deſcriptio Exemplaris ex autoribus petenda eſt, inter quos præcipuus eſt *Tacitus l.1. c.72. Annal.* ubi (1) eſt proditio exercitus. (2) Seditio. (3) res ex propoſito malè geſta. Superſunt fragmenta ad Legem Juliā Majeſtatis, ut ſi privatus exercitum comparaverit, aut Jus belli ſibi arrogavit, ſunt etiam in- 1. *Membr.*

ſidiæ in caput Principis Conſpira-
tiones factionesque adverſus Sta-
tum initæ. Denique omne pro-
poſitum mutandi Status.

2. *Membr.* Dicet de ampliatione Leg
Majeſtatis, quoad definitionem cr
minum Majeſtatis, quæ duple
occurrit; prima ad artes bonas re
fertur, & ad prudentiam Impera
toriam.

2. Ad propoſita & flagitia ty
rannica ſpectat. Prior occurr
duplex apud *Tacitum c. loco.* 1. *An*
nal. c. 72. *&* 73. altera illuſtris am
pliatio *Arcadio & Honor.* in leg
Quiſquis. Codice ad L. Juliam M
jeſtatis debetur, & diſcurſus *G*
dofredi in hanc Leg. omnino co
ferendus quam Conſtitutionem
Aur. Bullam fere totam transſcr
pſit *Carolus IV.* Tyrannica am
pliatio habetur apud *Tacitum* pr
ſertim 1. *Annal. c.* 72. *& ſeqq.* A
crimen maledicentiæ quæſtio; A
Crimen maledicentiæ lege Maj
ſtatis vindicandum ſit. Sed pl
riqu

rique JCti mitiora ſuadent & diſtingvunt à proprio Crimine Majeſtatis.

De uno aut altero autore eximio in hac materia *Taciti* jam mentio facta. Poſt *Tacitum Curtius* nominandus, qui *l. 6. & 7.* toto cauſas Criminis Majeſtatis tractat. Tertius eſt *Salluſtius in Catilinaria*, ubi omnia Majeſtatis Crimina concurrunt. Ex recentioribus duo præcipuè laudandi ſunt, *Scipio Gentilis*, qui de *Conjurationibus* libellum edidit, ubi collegit nobilia exempla conjurationum plurimarum, & *Jacobus Goldaſt. in diſcurſu ſuo ad Legem. Quisquis. & D. Taboris Diſputatio ad Legem Juliam Majeſtatis.* 3. *Membr.*

De exemplis dicet, ubi conſilium *Scipionis* nobis eſſe commendatum debet. Sic exemplum Mariæ, quæ Majeſtatis damnata eſt, quod à *Cambdeno* deſcribitur, bene conſiderandum. 4. *Membr.*

In Gallia fuit *Bironii* exemplum me-

memorabile ob Crimen Majeſtatis damnati. Acta habentur in *Guelferbytana Bibliotheca*, & hujus ſæculi *Franciſci Auguſti Thuani* exemplum memorabile, qui ob ſilentium Criminis Majeſtatis eſt damnatus, cujus adhuc Apologia ſperatur.

Ad Lipſii Libr. IV. Cap. XI.

DE finibus ſuppliciorum egit *Grotius l. 2. c. 20. de J. Belli.*

Ultio interdum vindictam facti notat, vel affectum punientis.

Cum *Conradinus* Rex Siciliæ eſſet interfectus, ſtatim ſubornatus eſt alius, qui interficeret Carnificem, ſed illud item arcanum fuit improbum.

DISSERTATIO *De* *TRIBUTIS & COLLECTIS.*

1. *Membr.* DE Scriptoribus hujus argumenti celebribus 2. de Collecta Turcica in Imperio Romano-Germanico.

Inter Scriptores præcipuus eſt *Geor-*

Georgius Obrecht in ſecretis Politicis. Scripſit autem abſque citationibus hæc ſecreta Politica, quia ſcriptus hic liber erat Principibus, quibus ferè ingratæ citationes multæ. Poſt illum *Hermannus Laterus de Cenſu*, qui legerat ſecreta *Obrechti*, & totam ſtructuram operis inde deſumſit, additis tantum citationibus. Cætera enim *Obrechto* pleraque debet. *Beſoldus in Diſſertatione de ærario* etiam multum operæ poſuit in hac materia. *Caſparus Glockius de collectis & Contributionibus*, qui ferè omne tulit punctum, & cæteros ferè omnes ſuperavit.

De Collectis Turcicis, ubi (1) conſiderandum, quomodo decerni ſoleant, quod ſit plerumque in Comitiis. (2) Notandum, quiſnam iſtas ſervat collectas. Primo ergo Ordines Imperii ſolvant, deinde etiam Equeſtris Ordo. (3) Die Hanſee- und See-Städt. His ſuccedunt Exteri & vicini, qui rogan- 2. *Membr.*

gantur, ut aliquid etiam ſubſidii ferant. 3. Notandus modus collectandi, ubi duo celebres (1) per Römer Monat/ & deinde per communem denarium, durch den gemeinen Pfennig. 4to loco de matricula aliquid dicendum, accedit enim & hîc difficultas. De hujus matriculæ emendatione *Oelhafen Diſſertatio in Templo Pacis extat.* (5) De Exactione Collectæ Turcicæ aliquid dicendum. Illa autem fit ab Ordinibus immediatis, quibus tenentur mediati ipſis ſubjecti ſolvere. 6. De ſanctione Decreti aliquid adjiciendum, ſi mediati ab immediatis accuſantur, tunc pœna dupli decernitur, ſed in graviore recuſatione etiam pœna Banni decernitur. Hæc omnia in Receſſibus Imperii habentur, præcipuè in receſſu anno 1595.

Denique in hac materia etiam Diſpenſationis mentio facienda, ita plerumque cavetur, ne in alios uſus impendatur pecunia, adeo, ut ſi non indigerent iſta pecunia, etiam redderetur illa Statibus, quod tamen nunquam factum hactenus.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO.
De
FOENORE.

SEponendas monet quæſtiones iſtas ſcholaſticas de Sterilitate pecuniæ, & quod pecunia non poſſit eſſe pretium rei. *1. Membr.*

De definitione fœnoris aget. Quæ definitio valde difficilis, & definire volenti, reſpiciendum eſt (1) ad conditionem accipientis pecuniam, an ſit pauper ille & miſerabilis. (2) Conſideratio reſpicere debet ad illum, qui dat pecuniam, an ſit dives, vel in pari conditione conſtitutus cum rogante. (3) Conſideratio eſt quantitas fœnoris, ſeu ejus, quod pro pecunia petitur accipiturque. Eſt autem naturalis ratio definiendi ab arbitrio virorum prudentum. 2. Ratio definiendi eſt ex conſuetudine. 3. Ratio definiendi modi fœnoris eſt à Lege, ſi hæc tria membra probè conſiderabuntur, invenietur defi- *2. Membr.*

nitio

nitio fœnoris propriè dicti, de quo hic nobis ſermo, uſuræ enim vocab. latius patet.

3. *Membr.* De Jure divino circa fœnus, ubi plures ſtatuunt Jure divino eſſe vetitum fœnus, ut *Seldenus l. 6. c. 9. & 10.* & ex Græcis Cabaſilas.

4. *Membr.* Mentio facienda eſt de Jure naturali circa fœnus, quod fœnus illud tantum damnat, cum ex miſeria alterius lucrum captatur. *Grot. l. 2. c. 12. n. 20. de Jure Belli.*

5. Mentio facienda etiam Juris civilis. Quid Jus civile vetus de hac re ſtatuerit, *Tacit. 6. Annal. c. 16.* docet, & *Toleſanus in ſyntagmate juris l. 22. c. 3. & 4.* & *Lindenbrog. in corpore LL. Antiquarum.* Noviſſimum autem Jus in receſſibus Imperii de annis habetur 1500. 1530. 1540.

6. De Jure Canonico fœnus cenſetur vetitum, ſed ita ut admittantur uſuræ, quæ ex mora ſolvuntur.

7. De quibusdam Scriptoribus hujus argumenti dicendum eſt. Inter

tet Veteres *Plutarchus de non fœnerando* ſcripſit. Ex Theologis Scholaſtici maximè in hanc rem incumbunt, ut *Cardinalis de Hugò Tom.* 2. *Diſp.* 25. *Ludovicus Molinò* & alii ex JCtis, peculiari curâ *Griphiander l.* 1. *c.* 27. *in Oeconomicis Legalibus* egit.

Facienda etiam mentio Controverſiæ in Belgio inter Theologos & Politicos ſuper fœnore natæ, ubi *Cloppenburgius* nominandus eſt. *Salmaſius* tribus operibus executus eſt hanc materiam; ſed hæc opera non multum laudis *Salmaſio* pepererunt ab *Hieronymo Pignoria* propterea culpatus.

Primum opus eſt de uſuris. 2. De modo uſurarum. 3. De fœnore trapezitico.

Ad Lipſii Lib. IV. Cap. XIV.

G*Rotius l.* 3. *de J. B. c.* 1. de fraudibus & dolo egregiè diſſerit. *Lipſius* autem huic materiæ rectè tractandæ verè fuit impar.

DISSERTATIO
De
RATIONE STATUS.

1. *Membr. de appellatione Status.*

RAtio Status hodie vocatur, quæ bonis Scriptoribus dicitur condeſcendentia Politica, quãdo ſe attemperant rerum & temporum ingenio Adminiſtratores Reip. cui opponitur κακοπραγμοσύνη πολιτική. Recentiores extraordinariam Prudentiam vocant. *Florus* rationem & utilitatem Reip. vocat. *Lipſius* prudentiam mixtam, quod corruptè dicitur *Ratio Status*. Origo hujus appellationis eſt ab Italis, qui illam dicunt: Ragione di Stato.

Antonius Palazza librum ſcripſit *di Ragione di Stato* & *Boteri Opus*, præfert hunc titulum, ſed planè alio ſenſu. Sed tres ſunt eximii, qui hac de re ſcripſerunt, quorum *Bonaventura* eſt unus, *Scipio Chiaramonti* ſeu *Claramontanus*

Digitized by Google

tanus ſecutus. Tertius eſt *Ludovitus Septalius de ratione Status*, quod ejus opus nihil ferè eſt aliud, niſi egregius *Commentarius in* 10. *&* 11. *Capita Ariſt. l.* 5. *Polit.*

Abuſus primus hujus vocis fit per imperitiam. Deinde verò alius etiam eſt abuſus ex profundiore conſilio. Sic *Hippolytus de Collibus* ſcripſit *Opus de ratione Status Imperii Romano-Germanici.* Scriptus autem eſt ille liber inter bella, adeoque multa inſunt haud dubiè iniqua & abſurda, ſed ſcripta ſunt ab hoſte; & ideo nihil ſincerum inde ſperari poteſt. Diſplicet enim nunc etiam ipſis; in quorum favorem liber ille ſcriptus eſt.

Dicet, quomodo hæc quæſtio poſſit ad ſimplicitatem Philoſophicè reduci, ſimpliciter ergo nihil aliud eſſet, niſi utile injuſtum & ſimulatum. Græci vocant juſtum ex circumſtantiis. 1. Membr.

Aget de definitione, quam ſit difficile definire, & dabitur mo- 2. Membr.

 dus

dus inveniendæ definitionis, quæ in eo quærenda eſt, quam longe aut prope abſit à neceſſitate aliquod factum. Hinc locus de neceſſitate diligenter eſt tractandus. Oſtenditur difficultas hujus materiæ in *diſſertatione de Dominio eminente* circa finem.

4. *Membr.* De Examine exemplorum aget, quæ diligenter examinanda.

5. *Membr.* De Confuſione hujus materiæ aget, confunditur enim ratio Status ſæpe cum Dominio eminente, ſed & cum omnibus ferè juribus Majeſtatis confunditur.

6. *Membr.* De Quæſtione aget, an rectè referatur ad formam Reip. quod negandum. Certum enim eſt, qui hoc verbo primo uſi ſunt, extraordinaria voluerant indicare, ſed quæ ad formam Reip. pertinent, ſunt ordinaria.

7. *Membr.* Aget, an explicatio liquida ab ullo ſit ſperanda hujus Philoſophiæ, quod vix ſperandum, quia ab

Digitized by Google

ab Italis non ſemper eodem modo hac de re agitur.

Ad Lipſii Libr. V. Cap. I.

GRot. *l.* 1. *de J.B. c.* 2. tractat quæſtionem, an omnino bellare Chriſtianis liceat.

Jus belli aliud ſpectatur in ſuſcipiendo, aliud in gerendo, aliud in finiendo. In ſuſcipiendo pertinet ad cauſas, in gerendo pertinet ad diſciplinam militarem. Jus belli quod ſpectatur, in bello finiendo pertinet ad inducias, tum ad pignora pacis ut obſides, denique ad conditiones pacis.

Inter Scriptores extat *Conſtantini Porphyrogenneta* opus de apparatu militari, quod tamen non ſatis ferè legi poteſt ob vetuſtatem. Recentiores pleroſque recenſet *in prolegomenis ſuis de J.B. Grotius.*

Balthaſar Ayala etiam non planè prætereundus, quem longè tamen ſuperat *Albericus Gentilis*, qui multum *Grotio* profuit. *Martinus Lauburenſis* vix cum dignitate nominari poteſt. Omnes autem ſuperat *Grotius*.

DISSERTATIO
De
CLARIGATIONE,
Sive
DENUNCIATIONE BELLI
Ad Cap. IV. Libr. V.

G*Rot. l. 3. c. 3. n. 5. & 6.* hanc etiam materiam tractat.

1. *Membr.* Diviſio Clarigationis, quæ publica vel implicita eſt, quando non quidem denunciatur bellum, ſed ea dicuntur, quæ oſtendunt bellum ſecuturum, niſi ſatisfactio fiat, vel explicita eſt, quæ arma minatur directè.

2. *Membr.* An implicita denunciatio ſemper ſit neceſſaria? & Reſp. affirmando, poteſt tamen dari caſus, ubi non neceſſaria ut in magnâ & evidenti læſione, ubi res ſtatim bello repetuntur, & ita læſio vindicatur.

3. *Membr.* De explicita aliqua ſciri debent. Quæritur enim, an explicita denun-

nunciatio Categoricis verbis conſtare debeat, an verò hypotheticis. Exemplum recens eſt inter Suecos & Danos anno 42. hujus ſæculi.

De ritibus & ſolennitatibus Clarigationis. Quæritur enim, an illæ ſolennitates adeſſe debeant, vel non. *Liv. l.* 1. deſcribit ritum denunciandi belli prolixè. Turcæ acinacem mittunt ſtrictum pro denunciatione belli. *4. Membr.*

Quæritur, an Clarigatio ſit juris Naturæ. Ubi diſtinguendum Clarigationem, quæ certis ritibus & ſolennitatibus conſtat, quæ non eſt juris naturæ, & inter eam, quæ de læſione conqueritur, & res repetit, quæ eſt juris naturæ. *5. Membr.*

An Clarigatio ſit juris Gentium. Juris Gentium autem eſt, quatenus certis ſolennitatibus celebratur. *6. Membr.*

Quando ſit facienda Clarigatio? Hinc diſtinctè reſpondendum, & non videtur neceſſarium, *7. Membr.*

ut fiat cum mora antecedente bellum, ſed poſſe fieri ſub initium belli, ſed ſi ille, qui denunciat, paratus ſit accipere ſatisfactionem ſeu pacis conditiones, quæ ab altero offeruntur.

Exemplum habemus in nupero bello Suecorum cum Polonis geſto. Si verò eo animo ſit, ut nullam velit accipere ſatisfactionem, tunc injuſtè facit.

8. Membr. Diſtinguenda ſemper hîc quæſtio juris à quæſtione Conſilii.

Ad Lipſii Libr. V. Cap. VI.

Lipſius in libris V. de militia Romana non ſatisfacit omnibus.

Salmaſii Opus poſthumum de militia Romana, ſed qui pariter non omnibus ſatisfacit.

Schelii Diſſertationes in Caſtra Polybiana, qui præſtantiſſimus.

Johannes Schefferus de Militia Romana. Vegetii opus præſtantiſſimum. De hoc benè meriti, in recenſendo *Petrus Scriverius*,

utrius, in explicando *Gotſchalc Æbechius*, cujus Editio eſt optima.

Joannis Meurſii Leo Tacticus.

Vegetius ſæpe *Lipſio* laudatur, quia proprius hujus rei ſcriptor eſt, & incomparabilis.

Ludovicus Meltzius Italus.

Gabriël Naudæus in Syntagmate de re militari,

Et Hermannus Hugo in Commentario de Militia Equeſtri.

Quæſtiones *Berneggeri ad Taciti Agricolam & Opus de Moribus Germanorum.*

DISSERTATIO
De
ANNONA MILITARI.

DE adminiſtratione ejus, quæ nititur partim more, partim lege. Solis moribus non eſt res hæc relinquenda, ſed conſtituendæ etiam Leges, ut factum videmus in utroque Codice Theodoſiano. 1. *Membr.*

Digitized by Google

2. Membr. De quæſtu annonæ militaris dicendum eſt. Qua in re Romani mirifici fuerunt, qui partim reditibus annonariis conſtat. (2) Induſtria extraordinaria per Mercatores huic rei conſtitutos. (3) Proviſu quodam Joſephico extraordinario.

3. Membr. Pertinet ad erogationem annonæ militaris, ubi rurſus laudanda *νομοθεσία* Theodoſiana, ſed hic tempus omnino ſpectandum. Secundo quantum, tertio in qualitate multum etiam olim erat poſitum, ubi inprimis buccella tum commendatur, de quo dictum in *Diſſertatione de Annona Auguſtorum.*

4. Membr. Nominatim commendanda accurata Romanorum diſciplina, ut *Schelii Diſſertationes ad Caſtra Polybiana* docere poſſunt.

5. Membr. Ex diverſo noſtrorum temporum adminiſtratio annonæ ſatis eſt confuſa.

6. Membr. Dicendum eſt de præſidiis curan-

ndæ annonæ militaris, quæ vel Sparungs-Mittel / vel Mehrungs-Mittel / & in ſupplementum annonæ ſæpius venit Tabacum.

3. Inter præſidia parcendi leges ſumptuariæ etiam eſſe feruntur: præſidia augendi verſantur 1) in agricultura diligentius curata. (2) In ærario militari, (3) in diſciplina & adminiſtratione accurata.

DISSERTATIO
De
HASTILUDIIS
Sive
TORNEAMENTIS.

DE origine dicet, quem ad *Henricum I.* Aucupem plurimi Scriptores referunt. *Goldaſtus Tomo uno* refert ſtatuta & privilegia Ludorum Equeſtrium, ſed illam Conſtitutionem eſſe ſuppoſititiam, invictis argumentis probari *1. Membr.*

Digitized by Google

bari poteſt, ut *Janus Douſa* & *Goldaſtus* in rationali ſuo probat eſſe ſuppoſititiam, quod probatur etiam (1) ex ſtylo. (2) Ex moribus. (3) Ex Chronologia variè & inconſtanter tradita. (4) Denique ex nominibus ſubſcriptis.

2. *Membr.* Mentio facienda libri celebris, des Turnier-Buchs/ quem item ſuppoſititium *Goldaſtus* & *Douſa* probant.

3. *Membr.* De utilitate haſtiludiorum aliquid dicendum, quæ certè exercitatio comparanda eſt omnino cum certaminibus Ludicris Equitum apud Roman. Vid. *Hermann. Hugon. L. 2. de Militia Equeſtri.*

4. *Membr.* De abuſu dicetur, qui animadvertitur (1) in armorum gravitate. (2) In pugnæ vehementia, hinc magno etiam conſenſu abdicata ſunt iſta Torneamenta.

Ad Lipſii Libr. V. Cap. XIV.

CIcero exemplum *Lucii Lucilli* in *Quæſt. Academ.* celebrat, qui ex ſola lectione *Xenophontis* Dux evaſit.

Quæ-

Digitized by Google

Quæcunque boni autores de Barbaris efferunt, illa poſſunt omnia tribui vulgo. *Gabriëlis Naudæi Syntagma de ſtudio militum.*

DISSERTATIO
De
PRÆMIIS & POENIS MILITARIBUS.

(1) OBſervati debet finis præmiorum, qui eſt teſte *Lipſio* ad provocandam & excitandam virtutem militum. 1. *Membr.*

Species præmiorum militarium apud Romanos enarrari debent, quod nemo hactenus fecit; ſunt autem (1) haſtæ puræ, quæ carent ferro, & ſunt ex puro ligno; & non inerat pretium huic præmio ſed honor. (2) Genus præmiorum erant phialæ, quod *Lipſius* corrigit, & armillam fuiſſe putat. (3) Genus ſunt Phaleræ, quæ Equitibus dabantur. (4) Torques. (5) Vexilla, vel unicoloria, vel plurium 2. *Membr.*

rium colorum. (6) Coronæ, quas *Gellius* & *Carolus Paſchalius in opere de Coronis* deſcribit. (7) Genus erant ſpolia. Addi autem debent (1) præda militibus diviſa, de qua *Schelii* extat *Diſſertatio egregia.* (2) Triumphus, cui nihil ſimile habent recentiora tempora. *Liv. l.* 48. *c.* 38. Confer. (3) altiores Ordines ſive gradus. (4) Laudes publicæ *Liv. l.* 2. *c.* 60. ubi dicit, laudibus non minus quam præmiis gaudent milites. (5) Statuæ.

3. *Membr.* Quæſtio adjicienda de hodiernis dignitatibus, dum nonnulli Comites, nonnulli Barones dicuntur. Comites a. initio dicebantur, qui comitabātur Imperatorem. Sic duces & Imperatores ipſi, quæ ſunt omnia vocabula virtutis militaris.

4. *Membr.* Quomodo iſta præmia conferantur, dicet. Romani plerunque pro concione id faciebant. 2. Addebatur honos verborum. 3. Honore inſignium fiebant iſta præmia. De Inſignibus *Hæppingius* ſcripſit. De

Digitized by Google

De more Equites creandi dicet, qui vel generalis vel ſpecialis. In genere Equeſtris illa dignitas aliquid addit dignitati de ſpeciali varii variorum extant tractatus, ut *Franciſci Menenii deliciæ Equeſtres.* *5. Membr.*

Origo (1) fuit ex virtute militari, recentior autem origo eſt ex aliis cauſis.

Adjici debet aliquid de arcanis Conſiliis titulorum militarium. Sic in Monarchia variis conſiliis tribuuntur, ut Principis ſplendor per ejusmodi titulos creſcat. *6. Membr.*

Ad Caput XVI.

DISSERTATIO
De
TEMPERAMENTO
JURIS BELLICI.

JUS belli ferè ſententia & Jure Gentium regitur, ſed adeſſe illi ſemper æquitas debet, quæ eſt *1. Membr.*

tem-

temperamentum juris bellici , & ſemper jus belli ſupplendum eſt æquitate , de quo egit *Grot.* incomparabiliter.

2. *Membr.* Videndum temperamentum Juris bellici in cædibus, quæ fiunt vel ex propoſito, vel citra propoſitum. De cædibus ex propoſito hic ſermo, præterea ex cauſa cædes diſtinguuntur. *Grotium* hîc *l.* 3. *c.* 11. *de J.B.* vide nempe vel ex defenſione rerum , vel ex pœna ob antefacta delicta. Hic quæſtio oritur de multitudine ; quot nempe cædibus ſubjici debeant, & putant nonnulli omnes mactandos eſſe. Sed excipiuntur (1) pueri & ſenes ætatis ratione. (2) Fœminæ. (3) Clerici. (4) Agricolæ. (5) Literati. (6) Obſides. *Grot. l.* 3. *c.* 11. Confer.

3. *Membr.* In vaſtatione conſiderandum temperamentum juris bellici & res ſacræ & religioſæ inviolabiles apud pleraſque gentes habentur, quamquam contra hæc ſæpius fiat.

In

In quæſtione autem hac plura fere ad conſilium, quam factum referuntur *Grot. l.* 3. 12. Videndum de temperamento Juris Bellici circa captivos *l.* 3. *c.* 14. *Grot. de J. B.* hodie apud Chriſtianos non amplius ea quidem in uſu, ſed Mahometani etiamnum captivos pro ſervis & quidem crudeliſſimè habent, longéque crudelius quam ipſi pagani, & eſt hodie Mahumetana militia ſine omni temperamento juris bellici. 4. *Membr.*

Ad Lipſii Libr. VI. Cap. I.

IN libris Hiſtoriarum *Taciti* nihil aliud continetur, quam deſcriptio belli Civilis.

Epiſtolæ *Ciceronis*, inprimis *ad Atticum*, continent quaſi integrum Commentarium belli Civilis.

Spes & metus ſunt quaſi duo arietes, quibus animi humani expugnantur.

DISSERTATIO
De
FACTIONIBUS.

1. Membr. NOſcenda diverſitas factionum ex cauſis, ut Rex ambitione & æmulatione honorum. Tales factiones in Regnis Electivis magno numero habemus, & in conclavibus Pontificum hoc ſatis patet, ut ex conclavibus Pontificum typis vulgatis videre eſt. *Conringus* unum etiam atque alterum edidit conclave Pontificum. 2. Cauſa eſt cupido dominandi, ſeu injuſtam potentiam aſſequendi. Hoc in Regimine Poliarchico ut in Democratia inprimis fieri ſolet, nonnunquam etiam in Ariſtocratia accidit. 3. Cauſa ſolet eſſe odium & vindictæ cupiditas erga inimicos, hujus factionis exempla in Italia plurima fuêre, & abundat his exemplis inprimis Hiſtoria Florentina. 4. Cauſa eſt avaritia, cujus

Digitized by Google

is rei exempla Hiſtoria Genuenſis plurima habet. 5. Cauſa ſunt privata familiarum diſſidia, exemplum autem non grandius extat, quam in miſera Germania. 6. Cauſa pertinet ad ſcelera, ut conſilia inſidiarum & proditionis, de quibus ſupra *l.* 4. *c.* 10. actum. 7. factiones aliæ ſunt apertæ, aliæ clandeſtinæ. Tales in aula *Tiberii Tacitus* memorat.

Conſiderabit prætextus factionum; (1) autem eſt boni publici, & aliàs cum prætextibus ſeditionis ferè conveniunt. 2. Prætextus ſolet eſſe libertatis. 3. Religionis, cujus exemplum exhibet Anglia. 4. Prætextus ſolet eſſe forma Reip. 2. *Membr.*

Conſiderabit occaſiones factionum, ut in Monarchia, (1.) ſi Rex eſt ignavus; item (2) ſi nimis eſt ſeverus. (3) Per inteſtinas diſcordias, aut (4) per externa bella. (5) quando Imperium eſt diviſum aut quaſi diviſum. 3. *Membr.*

4. Membr. Exempla grandiora exhibebit, ſunt autem ſub Rege *Carolo* & *Henrico Tertio* exempla incomparabilia, ſed verè ſingulare eſt factio *Guelforum* & *Gibellinorum*, quæ factio totam Europam pervagata eſt, egregiè eam deſcripſit in *Chronico Carionis Philippus Melancht.* extat etiam digreſſio egregia apud *Æneam Sylvium*.

5. Membr. De remediis aget. (1) Tetigit ipſe *Lipſius*, quod eſt ad præſervandum, ut ferantur Leges. Sed ad ſanandum optimum remedium eſt reſtitutio proportionis ſive æqualitatis Geometricæ.

Ad Lipſii Libr. VI. Cap. V.

S*Ineſii de Providentia* libri huc pertinent. In quorum uno bonus Princeps, in altero Tyrannus præclarè deſcribitur.

Epiſtolæ *Cic. ad Atticum* ſunt quaſi Speculum belli civilis. Et nihil niſi Conſultationes & querelæ de bello civili.

DISSERTATIO.
De
TYRANNIDE.

DE Definitione Tyrannidis. *1. Membr.* Locus definitionis autem hic maximè eſt arduus. Cauſæ ſunt 1. Autoritas *Ariſtot.* cujus verba cum definitionem continerent, pro definitione ſunt arrepta à pleriſque. *Grot. l.* 1. *c.* 3. de hoc errore confer, ubi refutatur iſta refutatio. 2. Cauſa difficultatis in definienda tyrannide eſt modus definiendi Tyrannum per notas, ut *Bartolus de Tyrannide* omnes notas Tyrannorum ex *Ariſtot.* conquiſivit ex *lib. IV. cap.* 10. *&* 11. 3. Cauſa difficultatis poteſt ſumi ex autoritate ſacrarum literarum malè explicatarum, inprimis ex loco 1. *Sam.* 5. *à v.* 11. *uſque ad* 19. ubi putant nonnulli Tyrannum definiri, & hoc probant ex loco *Deuteron. c.* 5. *&* 17. quem locum ne-

mo facundius pertractavit, quam *Gerhardus in loco de Magiſtratu*, qui putat deſcribi hic jus regium, quæ ſententia eſt verior, alii putant deſcribi hic jus tyrannicum, *Grotius* mediam viam iniit. *Sam. Bochardus in Epiſt.* quâdam etiam hunc locum tetigit. 4. Cauſa difficultatis ſunt hypotheſes Pontificiæ de poteſtate Papæ, &, ut brevi dicatur, Jeſuitarum hypotheſes, qui dicunt illum Tyrannum eſſe, quem Pontifex tyrannum declaret. 5. Cauſa eſt à Philoſophia à Democratica ſeu populari. Talis eſt *Althuſius* de Jure populi, & inter Anglos *Milthonus*. Eſt autem Tyrannis imperium unius nulla habitâ ratione honeſti, ad explendam imperantis per fas & nefas libidinem.

2. *Membr.* De iſto libro aliquid dicet, qui inſcribitur *L. Junius Brutus, ſive indicia contra Tyrannos*, cujus autorem quidam ſtatuunt *Mornæum* Theologum Reformatum, alii *Ru-*

per-

Digitized by Google

ertum Langvetum, alii *Theodorum* *Bezam*, ſed quicunque ſit ille liber, ſt pernicioſus ſanè. Huic ſcripto oteſt comparari etiam *Claudii Seiſelli* deſcriptio Galliæ, qui id git, ut Regi Galliæ adimat jus egium. Huic addi tertio loco debet *Hottomanni* Franco-Gallia, qui tres libri omnes jus regium oppugnant.

3. *Membr.* De Exemplo noviſſimo & incomparabili Anglicano agetur, ubi Rex *Carolus* Tyrannidis eſt condemnatus; ſed quæritur, an in iſto Tyrannis probari poſſit, & *Milthonius* nugas agit tantum, cum vult probare fuiſſe illum Tyrannum, & ſanè malè accuſatus eſt Tyrannidis, nec ſatis etiam defenſus à *Salmaſio*.

4. *Membr.* De diſtinctione Tyrannidis aget, quæ duplex, una apud antiquos celebris, qualis eſt *Ciceronis* in *Phalariſmum* & *Piſiſtratiſmum*, qui eſt, cum non ferro ſævit tyrannus, ſed ſpecie juris & legum. Phala-

riſinus eſt à Phalaride, ſed datur ex his quoque mixtum genus ut *Tiberianiſmus*. Recentior diſtinctio eſt, quâ alius eſt tyrannus titulo, alius exercitio, alius exercitio & titulo ſimul.

5. *Membr.* De tyrannicidio aget, quod apud antiquos Rhetores valde commendatur, quia apud Græcas civitates leges erant de præmiis tyrannicidarum. Qv. an rectè liceat concludere, hic eſt tyrannus, ergo licet eum occidere? quod negandum. De hypotheſi ſive exemplo aliquid dicendum, ut de *Julii Cæſaris* cæde, quem ceu tyrannum occiderunt, ſed fortiter negandum eſt, illum jure ut tyrannum eſſe occiſum. Nam ſi eſſet occiſus, cum moliretur tyrannidem, juſtè eſſet occiſus; ſed poſt, cum populus & Senatus ei omne jus contuliſſet, injuſtè eſt occiſus.

Digitized by Google

PRAXIS PHILOSOPHIÆ ΠΟΛΙΤΙΚΗΣ

De

CONSILIARIIS ELIGENDIS ET AUSCULTANDIS,

Aliisque

Exemplis & Deliberationibus,

delineata

à

Viro celeberrimo

JOH. HENRICO BOECLERO,

Prof. P. in Academia Argentoratenſi.

Nunc primum in lucem edita.

Francofurti ad Mœnum,

Apud JOH. PHILIPPUM ANDREÆ,

M DCC IX.

Digitized by Google

SERIES ORATIONUM *Hic* CONTENTARUM.

I. ORatio *Auguſti ad Liviam uxorem, qua deliberat, quem velit Macenati defuncto ſubſtituere.*

II. *Reſponſio Liviæ, inprimis de decoro muliebri in modeſtia & reverentia erga maritum; calliditate conſiliorum & ſolertium cogitationum.*

III. *Deliberatio* μονοπρόσωπος *ex perſona Tiberii, de addiſcendo in curarum partem Sejano.*

IV. *Conſultatio Philippi II. Hiſp. Reg. cum Albano Duce de Granvellano in Hiſpaniam evocando.*

(1) *Oratio ex perſona Albani Ducis, qua Regi Evocationem hanc ſuadet.*

(2) *Re-*

Digitized by Google

(2) *Regis conſilium & cogitatio de toto negotio, quæ ſecum ipſe decernit.*

V. *Conſultatio ex Perſona Ludov. XIII. Galliæ Regis de Marchione Arnæo dejiciendo, & ſucceſſore ei ſubſtituendo &c.*

VI. *De Neutralitate.*

(1) *Deliberatio ex parte Maſſilienſium, cum Cæſari portas clauſiſſent.*

(2) *Ex perſona ſuadentis* ἀδιαφορίαν *veram & ſinceram.*

(3) *Conſilium, quo diſſuadetur* ἀδιαφορία *Maſſilienſibus.*

VII. *De Criminibus Majeſtatis certæ ante omnia cautelæ prænotandæ.*

(1) *Specimen locorum quorundam, quæ in hac materia vel generalius, vel ſpecialius occurrunt, atque tractari ſolent.*

(2) *De definitione Criminum Majeſtatis, ſeu ſtatu definitivo.*

(3) *De culpa ſilentii.*

(4) *Vtriusque conſiderationis rationes.*

(5) *De fontibus quibusdam & exemplis talium tractationum, quæ huc pertinent.*

ORA-

Oratio Prima

Oratio Auguſti ad Liviam Uxorem, quâ deliberat, quem velit Mæcenati defuncto ſubſtituere. Cujus argumenti Philoſophia peti poteſt c. 9. ex Lipſii III. Politic.

Introitus & Propoſitio. IPſa me hactenus rerum & Imperii difficultas, caſusque Fortunæ varii, & ingenium aulæ, ſatis monuit *Livia*, ut de nullâ æquè re ſollicitus ſim, quam de comparandis curarum Principalium adjutoribus & conſortibus. Quam ego cogitationem cum rarò ex animo ſoleam dimittere, nunc cum ſtimulo & pondere ea renovatur, poſtquam chariſſimum mihi, conſiliisque meis utiliſſimum *Mæcenatem* fortuna acerbior eripuit. *Propoſitio.* Fuit equidem *Mæcenas*, ut ipſa noſti, vir non præcipuâ modò fide,

Digitized by Google

fide, mihi per longa experimenta ſpectatus, probatusque, ſed & ingenio tali prædítus, quale & ſufficere maximis rebus potuit; nec ſuperioris tamen dignitati usquam officere voluit. Quapropter ſemper credidi, dum rerum meatum fortunam meditarer, hunc mihi ad reſtituendam Rempubl. & ex ipſo penè interitu revocandam, divinitus adjutorem conſtitutum, donatumque eſſe. Nam & ab initio cum poſt *prælium Actiacum* de Rep. ordinandâ anceps me & gravis cura diſtraheret, hujus hominis prudentia mirè cum Reip. fatis meisque conſiliis congruebat, & poſtea induſtria in efficiendis iis, quæ rerum ſtatus flagitabat aſſiduâ præſentique ope præſto fuit. Equidem ſi ut nomen Principis in me ſolum Dii contulerunt, ita ſcientiâ unius hominis & labor poteſt tantam rerum molem quaſi unâ proviſione complecti: nihil eram vel laborum vel moleſtiarum detrectaturus. At verò cum nemo Regum Principumque omnia per ſe poſſit expedire, aut ſuâ unius ſcientiâ compecti, denuo mihi omni ſtudio conſiderandum requirendumque

eſt,

eſt, ſi qua idonei & Mæcenati noſtro paris vel ſupparis hominis opera negotia mea ſublevari poſſint. In hanc curam dum cogitationes intendo, multa mihi obverſantur, *Livia*, quæ ſingula peculiaris curæ attentionem diligentiamque requirere videntur.

Difficultas deliberationis hujus, & ſimul virtutes adjutoris curarum Principalium congruentes.

Non jam per ambages & veluti ex alto repetam, quænam illa ſint, quibus eminere debent, qui ad gubernandam Principalis eminentiæ fortunam admittuntur: quam invicta, ſilentioque & ignorationi ſimillima fides; quam generoſa, & nulli vel æmulationi, vel blandimento ceſſura conſtantia, quam exacta & in omnes Reip. angulos porrecta peritia, quam profunda pariter & expedita in negotiorum ſive myſteriis, ſive ingeniis prudentia, quam tempeſtiva & impenetrabilis libertas; quam aſſidua & ubique ſui obſequii memor modeſtia: hac, inquam, ego ſigillatim, quam ſint rerum magnarum adjutori & adminiſtro neceſſaria, non

non attingam. Illud certum eſt, ſingulas ejusmodi dotes vix ſingulis contingere, adeò rarioris fortunæ munus eſt, ſi in uno univerſæ ad regnorum ſalutem conſpirant. Talem enim qui reperit hoc veluti certiſſimo pignore judicare poteſt, hunc cœleſti favore, divinâque in Rempub. curâ ſibi monſtratum donatumque.

Verum enim verò, ut magni operis munerisque eſt, tale Deo tum munus, ut cœpi appellare, reperire: ità non idem reperiendi & metuendi Principibus finis offenditur. Quanta enim & quot ſuperſunt turbamenta & pericula, & avocamenta, quibus optimi quique, & generoſiſſimi, mortales vitio humanæ imbecillitatis & infortunio quodam perpetuo aularum, in diverſa diſtractos ſtudia, vidimus, legimus, audivimus. Eſt ante omnia occultum, quodpiam, & inevitabile, ut ſic dicam, animorum & fidei aulicæ venenum, ipſa

Pericula & turbamenta, quæ præcipuos rerum adjutores à recto abſtrahere poſſunt & ſolent. Et (t) quidem ex parte ipſorum Conſiliariorum.

ipſa potentiæ dulcedo. Dum vident chariſſimi illi amici noſtri, ſe hoc eſſe quod dicuntur. Florere benevolentiâ noſtra, nihil noſtrarum rerum iſtis abditur aut celatur, plurimum ſpei in ipſis repoſitum; denique cum intelligunt, ſe magnos nobis, magnarumque rerum adminiſtros eſſe, quam facile irrepit ambitio, quæ ipſos jam non patitur ſincerè æſtimare, quantum interſit inter Principis auſpicia, & adjutoris conſilia. Quippe ſplendore fortunæ noſtræ velut occæcati, dum noſtris radiis lucent, non de noſtra, ſed de ſua claritudine cogitant. Non miniſtri jam ſibi conſiliorum, ſed autores videntur. Accedit haud raro Potentum ſollicitatio, & ſpes lucri ex illuſtribus & æmulis aulis è longinquo oſtentata, aut intra parietes noſtros ab ambitioſis & ſuæ ſpei tendentibus, repræſentata. Adſunt amici, familiares, propinqui, qui modeſtius aut fidelius cogitantem ad altiora & ſpecioſiora, & ipſis quam nobis magis decora vocant. Hi ſunt, qui in aurem noſtris inſuſurrant iſtas omni Syrenum cantico pellaciores voculas: Nonne tu omnium tuo Principi

& de-

Digitized by Google

& decorum & utilitatum auctor es & proviſor? Nonne tuâ prudentiâ fulcitur Imperii moles? Splendeſcit Principis autoritas, animatur aulæ diſciplina? Hæc & talia quem non frangunt, aut ſaltem commovent, inclinantque, magni animi ſit, neceſſe eſt. Quanquam adhuc alia ſuperſunt, quibus in obliqua deflecti generoſi Conſultoris rectitudo poteſt. Quid enim dicam de intricatâ perplexitatibus, obſepta difficultatibus, oneratâ moleſtiis negotiorum tractatione? Dum ſibi conſcii ſunt tanti laboris devorati, tantæ exhauſtæ moleſtiæ, non tam per fiduciam meriti, quàm moroſitate, ut ſic dicam, laboris, illuc adiguntur quodammodo, ut gravius aut animoſius ſentiant loquanturve, quam noſtræ fortunæ patitur ſanctitas. Præſertim quando inter has moleſtias curasque ad ſenectutem pervenere, quâ ætate ſicut conſiliorum maturitas conſummantur, ita præſidentia quædam, & adverſus faſtigium Principale non quidem irreverentia, ſed tamen auſterior reverentia ſubnaſcitur. De eo planè nihil dicam, quod multi cætera ingenio & vir-

 tute

tute noſtris rebus accommodatiſſimi natura ferociore animantur.

2. Turbamenta ex parte Principum.

Sed & noſtræ aulæ ipſaque Regum ſceptra & diademata aliquid habent, quod poſſit obſequium apud eos imminuere, quos nobis propria neceſſitas regiminis admovit. Cum enim neceſſe utique ſit, ſicut antea innuebam, aliorum opera uti, audire conſilia, admittere inventa. Tamen ea eſt auſpicii & faſtigii noſtri ſanctitas, ea Majeſtas, ut non liceat nobis privatorum ritu vel gratis eſſe, vel modeſtis. Non poſſumus agnoſcere aut venerari, ut authores conſiliorum graviſſimorum; licet inveniſſe, licet excogitaſſe videantur.

Ceremonia & religio ſceptrorum docet, nos iſta non aliunde quam à noſtra fortuna deducere. Illa inſpirante credimus ſapere Miniſtros & Conſultores noſtros: Illius & per illam noſtra cenſetur eſſe ad uſus & ſolatia regnorũ, quæcunq;, quandocunque, per quemcunque emergit Prudentia.

Hinc

Digitized by Google

Hinc eſt, quod utiliſſimos nobis Viros, ſed animoſius quam par erat de ſua prudentia ſentientes, auſpicia noſtra non ſatis reverenter intelligentes, gravari, & ſeveriori oculo aſpicere, aut planè abdicare cogimur. Nec diſſimilis eſt cautionis; quod eadem regnorum autoritas nobis præſcribit conſilium: Nunquam ita uti Conſultore, ut illius conſilio, tantum & prudentia, conſulti prudentesque videamur. Evenit ergo haud raro, ut etiam cum auſcultamus, etiam cum fidem habemus, etiam cum conſilium & Conſultorem amamus, tamen diffidentiæ cujusdam ſpeciem præferamus, neque ſtatim toto & familiari aſſenſu poſſimus adſtipulari. Super hæc omnia multa infert in aulas noſtras, & in ipſa ſacrarii regii penetralia, fortuna: quæ nullibi potentius & mirabilius quam in rebus noſtris ludit. Dicam quod verum eſt: Nemo mihi Principum, quantacunque ingenii bonitate fuerit præditus, uſque quaque cavere poteſt, ne opus habeat intimum quemque amicorum aliquando ſuſpectare.

Concluſio repetens id, quod ab initio erat, propoſitum cum adhortatione ad expromendum conſilium.

His & talibus curis jam pridem diverſè trahor, *Livia*, quoque magis magnitudinem Imperii noſtri, profunditatem conſiliorum, quibus Status noſter in aula domoque firmandus eſt; vergentem meam ætatem conſidero, eò minus poſſum aliquid ſtatuere, aut decernere: niſi tu exiſtimas fortè, *Livia*, *Criſpum Salluſtium* idoneum fore ad ſuſtinendas *Mæcenatis partes*, quippe qui jam magna nobis & multa ſui documenta dedit. Sed de his omnibus tuam quoque pervelim audire ſententiam, quam pro ſolitâ fide, & prudentia expromas, poſtulo.

Adhortatio.

ἐπίκρισις de charactere orationis.

Character Orationis λεκτικὸς ut in omnibus Deliberationibus, ita in conſultationibus Politicis debet eſſe moderatus, gravis & ex peculiari inſtituto *Auguſti* (de quo *Sueton. in Aug.*) apertus, perſpicuusque. Abſint colores nimii, & longè quæſiti, affectatio obſcuritatis, ſtudium amplificationum & ejus-

modi

Digitized by Google

modi plura, quæ non cadunt in Principem, τὰ ἐπιτήδεια νοοῦντα καὶ αὐτοσχεδιάζοντα ea, quæ uſui ſunt, prudenter cogitantem & promptè enunciantem.

Typus πρακτικῆς debet præferre primò quidem Prudentiam rei, e.g. profundè intellectæ, & particulatim, univerſimque comprehenſæ. Item circa obſervationem ſpecialium, & eorum quæ accidere aut concurrere poſſunt & ſolent, quæ pars ad providentiam præſertim pertinet ad nobiliſſimam Prudentiæ partem, & maximis ingeniis tantùm congruit. Secundo debent præterea ineſſe ſolicitudo & cura Reip. cautio & circumſpectio, & reſpectu *Liviæ*, cum qua colloquitur *Auguſtus*, familiaris, & veluti in ſecreto apertior libertas. Nam ſicut ad alios loquentem gravitas τοῦ ἤθους potius decuerit, ita ad Conjugem non excluſa gravitate, familiaritas ad ſimplicitatem quandam accedens non aliena eſt.

RESPONSIO LIVIÆ,

In qua ratione Characteris pleraque ſupra annotata recurrunt, ſeorſum tamen decorum muliebre in modeſtia & reverentia erga maritum. Deinde peculiaris quædam calliditas conſiliorum & ſolertium cogitationum eluceſcet.

Introitus cum Præfatione veniæ, & ſolennibus verecundiæ ad teſtationem obſequii, inſtituitur ita.

PRo ſolita Comitate & amore facis *AUGUSTE*, quod tanti conſilii me participem eſſe voluiſti. Atque ego ſanè non adeò mei ipſius vel ignara, vel immemor ſum, quin ad conſilia tanto Principi in tanto negotio ſuppeditanda me & naturâ, & ſexu & uſu longè, longèque imparem ſentiam. Verum quoniam ſcio prudentiſſimorum quoque hominum iſtum morem eſſe, ut aliquando minus prudentium cogitationes eliciant & explorent, & præterea cum nihil dubitem familiaritati Conjugali hoc à *Te* dari, quod nihil earum rerum ignorare me pa-

teris,

Digitized by Google

teris, ideò facilè debiti in omnia obſequii ratio me monet, ut ſimplicitatem mearum cogitationum *Tibi* & marito & Domino meo liberè & apertè ediſſeram. Certa me interim ſpes fovet, *Te* omnia moderati æquique & amantis animi benevolentia æſtimaturum, veniaque me & favore proſecuturum eſſe. Itaque cum ex Tuo conſilio meas meditationes informo, prudentiſſimè id à *TE* allatum intelligo, quod in eligendo *Mæcenatis* ſucceſſore ad præſentis ſtatus & naturæ domus rationem, omnis flectenda videatur conſultatio. Cum enim neceſſaria Reip. mutatio indeque enata non ſine Divino Numine Monarchia longè alias, quam olim obtinebant, Imperanti rationes artesque attulerit: dubium nullum eſſe poteſt, omnia Imperii noſtri inſtrumenta & adjumenta huc cum primis accommodari & comparari debere. Quam ego rem ita conſidero, ut

Prima conſideratio eſt de arcanis domus.

 planiſ-

planiſſimè credam, paucos mortales ea eſſe ingenii, non dicam ſubtilitate aut dexteritate, ſed naturali propenſione temperamentoque, ut Principibus, atque ſingulare Imperium obtinentibus idonea præſtare miniſteria poſſint. Nam libertati quidem & populari Imperio quotusquisque eſt, qui non accommodatus vel ſit, vel ſtatim fieri poſſit? Quippe libertas ſecundùm naturam eſt: cui parere etiam ſimpliciſſimus quisque ſolet. Neque multi laboris eſt id velle, id ſtudere, id præferre, quod omnibus placet: cum non aliunde approbationis ratio petatur, quam unde exemplum petitur. Quid quod in populari libertate omnia aperta ſub oculos & manum prompta reperiuntur: ut nec ullus reperienti, nec magnus judicanti labor ſit. Sed nec in Optimatum Statu tanti ingenii judiciique res eſt ſervire Nobilitatis ſtudiis: quæ in id fermè unum collimare ſolent, ut autoritas penes eosdem maneat, penes quos eſt imperium. Cumque & hic ſicut in libertate legibus omnia & inſtitutis eorumque obſervantia non conſiliis & inventis expediantur, facilior uti-

Digitized by Google

utique eſt præſcriptæ ſolertiæ prudentia, quæ plus obſequio quàm ſagacitate conſtat. In unius autem Imperio, ubi nec lex eſt, niſi quam Principum ſanctitas & utilitas facit, nec conſuetudinis regula, ſed diſpenſatio actionum formam deſignat, longè alia conſulenti & agenti emergit norma. Cujus profunditatem pauciſſimi intelligendo, nedum conſiliando aut agendo aſſequuntur..

Quod ſi enim ſpectemus ſanctitatem faſtigii Principalis (nam hic primus & præcipuus proviſionum & conſiliorum fons eſt) multis illa veriſſimis myſteriis involvitur, quæ ut à cœlo in terras dimanârunt, ita cœleſtis cujusdam curæ res eſt, animum & mentem in ea penetrare: adeò quidem, ut exemplis omnium ætatum conſtet pauciſſimos fuiſſe Regum conſultores, quos divina providentia incomparabilis ſanctitatis faſtigio attemperaverit. Jam ſi poteſtatem ſingularis Imperii ſua menſura metior, ſive potius metiendam eſſe conſidero (nam mea quidem hebetudo non penetrat tã abſtruſas opes) rurſum non poſſum dubitare, eſſe inter

rariſſima temporum ac fortunæ munera, illos homines, qui vel mente concepeꝛunt, vel actu intenderunt, quid ſibi velit, & quatenus velit, & ubi velit poteſtas illa, ſupra quam non eſt poteſtas, niſi divina poteſtas, quæque divinæ ita eſt proxima, ut ſimul ſit conſentanea & conformis. Quæ cum universè vera ſint in ſingulari unius Imperio, nondum tamen id dixi, quod propriè huc ſpectat, de Imperii Romani magnitudine & reſtauratione, ſive in novam faciem reſtitutione. In minoribus aut adultis Principatibus, facilius omnia geri ac provideri ſatis conſtat. At verò ubi imperia jam cœperunt ſuâ magnitudine laborare, ubi fortuna ingentibus motibus ſtatum omnem concuſſit, & multiplici perturbatione in novum habitum transformavit, infinitis perplexitatibus intricari conſilia & opera imperantium neceſſe eſt. Quæ ſi talia eſſent, ut proponi in Publico, aut communicari inter plures, aut ſciri extra aulam, imò extra penetralia & cubiculum Principis poſſent, rurſus inveniret Principalis moleſtia adjumentum aliquod ex conſcientia aut ob-

ſequio

Digitized by Google

ſequio plurium. At verò multa ſunt, quæ ſi alicui patere velis, jam prodideris, non ſine inſigni detrimento Imperii ſtatusque noſtri. Dum enim cogimur ea facere haud raro, quæ nollemus facere, dum ea conſultamus, quæ extra nos nemini nato homini prodere cuperemus, niſi ſumma & inevitabilis neceſſitas nos de quærendo ſecretiſſimorum Proviſionum inſtrumento admoneret: Proxima ſupereſt cautio, ut eum eligamus, qui ejusmodi communicationis capax exiſtimetur. Tales autem homines pauciſſimos reperiri rectè eſt à Te antea proditum, *AVGVSTE*.

Secundum membrum à comparatione Agrippæ & Mæcenatis.

Quod ſi enim illud ipſum par incomparabile amicorum, quod tibi fortuna in tantæ molis levamentum dederat, *Agrippam* & *Mæcenatem* conſideramus, fatendum quidem erit, plurima nos debere fortibus *Agrippæ* conſiliis, & ingenuis conatibus & fideli operæ: ſed ut ſuſtineret, quæ *Mæcenas* ſuſtinuerat, nunquam erat idoneus. Bona in eo & generoſa

indo-

indoles, ſed elatior, & majoribus inſtincta Spiritibus, quam ut ubique meminiſſet rationem novi ſtatus: ſolers & magnis rebus nata prudentia; ſed quæ in arcana aulæ noſtræ, & venturi temporis conſilia obtuſius introſpiceret. Denique vidimus aliquid in eo viro, quod etſi non poſſemus odiſſe aut damnare, tamen nec amare poteramus & uſquequaque probare. *Mæcenas* ex diverſo prorſus talis fuit, qualem niſi nacta eſſet imperii noſtri fortuna, optare debuiſſet. Cui ſi ſimilem quæramus, fortaſſe vix ullum inveniemus, præter eum ipſum, quem rectiſſimo judicio diſpexiſti jam & deſtinaſti, *AUGUSTE.*

Mediocritas C. Salluſtii. Vid. Annot. 5. ad cap. 6. l. 1. A. Tac.

Præterquam quod in eo viro inſignis, & ſub *Mæcenate* parta rerum aulicarum peritia eſt, etiam modeſtia, & mediocritate magiſtrum æmulatur, dicam, an ſuperat.

Quod inſtitutum vitæ eò gratius

tius eſſe nobis debet, quia illud ipſum habet, quod poteſt ipſius ſecuritatem, noſtram autoritatem incorrupti tenoris arte promovere. Animadverto in illo viro eam cautè diſpenſati in obſequia judicii rectitudinem, ut quo minorem ipſe gerit, eò majorum conſiliorum impune ſibi autor videatur. Habet enim hoc fortuna magnorum Principum, ut prudentiſſimo cuique conſultorum inter ipſa obſequia formidabilis videatur, fitque, ut nolit aliquando conſilii ingentis autor eſſe is, qui magnitudine conſilii metuit ſe Principi comparare. *Criſpus* autem ille veluti aliud agendo, & inter familiaris obſequii ſimplicitatem, ea nobis ſuppeditare poteſt, quorum nollet autor eſſe, ſi cum pompa & autoritate id agendum ſit. Ut taceam prompta nobis & parata fore hujus hominis miniſteria, etiam ad ejuſmodi curas, quæ nec majoribus commendari poſſunt, citra præjudicium dignitatis, nec imparibus committi debent ob periculum effectionis. Præſertim cum & illud uſu venire ſoleat ex ſplendidorum miniſtrorum conſcientiâ, ut ipſe ſenſus tam familiaris ſecre-

ſecreti eos ad gravitatem noſtra adverſariam aut æmulam ſoleat irritare aut paulatim inducere. Verùm & de hac parte commendationis fruſtra dicerem, niſi ingenio tali præditus eſſet *Criſpus*, quod & excogitandis ſubtiliſſimis quibúsque, & ſubitis inventis promptiſſimum, & exſequendis adminiſtrandisque dexterrimum, meritò habetur. Nunquam hæſitat ille, veluti à fortuna aut tempore deprehenſus: ſed ſtatim habetur, quod fatis & temporibus opponat. Nunquam ad pauca reſpicit, ſed momento temporis in plura animi aciem jam penetravit. Neque ſubtilia magis quam utilia, aut ſubita, quam ſolita ſectatur. Videas enim non ſine admiratione tam ejus conſilia trahere ex ſolido regnorum uſu vel actu, quam ex ſolertia & facilitate.

Ingenium ejus εὑρετικὸν & πρακτικὸν ſive inventioſum.

Statim ille non tantum quid Principatui proſit diſplicere, ſed & Principi quid placeat, dijudicare

Intelligentia actus & conſilii Principalis.

care ſolet. Dixeris eum jam omnia præcepiſſe, quæ aliis vix longa inſtitutione Princeps de ſua mente ſuoque conſilio inſtillaverit. Si qua fides Philoſophorum placitis eſſet, dicerem *Criſpi* noſtri ingenium occulto quodam ſidere ad tui ingenii ſolem ita flecti, temperarique, ut omnibus penè momentis à tuæ prudentiæ radiis ſplendorem & lucem accipiat, indeque perpetuo cum tuis cogitationibus congruat. Quicquid ſit, non caderet in privatum illa ingenii & intelligentiæ Principalis ſors, niſi principalis fortunæ auſpicio. Cætera elogia ejus diſſerere, non eſt hujus inſtituti, ſcis taciturnitatem ejus, ſcis promptitudinem & fidem. Illud unum reſtat, ut monſtretur nobis à fortuna, probatum uſu, perſpectum negotiis, omni ſtudio, operaque foveamus, & in Mæcenatis defuncti locum ſubſtituamus. Præſertim cum ipſa nos fata huc ducere *Omen ex aulæ fatis petitum.*

vide-

videantur, & in exemplo Mæcenatis nobis omen monſtraſſe, atque in *Criſpo* repetiiſſe talium miniſtrorum, quibus fortuna Principalis ad ingentia juxta & minora, veluti arcano conſortio ac ſecreta utilitate, uti poſſit.

Concluſio approbationem conſilii Auguſti continet.

Quapropter etiam atque etiam laudo conſilium Tuum, *AUGUSTE*, Deumque veneror, ut & iſta & quæcunque pro imperii ſalute ac Principatus utilitate providebis, omnia proſperare tibi ac ſecundare velit.

DELIBERATIO
Μονοπρόσωπος
Ex Perſona Tiberii de adſciſcendo in curarum partem Sejano.

Introitus poteſt conſtitui occaſione Loci Corneliani apud Tac. 1. A. 11.3.

CUm me magnitudo & copia negotiorum, quibus ſub AUGUSTO adhibitus, ſum, ſatis ſuperque docuerit, quam arduum ſit, quantæque molis onus cuncta gubernandi, adeoque in ipſa re

re præſenti intellexerim, non poſſe Principem ſua unius ſcientia omnia complecti, multo minus ſua opera omnia moliri aut efficere. Prima meritò mihi cura incumbit, ut poſtquam Imperium terrarum orbis Fata ad me transtulerunt, de idoneo meorum conſiliorum & publicarum proviſionum miniſtro ſim ſolicitus. In qua re dum occupantur meæ cogitationes ſtatim mihi offertur *Ælius Sejanus*, in quo mihi videor ea reperire, quæ ad hunc finem pertinere videntur. Omitto nunc generis nobilitatem, familiæque ac cognatorum claritudinem, quæ non minimum miniſteria aulica decere poſſunt. Alia ſunt, in quæ penitior attentio, & præſentior utilitas pertingit. Primò enim ingenio præditus eſt ſolertiſſimo, & in longinquas pariter cogitationes atq; præſentaneas inventiones juxta expedito, quique non tantùm poſſit futura ſapienter providere, ſed & ſubita aptè ſuſtinere. Quibus

Loco Propoſitionis.

Tractatio cauſarum.

Generis nobilitas.

Ingenii ſolertia.

ſcil. artibus ſapientia Civilis fundari pariter & exerceri putanda
Fides. eſt. Accedit ſingularis fidei ſinceritas, ſine qua omnis ſapientia apud privatos quoque periculoſa eſt. Principibus autem omnino
Vigor animi. repudianda. Quumque immanes Imperii occupationes aliquid ſupra uſitatas ingeniorum laborumque vires requirant, prorſus eximia & ſingularis eſt, quæ in hoc homine elucet, vividiſſimi animi & erectiſſimi efficacia, vigor, ſpi-
Vigor corporis. ritus. Quem non parum juvat ſimilis in corpore ſive tolerantia moleſtiarum, ſive robur actionum; quod nec continuatione enerva-
Simulatio & diſſimulatio. tur, nec onere deprimitur. Quanquam hæc poſſint comunia videri, & cuivis Principi in quocunq; imperio æſtimanda. Nobis ex ratione præſentis Status & Reip. noſtræ interiora quædam cogitanda ſunt in diſpiciendis utilitatum publicarum adjutoribus. Quum enim inſtituta apud Romanos Monarchia non

iam

tam ad Reip. ſalutem, quam ad Imperantium ſecuritatem, in qua ſalus publica unicè continetur, omnia referenda ſint: multa neceſſe eſt aliter à nobis agi, aliter ſimulari, aliter oſtentari, aliter expediri: adeò quidem ut nihil magis in omni actu eximio, & ad majora negotia ſpectante requirendum nobis videatur, quam ne quis introſpiciat noſtras rationes & conſilia; quorum ratio nunquam conſtabit, niſi uni reddatur. Ad diſſimulandum autem non ut plerique æſtimant, ſufficit vel taciturni animi fides, vel ſimplex illa & nuda ſecretarum rerum occultatio. Verum ipſa occultationis, ut ſic dicam, occultatio, & ſingulare naturæ an ingenii an induſtriæ, dicam; beneficium concurrat neceſſe eſt, ne vel videatur occultari, quod occultatur, atque ut ſub alia ſpe grata & jucunda, adeoque in arcanos uſus utilis ſit occultatio iſta tam pro-

bè concinnata, tam altè recondi-
ta. Ad ejuſmodi artes *Sejanus* non
inſtitutus, ſed natus videtur: qui
præterea illud mihi in memoriam
revocat, quod ſub *Divo Patre* meo
obſervavi diligenter, & ex ultimo
ejus ſecretoque colloquio menti
denuò infixi, *Mæcenatis*, inquam,
exemplum. Nihil æque in illo Vi-
ro amabat *Auguſtus*, quam mode-
ſtiam vitæ, cultus, omnisque mo-
ris ſimplicitatem uſque ad ſpeciem
diſſoluti moris demiſſam. Quod
imperiti rerum noſtrarum facile
in occaſionem vituperii traxerint:
ſed revera pars obſequii erga Prin-
cipem erat, abdicato omni ſplen-
dore, faſtuq; in familiares præſen-
tesq; & extemporales uſus prom-
ptum ſe ſe paratumq; & offerre &
præſtare. Inſtitit ea veſtigia, & ad-
huc inſiſtit *Criſpus Salluſtius*: Cui
nunc accedet *Ælius Sejanus*, egre-
gium habebo temperamentū mi-
niſteriorum Principalium, quum
uterque ſuo ingenio non accom-
da-

Modeſtia moris atq; mediocritas.

cinctus mutuâ æmulatione inten-
tusque erit. Quippe non latebit
Sejanum, quo exemplo, quave
moris gratia nobis deſpectus ele-
ctusque ſit. Quo major ipſi cura
erit, uti & *Mæcenatem* noſtræ au-
læ & *Criſpum* deinceps quaſi redi-
vivos non ſiſtat modo, ſed ſupera-
re contendat. Atque neſcio equi- *Conve-*
dem, quod me aſtrum huic viro *nientia*
tam intimis nexibus copulet, & ad *genii cu*
eum ſingulari quadam propenſio- *Tyberii*
ne attemperet. Niſi enim vehe- *indole.*
menter fallar, hunc virum unum
novi, meis moribus veluti fatali
munere congruentem, quique ad
ſenſa animi mei ex uſu & voto meo
penetrare poſſit, quoties voto po-
tius quàm mandato quædam, ut
fieri ſolet, injungenda erunt. In-
cumbit meis humeris ipſa Imperii
mole gravius onus, æmulatio *Ger-* *Quia*
manici & ferociſſimæ fœminæ uxo- *neus a*
ris ejus *Agrippinæ*. Quippe cum *ſingula*
quada

O 3 poſ-

poſſident in omnium animis adfectum & favorem, ut ad parandum ipſis imperium ſola videatur ſanguinis *Auguſtæi* reverentia viam factura, ut primum ipſis libuerit. Ne dicam de ſpecioſa & in vulgus grata civilitate Juvenis & *Agrippinæ* artibus, quibus populum ſibi obſequentem reddere, & ad res novas obligare non tantum poteſt, ſed jam fermè ſolet. His ergo occultiſſimis machinis eò periculoſius petor, quo minus apertè licet reſiſtere: Neque ſanè unquam tutus ſalvusque ero, aut Remp. in tranquillo ſtatu videbo, donec ſupererunt, qui talia meditantur. Quibus malis ut peritè & efficaciter eatur obviam, quam maximè opus eſt miniſtro, omnibus ad providendum, explorandum, audendum artibus inſtructiſſimo, *Sejano* aliquo, nam quis illo rectius mihi aut fidelius navaverit hanc operam? Quod igitur domus noſtræ atque Reipub. proſperare *Dii*

ve-

...ſilia ...quen- *...cluſio ...tinens*

Digitized by Google

velint, quamprimum *Sejanum* mihi admovebo, omnibus honoribus cumulabo, omni familiaritate mihi adjungam, omni munificentia devinciam, omnique fiducia me meaque conſilia illi committam. *decretum ſive Propoſitum Tiberii.*

Pertinet huc deſcriptio *Sejani* præſertim ex *Tacito* 4. *A.* 1. & *Vellej.* 2. 127. 2. Pertinet huc *Tiberiani* Principatus hypotheſes arcanæ, & illa tota ratio ſtatus, cujus ſpecimen delineavit *Salluſt. Criſpus* 1. *An.* 6, 6, *&* 7. Cujus interpretatio per libros 6. *Ann.* longè latèque diffuſa eſt.

Character orationis Tiberianæ talis eſſe poteſt, ut minus videatur dici, plus ſubeſſe dictis.

CONSULTATIO

Philippi Secundi, Hiſpaniarum Regis cum Albano Duce de Granvellano in Hiſpaniam evocando.

Ex

Stradæ Hiſtor. Decad. I.

Prima Oratio ex Perſona Albani Ducis, qua ſuadet Regi, ut Granvellanus in Hiſpaniam evocetur.

I. Membr. Inſinuatio ab innocentia Granvellani.

BElgio avocari *Granvellanum* hominem tuis utilitatibus fidum magis an opportunum, vix dixerim, non ob aliquam vel ſuſpicionem, vel culpam, ex te ipſo animadverti, intellexique *Rex* inviĉtiſſime. Quo major mihi hujus erga tuam Majeſtatem ſermonis fiducia naſcitur. Quippe commendare operam hominis per tot miniſteria & obſequia tibi ſpectati, ſupervacaneum & alienum fuerit. Illud audeo ſperare me non invitis auribus tuis, *Rex* Potentiſſime,

ſime, dicturum, ſi è Rep. eſſe cenſeam hunc hominem propriè ad nos in Hiſpaniam advocari: non tantum ut honoratior viro diſceſſus ſit (nam id quidem privatim tantum utile videri poteſt) ſed ut propinquiori nobis ſolertia laborum ſocius adjutorque adſit. Equidem cum inter tot tantasque ingentium regnorum curas, non minima nunc moleſtia rerumque gerendarum difficultas ex Belgicis rebus exiſtere videatur, quæ partim inclinant, partim plus quam inclinationem nobis minantur; Omnes ſanè vident præſentaneam cumprimis nobis in talis viri ope offerri ſalutem, qui per tot hactenus orientis tumultus pericula atque tentamenta jactatus, intimos rerum abſtruſosque fontes ſoleriter ſcrutatus eſt, ipſamque rerum ſeriem exactâ recentique notitia complectitur. Quod cum dico, per te intelligis, *Rex* Potentiſſime, me cætera quoque innuere, quæ ex hoc viro regiminis tui magnitudo ſperare aut requirere poteſt ſubſidia. Cum enim in tanta multitudine amicorum, Procerum, miniſtrorum rariſſimus, quisque ad interiorem illam aulici,

ut ita dicam, genii indolem aſſurgat, facilè apparet, talium miniſteriorum peritos atque capaces non procul habendos; ſed in ipſa omnium conſiliorum, omnium actuum officina, (in ipſis imperialis domicilii penetralibus & ſicut ſede ad præſentiſſimos uſus accommodari debere. Non me quidem præterit *Belgarum* inquietorum odia, ſuſpiciones, rumores denique non defore, quin in poſterum quoque *Grandvellanum* eo quo hactenus fecerunt, nomine accuſent. Dicent; hominem jam antea ſibi adverſatum, nunc apud ipſum Regem longè atrocius & præſentius adverſus illos omnia ſtruere quaſi fatalem inimicum. At verò evaneſcent illi ſermones atque ſua ſponte dilabentur: id enim vanitatis in rumores & ſuſpiciones effuſæ ingenium eſt. Ne dicam de plurimis artibus, quibus poterimus illudere iſtam ſuſpicantium ſolertiam, & ad alias planè ſuſpiciones & cogitationes deflectere.

II. Ora-

II. Oratio,

Regis Conſilium & Cogitatio de toto negotio, qua ſecum ipſe decernit.

DEcrevi ſæpè *Granvellanum* Belgio demovere deliberatis aliàs rationibus & urgentibus de cau[illegible]s. Quanquam in animum nondum induxi, ut quisquam de illo homine ſequius ſuſpicarer. Novi eum imbutum fide & reverentia, & tali prudentia, quæ ipſi ſemper facilè ſuggeſſit & ſuggeret, nuſquam rectius aut firmius quàm meis opibus niti ſuam potentiam. Et nunc ſanè in aula mea lubenter propius admoverem meis uſibus hominem tam ſolertis efficaciæ & ſelectæ fidei. Verum habet iſta res obſtacula non exigua. Quippe Principum eſt, Amicis non ex voto, ſed ex regnorum commodo uti. Jam ſi nobiſcum denuo vivere *Granvellanum* velimu[illegible], cur decrevimus ergo eum Bel-

1. Membr. Conſideratio Perſonæ Granvellani.

Belgio demovere, & hujus abſentia viri exulceratis Belgarum animis levamentum oſtentare? Qui utique ſua mala non parum aucta conquerentur, ubi exiſtimabunt, quidquid vel negamus ipſis, inſtinctore *Granvellano* negari, quicquid decernimus eo autore decerni, quicquid corrigimus, eo exſtimulatore exaſ[illegible]rari. Hic affectus fortior eſt, & altius hor[illegible]num res novas molientium animis inſitus quam qui poſſit vanis imaginibus aut quadam ſimulacrorum arte diſcuti aut declinari. Cauſæ ſuſpicionum ſunt exſcindendæ, ſi volumus ipſam ſuſpicionem e[illegible]ſcindere. Cumque in aliis rebus incertis opinionibus pronum, levi momento vulgus impelli poſſit inviſos ſemel Proceres æterna invidia proſequitur. Quid? quod ipſam ſororem noſtram intempeſtivè utique offenderemus, ſi cauſas evocati & denuo ornati *Granvellani* æſtimando reperiret, ſuam apud nos petitionem parum proceſſiſſe. Haud dubiis enim indiciis jam aliquoties ſuam erga *Granvellanum* alienationem vel ſuſpicionem non longè ab inimicitia diſtantem nobis oſt[illegible]dit, ut

Digitized by Google

ut nihil dubitandum ſit, in flammas erupturum occulti pectoris incendium, ſi hominem pridem ſibi gravem, ideo gubernatione Belgica demoveri cerneret, ut apud nos propius ſplenderet, & ipſius actus gubernandæque Reip. conſilia vel interpretaretur, vel ſugillaret. Et ſanè ipſi *Granvellano* nequaquam licebit per me opinari, ſicut nec cuiquam miniſtrorum noſtrorum, ſe aliquid adverſus ſororem noſtram, adverſus domum & Majeſtatem noſtram ullo modo poſſe. Nec minimam meretur dubitationem ipſa *Albani* contra *Granvellanum* molitio. Novi hominis animum factionibus & potentiæ ſtudio nimis deditum: qui ſi *Granvellanum* ſibi devinciet, & quaſi proprium reddet, rem facturus eſt, neque aulæ meæ, neque imperio valde proficuam; ſin *Granvellanus*, non impar utique æmulus, diſſidebit ab *Albano*; tum ſanè me tanquam in medio poſitum ſuarum æmulationum materiam facient, aut certè ad ea me conſilia adigent, quæ ſine alterutrius infortunio vix poterunt eventum nanciſci. Quapropter nihil mihi tutius videtur, ut

ſepe-

ſepoſito ad tempus *Granvellano* & *Margarethæ* gratificer, & Belgis gratificari videar, & interim occultatione favoris mei, multa eliciam atque explorem tam ex parte ipſius *Granvellani*, ſi forte aliquid erumpat, quod teſtetur animum ipſius potentia elatiorem & obſequio ambiguum factum, vel ex parte rebellium, in quorum conſilia actionesque hâc occaſione pronior evadet ſpeculatio. Reſumam poſtea ſepoſitum, quando libuerit, & transponam, quomodo profuerit: neque enim ille novam fortunæ ſeriem exordiri, quam priſtinam recuperare malit.

Ita poteſt conſultatio inſtitui, ex Perſona Ludovici XIII. Gall. R. de Manſione Arnæo dejiciendo; de ſucceſſore ei ſubſtituendo &c. prout rerum, temporumque ὑποθέσεις monebunt.

Præire viam Hiſtoria *Gramondi* poterit.

EX *cap.* 5. *&* 6. *Lib.* 4. *Lipſ.* poſſet inſtitui deliberatio ex Perſona *Demoſthenis*, qui à *Philippo Macedone* ſæpe & mul-

multis modis eſt ſollicitatus, ut Athenienſes deſereret, & ad Regem tranſiret.

Ex una parte poſſet *Demoſthenes* conſiderare naturam vulgi, adeoque adminiſtrationis Democraticæ per ea membra, quæ hîc à *Lipſio* proponuntur, quæque longè luculentius in ipſo *Demoſthene* deſcribuntur atque inculcantur.

Ex altera parte in conſiderationem veniret ingenium Regum generatim, & ſeorſim ingenium *Philippi*, quæ pars rurſum eſt à *Demoſthene* copiosè & ampliter pertractata, non tantum in *oratione de Epiſt. Philip.* ſed in *Philippicis orationibus* paſſim.

De NEUTRALITATE, *EX J. LIPSII POLITICORUM LIB. IV. C. IX.*

Difficilis eſt quæſtio, an nimirum ſit amplectenda nec ne in vicinorum bellis? Et quoniam nihil ſimpliciter reſponderi poteſt determinanda ſunt præcipua fundamenta conſiderationis Politicæ, circa hoc negotium. E. grat.

1. Ple-

1. Plerunque hanc quæſtionem non niſi ad vicinorum bella pertinere, nam an ſe aliquis remotioribus & longinquis bellis rogatus aut ultrò debeat interponere, alterius conſultationis eſt. Niſi quod tamen notandus eſt vicinos hic vocari non tantum, qui nos loco & ſitu propè attingunt, ſed quorum arma in vicinia noſtra aut inter nos verſantur.

2. Diſtinguenda eſſe diligenter tempora bellorum civilium ab illis, quæ civilia non ſunt, ſicuti ipſe *Lipſ.* diſtinxit, qui de ἀδιαφορίᾳ bellorum civilium egit. *Libr. 6. c. 6.*

3. Diſtinguenda ſunt diligenter univerſalis aut longè latèque ſpectantis mutationis & converſionis rerum à Particularibus, ut vocant, bellis. Prioris conſilii ſpecimen eſt apud *Curtium l. 4. cap. 1. §. 38.*

4. Multùm intereſt, an de partibus adſciſcendis aut recuſandis ex obligatione quâdam, an ex conſilio & utilitate tantùm deliberetur; e. g. Quando *Maſſilienſes* deliberant apud *Cæſarem l. 1. bell. civ.* an debeant medii eſſe, an verò *Cæſaris* &

Pom-

Digitized by Google

Pompeji arma ſequi, habebant utrinque quandam obligationem. Alia autem eſt ratio in conſultatione Achæorum, de qua eſt apud *Liv. l.* 32.

5. Maximè ancipitem faciunt hanc deliberationem imminentes utrinque eventus, i.e. hæc deliberatio non tam eſt judicii quàm providentiæ, ut nimirum conſideretur, quidnam poſſit ex hac, quid item ex illa parte proſperi adverſique accidere ſequentibus aut aſpernantibus has illasque partes. Evenit enim ſæpè, ut momenta utilitatum damnorumque æqualia aut ambigua videantur.

6. Præcipuæ deciſionis argumentum eſt in articulo neceſſitatis, e. g. Quando inevitabile eſt alterutrius partis commercium, longè alia naſcitur deliberandi ratio, quam ſi ſpes eſt, poſſe ἀδιαφορίαν obtineri & conſervari. Atque hic opus eſt, ut illa quæſtio liquido conſtituatur: an omnino neceſſe ſit alterius partis ſocietatem induere?

7. Nam quando certum deliberatumque eſt ἀδιαφορίαν non poſſe obtineri, tota ratio deliberandi vertitur, naſcitur-

Digitized by Google

que is quæſtionis ſtatus. Utri parti ſit accedendum?

8. Atque hîc in ancipitem deliberationem veniunt non tantùm juſtitia cauſæ, ſed etiam conjectatio eventus, & eorum quæ cum eventu ſunt conjuncta. Communis quidem regula eſt, juſtiori cauſæ eſſe aſſociandas vires, ſed illa facilius dantur quàm dijudicantur. Quam enim in abdito ſunt ſæpe bellorum cauſæ? quantâ caligine involvuntur, & quam ancipitem habent cenſuram?

9. Cumprimis unicum & præcipuum fundamentum eſſe debet in hac deliberatione; ut bona fide vel evitetur, vel apprehendatur ἀδιαφορία. E. G. Cum quæritur, an liceat ἀδιαφορίαν ſimulare, & interim tamen occultè in alteram partem propendere? itemque, an ad tempus tantum alterius partis induenda ſit ſocietas, ex occaſione autem temporum & fortunæ alteri parti accedendum? In his, inquam, quæſtionibus multa ſibi permittunt, qui reſp. moderantur, ſed profectò nullum firmæ ſpei ſucceſſusque fundamentum eſſe poteſt abſque fidei ſinceritate.

10. Ubi

10. Ubi tamen diſtinguendus affectus privatus quaſi & occultus à fide publici actus. E. G. Poteſt quis ἀδιαφορίαν ſincerè & bonâ fide conſervare, idque ob rationes magnas aut neceſſarias. Interim tamen fieri vix poteſt, quin ex ingenio humani moris in alterutram partem animo ſit propenſior, modo ipſo actu non exerceat, quæ in præjudicium ἀδιαφορίας tendere poſſint.

11. In trutina non tantùm utilitatis, ſed etiam honeſtatis ſemper conſiderari debet regula conſcientiæ, dictamen rectæ rationis, ad quod omnes inſtituto naturali obligantur.

12. Quid ſi recta ratio videatur ſuadere aliquid, de quo religio diverſum videatur ſuggerere? Hic haud dubiè major eſt obligatio, quæ ex religione naſcitur, quam permiſſio, quæ ex recta ratione eſt. Dummodo conſcientia ex religione rectè ſit informata neque ſcrupuloſa.

13. Diſtinguendum inter ignavam callidamve, & inter neceſſariam neutralitatem.

14. Denique ſemper eſt aliquid opportunitati relinquendum.

Digitized by Google

Apud veteres de argumento hoc egerunt *Mithridates in Epiſt. ad Arſacen in fragm. Salluſt.* Apud *Liv. l.* 32. *c.* 21. *& ſeqq.*

Extat luculentiſſima oratio *Ariſthæni Achaorum Prætoris*, ſuper hoc argumento. Apud *Lucan. l.* 8. incidit deliberatio, utrum Ptolomæus ſe debeat Pompejo jungere? quæ itidem huc pertinet, apud *Caſar. l.* 2. Maſſilienſes de hac quæſtione dubitant.

Inter recentiores *Neumeierus* totum de hoc argumento tractatum ſcripſit. *Lipſius* bis egit de hoc argum. ſemel *l.* 4. *Polit. c.* 9. *à* §. 78. uſque *ad* 92. Iterum *l.* 6. *Polit. c.* 6. Cum enim duplex ſit ἀδιαφορία, in bellis civilibus una, altera extra bella civilia: ſeorſim de hoc argumento agendum fuit, & quantum quidem ad bella civilia attinet, incomparabile ſunt monumentum *Epiſt. Cic. ad Attic.* quorum hoc perpetuum, ut ſic dicam, argumentum eſt.

Ex-

Exemplum Deliberationis ex parte Maſſilienſium, cum Cæſari portas clauſiſſent, ex Cæſ. præſertim l. 4. c. 34. 35. & ſeqq.

IN hac deliberatione ante omnia conditio negotii & quæſtionis conſtitutio, quam vocant, rectè conſideranda eſt. Quæritur enim, an *Cæſari* debeant, an verò *Pompejo* operam dare, & *Cæſarem* propterea excludere debeant: An verò parem utrique voluntatem tribuere, & neutrum contra alterum juvare, aut urbe, portibusve recipere? Super hac *quæſt.* commune prudentum judicium eſt, benè facturum fuiſſe, ſi neutrum contra alterum juviſſent. Sed Maſſilienſes verbo quidem & palam præferebant ἀδιαφορίαν erga utrumque, ſed revera *Pompejum* juvabant, ejusque partes fovebant.

Status ſive Conſtitutio quæſtionis.

Judicium.

Eventus.

ORATIO PRIMA

Ex Perſona ſuadentis ἀδιαφορίαν veram & ſinceram.

Introitus ſumitur à difficultate.

SI unquam, Viri Maſſilienſes, difficilia Remp. noſtram tempora comprehenderunt, hoc præſertim, quod nunc agitur, negotium eſt, quo omnes oporteat non minus timere omnia, quam excogitare atque providere.

Status ſive Conſtitutio quæſtionis.

Bellum gerunt inter ſeſe *Cn. Pompejus M. & Cajus Jul. Cæſar*; quæ illos cauſa colliſerit, non magnoperè pertinet ad hujus deliberationis diſquiſitionem. Potius eſt, ut videamus, quid legatis illorum poſtulatisque reſpondendum ſit. Petit enim uterque noſtra auxilia & vires: habet uterque petendi, ſperandique cauſas. Quippe utrique obſtricti ſumus, nec parvis nominibus. Hic ergo ancipiti tenemur dubitatione, quid facto opus ſit? An *Pompejum* audie-

audiemus, cujus erga civitatem noſtram officium & beneficium eſt antiquius? Poſtulat id ſanè referendæ gratiæ ſanctiſſima meritò in omnium animis neceſſitudo: Poſtulat amplificatus à Pompejo ditionis noſtræ ager, aliaque honorificè in nos munificèque uſurpata. Niſi quod non minus videtur beneficium *Cæſaris* ex altera parte nobis aurem vellere. Nonne enim vectigalia is noſtra auxit? Nonne victoriæ Gallicæ luculentiſſimis præmiis nos ditavit? Verendum, ne valde ingrati videamur, ſi tam recentium beneficiorum deſoleſcere apud nos ſinimus memoriam. Repoſcit vir acerrimus, quam debemus gratæ mentis operæque vicem: Inſtat, urget, in ore noſtro & oculis verſatur, ſpei metusque inſtrumentis adverſum nos non parum inſtructus. Inter has difficultates evadendum nobis eſt, aut Reſp. deſerenda. Quorum ſicut hoc *Diſtributio orationis.*

extremi fuerit flagitii loco: ita illud tam eſt arduæ, tam ambiguæ diſputationis, ut exiſtimem prudentiſſimo cuique nunquam magis prudentiam defuturam, quam in tali caſu, ubi nec proloqui expeditum, nec tacere licitum eſt.

Conſilium ipſum. Quoniam tamen ſententiæ dicendæ neceſſitas mihi incumbit, dicam breviter, quid mihi videatur. Neutrius cenſeo partes fovendas, aut nullo modo bella juvanda, ſed quieſcendum in medio, donec potentior conſiliis noſtris fortuna, litem eorum diremerit. Reſpondebimus ergò utriſque eodem modo: non eſſe noſtri Judicii, ſed nec virium noſtrarum diſcernere, utra pars juſtiorem habeat cauſam: Cumque Principes partium utrinque civitatis ſint Patroni, non poſſe nos alterum juvando, alterum offendere. *Ratio conſilii 1. honeſtatis.* Opinor vos intelligere, Viri Maſſilienſes, cur ita agendum, ſtatuendumque ſentiam. Cum

enim

enim impoſſibile ſit utriusque partibus ſtudere, non minus indecorum erit & injuſtum, alterutram partem offendere, cum utrique ſimus obſtricti. Certè enim in gerenda Rep. nihil magis civibus eſt vitandum, quam ne videantur in tanti momenti negotiis, virtutis juſtitiæque poſtremam aut nullam rationem habuiſſe. Quicunque enim poſtea eventus accidat, invidia atque contumelia plenus erit. Quid quod certa neque exigua nos pericula manent, alterutram partem amplexantes? Recipiemus *Domitium*, atque *Pompejo* adhærebimus? Atqui Cæſar maximo robore inſtructus, & ſuper omnia inuſitata virtute ac felicitate animatus noſtris cervicibus imminet, poterit cogere, quod negamus, poterit *Pompeji* ſocios juſtiſſima vindicta perſequi, tanquam duplici nomine malè meritos, nam & ingratos erga ſe, & armorum hoſtilium 2. *A periculis.*

ſocios ulciſcetur. Sin accedimus ejus potentiæ, portuque eum aut urbe recipimus: Quantum interim belli apparatum adverſus *Cæſarem*, pariter & nos, *Pompejus* ex toto Oriente, cæterisque regionibus, ubi magnum & illuſtre ejus nomen eſt, excitabit? Quod ſi vincat, omnes noſtræ fortunæ, opes & ſpes conciderunt. Dubium enim nullum eſt, quin *Cæſar* hic ut in urbe valida bellum collocaturus ſit. Quod ſi fiet, quid liberum nobis, quid nobis relinquetur? Alienæ lubidinis interim mancipia, denique victoris præda erimus. Ex diverſo, ſi in medio quieti manſerimus, neutrique partium additi, licet nobis aliquam ab utraque parte, ſi non benevolentiam (ſcio enim, quam plerumque medii homines partibus inviſi ſint) tamen veniam ſperare. Quippe etiamſi in præſentia aliquid irarum adverſum nos oſtentaverit *Cæſar*, poterit tamen accu-

3. à Commodis neutralitatis.

Digitized by Google

accuratiori deprecatione, reique præſentis rationibus ipſis erudiri, non voluntatem referendæ gratiæ, ſed facultatem nobis hoc tempore deeſſe. Ea conſideratio, virum magnorum quidem & vehementium conſiliorum, ſed non minoris prudentiæ, mitigabit, ni fallor, & à maleficio injuriaque adverſum nos prohibebit; cujus fervorem nihil tetentare poteſt, ſi inſtincto & irritato inſuper cauſam iraſcendi ex præpoſtero Pompejanarum partium ſtudio ſuppeditaverimus. Dixi, quid mihi videatur è re præſenti, & noſtris præſertim viribus, non enim poſſumus majores nido extendere pennas, & ſi alterutri plus voluntatis oſtenderimus, quam alteri, videbimur arbitria captare armorum principalium, quibus nemo ſe interponere debet, niſi qui non parentem armis cogere poteſt. Si quis pro Rep. melius aliquid aut præſentius novit, illi lubens aſſentiam, quanquam exiſtimem neminem futurum, qui non videat, aut nunquam quieti ſive neutralitati, quam vocant, locum fuiſſe, aut nunc unicum ſpei reique Publicæ momen-

mentum in ea poſitum atque collocatum eſſe.

CONSILIUM,

Quo diſſuadetur ἀδιαφορία Maſſilienſibus. Conf. Inſtit. Polit. L. 2. c. 8.

Prima pars diſſuadet Neutralitatem, ut vulgo vocant.

QUi ante me conſilium dixerunt, *Viri Maſſilienſes*, eos & fide erga patriam & prudentiâ ſatis idonea uſos arbitror, ut ſolent aliàs quoque omnem utilitatibus publicis ſapientiam conſecrare. At verò licet invitus ab amicis & præſertim Viris prudentibus diſſentiam, aliter tamen Reip. hoc tempore conſulendum videtur. Quippe mediam viam, quam alii oſtendunt, optabilem magis rebus noſtris, quàm conceſſam exiſtimo. Ut taceam commune hujus conſultationis argumentum, quod nimirum hâc mediâ ratione ſive abſtinentia armorum neutrius partis amicitia paratur; quin imò

imò utriusque irritantur odia. Inſuper neque præſentis negotii facies ea eſt, quæ ſinat nos ſuſpendere in medium conſilia, & quietem inter bellantes agitare. Adeſt enim alter bellantium in portis, ut ſic dicam, noſtræ urbis, petit noſtram opem & quaſi expoſtulat, nec dubitare licet, alterum mox idem facturum eſſe: Ut primum, inquam, hinc abſceſſerit *Caſar*, cum ſimili expoſtulatione *Pompejus* aderit. Equidem ſi neutri noſtras vires ſociabimus, incidemus in violatæ fidei non ſuſpicionem modo, ſed famam, ex utraque parte. Quod ſi uni ſubvenerimus, incuſabit ſanè nos alter, ſed levius erit apud unam partem in ſermones ſiniſtros incurriſſe, quam apud utramque. Multi enim erunt, qui nos ultrò excuſabunt, quod etiamſi voluiſſemus utrique ſuccurrere, uni tantùm potuiſſemus. Cum primis autem magnæ publicæque conſiderationis eſt ſpectare,

re, quis nos eventus maneat ejus conſilii, & quâ fortuna medios tandem conſecutura ſit. Quippe ſive Pompejus ſive Cæſar vincat, omnem victoriæ furorem in nos vertet, imbutasque prædâ civili manus, noſtris ſpoliis tanquam ſuo jure ſatiabit. Quod ſi depoſitis odiis pacem coiverint inter ſe, communi nos impetu obterent, homines ſcilicet inviſos ſibi neque ea executos, quæ Patroni à Clientibus exſpectare ſolent. Viam ergo mediam, quæ aliis placuit, nullam eſſe cernitis, Maſſilienſes. Supereſt, ut illud deliberemus, ſitne Pompeji an verò *Cæſaris* armis aſſocianda noſtra fortuna? Atqui hic equidem non dubito pleroſque eorum, qui res in obvia & prima fronte vel facie ſpectare ſolent, ad *Cæſarem* tracturos opes Civitatis. Quod mihi longè ſecus videtur faciendum. Nam & merita erga nos *Cæſaris* recentiora ſunt quam *Pompeji*, & cauſa

Altera pars quærit, cui jungenda? ſcil. Pompejo.

mini-

minimè favorabilis, vel huic, vel ſecutu- ris temporibus videtur eum in hæc arma ſtimulaſſe; quippe pro dominatione ſua contra Reip. jura pugnantem. Sed nec vires ejus ſolido robore niti exiſtimandæ ſunt. Quippe ut eſt vir maximi in bella impetus, ſuæ potius fiduciæ & audaciæ, quam veris ſpei atque potentiæ argumen- tis obſequitur. Ex diverſa parte, *Pom- pejum* antiquior nobis neceſſitudo conci- liat, crediturque communi populorum jure, ipſiusque humanæ conſuetudinis dicam, an rationis præſcripto fas eſſe, ut recentior quævis obligatio cedat anti- quiori, ſanctiusque habeatur, quod ve- tuſtius eſt. Jam arma ejus non invidiam modo longè minorem habent, habebunt- que apud omnes, ſed inſuper ingenti fa- vore digna ſunt. Quippe adverſus elatos turbidosque ſpiritus *Cæſaris* arma pro Rei- pub. libertate, pro cauſa omnium & ſpe- cioſiſſima & juſtiſſima bellum gerit. Quod vel hinc licet cognoſcere, quod totum habet in partibus ſuis Senatum, partem Reip. nobiliſſimam prudentiſſi- mamque. Unde nec dubitari poteſt de

poten-

potentia, quam etiam habet, &
biturus eſt, Cæſariana longè
Vivit adhuc, etſi fortaſſe aliqu
ris intervallum imminuerit, rev
gens viri fama; magnumque &
nomen, quod ex devictis tot p
dem comparavit, virtutisque
totius terrarum orbis partes ſing
ſtituit. Convolabunt Gentes,
ſequia tanto viro præſtanda æm
curſu ſatagent, ut primum c
Pompejum arma poſcere adver
hoſtes. Quid nos hic faciemus
ignorabimus magnitudinem
quem nobis non tantùm, ut a
ſed inſuper munificentia mirabil
Quinimò ſit hæc ipſa neceſſitas
circumſtat, & quam nobis *Ca*
minantur, pignus obligatæ, p
Pompejo voluntatis. Quod int
pericula & circumfrementes *Ca*
multus, nihil tamen nobis fide e
rem Patronum antiquius, nihi
fuit. Neque eſt, quod quiſquam
objiciat moleſtias obſidii, magni
laborum, caſus oppugnantium &

fortunæ in res humanas exempla. Namque ſicut eorum omnium moleſtiam nec ignoro, nec extenuo: ita majus illud & unicum periculum, quod antea ſatis oſtendi, aliis periculis redimendum eſſe, ipſa ſana ratio clamitat. Quæ cum ita ſint, neminem fore, arbitror, quin mecum ſentiat: *Pompeji* partibus applicandum animum, relinquendamque ſuæ temeritati *Cæſaris* molitionem eſſe. Illud adhuc in perplexo eſt: utrum inſtanti urgentique *Cæſari* ſtatim renuncianda amicitia? *Pompejo* autem abſenti publicè pangenda ſpondendaque fides? Ubi res ipſa monet, inutam eſſe apertam manifeſtamque denunciationem erga *Cæſarem*: Ne is non iram modò ſuam in nos effundat, ſed juſtè inſuper effudiſſe videatur. Rectius itaque temporique noſtro accommodatius fuerit pro amicitia priſtina graviter & pro Rep. noſtra utiliter reſpondere, deplorare

Tertia pars: Quomodo adhærendum ſit Pompejo.

rare diſcordias tantorun
pum, caſus Populi, Im
Romani, incuſare perpl
deliberationis, cujus exi
la poſſit prudentia reperi
liceri benevolentiam in
differre præſentia poſtul
pro *Pompejo*, nihil contra
omnia pro noſtro jure
loqui. Interim quoniam
à *Pompejo* præſtò eſt, p
urbem recipi, omniáqu
peji gratiam uſumque inſ
jus conſilii excuſationem
interim nobis erit excog
prætextibus publicè ſpe
ſtram voluntatem diſſim
quis: Quid latere ex h
calliditatem *Cæſaris*? D
dat ſanè (neque enim ab
tiſſimum in omnia *Cæſa*
nobis tamen non deſe
ad cæteros exiſtimationi
publicæ cura, quæ nunc
ſtra ſuſcipitur, præſerti
cauſa, ubi ſemper penes

non penes affligentes ſavor eſſe conſuevit. Quæ Reip. profutura exiſtimavi, in medium attuli, quantum quidem ingenio potui in tantam rerum perplexitatem penetrare. Faxit propitium Numen, ut quæcunque cœperitis conſilia, ea Reip. noſtræ proſperè feliciterque eveniant. *Concluſio.*

Ex J. LIPSII POLITIC.
L. IV. CAP. X.

De

Criminibus Majeſtatis ante omnia certæ cautelæ prænotandæ ſunt.

1. ORdinaria diſtinctio (quantum ad proditionem, inſidias & conſpirationes attinet) eſt inter autores ſive inſtinctores & inſtinctos ſive ſeductos. Illi plerumque verè hujus criminis rei ſunt, hi non quidem debent abſolvi planè à reatu hujus criminis, ſed potiſſimum, quod crimina aggravare ſolet, momentum nempe proæreſis malitioſa potius autoribus, quàm concitatæ & ſeductæ multitudini convenit.

2. Diligentiſſimè & acc
ſciendum eſt, quænam ſint cri
jeſt. (1) πρώτως & κυρίως ita dicta,
& reipſa violant Imperii majeſt
Quæ ἑπομένως ſive conſequenter
(3) quæ πλαστικῶς ſive per interpre
graviorem aut colorem aſſump
concinnantur.

3. Quod ut rectius intelligat
dum eſt, quæſt. de Crim. M
mum tribus modis tractari: (1)
ter ex proceſſu & regula fori,
cam, ut conſideretur, quid ſi
Maj. propriè & verè? quæ cog
dica eſt. (2) Politicè, quando
hæc quæſtio ex utilitate Imper
perantium, adeoque ex reſpec
blici Status, ſive ut nonnulli mal
ex ratione ſtatus Tyrannicè qu
mnia ad libidinem & utilitatem
tium referuntur.

4. Priores duæ conſiderat
pe concurrunt, & ſalvâ pruden
tiaque concurrere poſſunt. Terti
eſt omnium uſu frequentiſſima
plerunque ſub velo prioris ſive

conſiderationis, ſicut exemplo *Tiberiani* principatus ex *Tacito* & aliunde conſtat.

5. Aliter quoque conſideratur hujus quæſtionis ratio ex perſona ipſorum Principum & Imperantium, aliter ex perſona quæſitorum & miniſtrorum. Quod ita intelligendum eſt: Quæſitores & miniſtri, in omnibus ſimpliciter ſpectant rigorem juris, aut ubi is locum non habet, vim ac Majeſtatem ſceptrorum reverentius quam mitius ſequuntur. Sicut enim à Dominis hos expectari, ut ipſorum autoritatem & majeſtatem omni modo exaggerent, & animoſius quam ipſi interdum Domini auderent, propugnent. Quod ad Dominos autem attinet illos, potius decuerit perpetua clementiæ mixtura & æquitatis potius lenitas, quam juſtitiæ ſeveritas, quod non omiſit *Auguſtum* monere *Mæcenas* in conſilio regio.

6. Sed hîc dura eſt conditio Imperiorum, quæ ſunt ſub incapace curarum publicarum Principe. Ibi enim quod potiſſimum & unicum ad mitigandam hujus quæſtionis invidiam remedium eſt, Principis ipſius moderatio deficit. In cæteris

omninò Princeps, qui ſua cura
ligit, operam dare debet, ut qu
miniſtri intenderunt, exagger
ipſe contrahat, mitiget, tempe
hibeat.

7. Miniſtros ipſos non vol
dem immemores ſuæ in Rege
obſervantiæ, ſed ſcire tamen de
tioribus quam acrioribus cog
interdum plus ſerviri commodi
gnorum, ſicut in exemplo ſup
Hornani & *Egmontii Comitis* cl
eſt.

8. Tenendum enim eſt in
ſima monita, nullâ re magis c
regnis & regnantibus invidia
crebris aut præcipitibus aut ni
bus quæſtionibus Majeſtatis.

9. In Monarchia ſtrictiu
erceri Quæſtio Majeſtatis, id
canum intendendæ autoritatis
tiæ Monarchicæ; ſed obſervan
ſunt cautiones, quas partim dix
tim & præcipuè ea, ut Princ
ſuæ perſonæ, quam ſalutis pub
nem videatur habere. Et hoc

gendum. Quum Principis ſaluti ſalus publica ſit innexa (quod in vera Monarchia negari non poteſt) non deſinit tamen omnis reſpectus perſonalis, ut ſic dicam, & ſubinde in Principe aliquid remanet, quod privatam rationem videtur habere: Unde prudentiſſimi quique Principes *Auguſtus*, *Tiberius*, & alii, diſtinxerunt, quæ adverſus ſe & adverſus Rempubl. facta eſſent. Humanius itaque fuerit hanc quæſtionem ita moderari, ne Principi, ſed Reip. data videatur ultio.

10. Quod non tantùm excuſatè, ſed utiliter fieri poteſt, ſi à Principe ipſo talis diſtinctio & temperamentum oriatur. Quâ arte dupliciter videmus uti pleroſque regnantium: 1. quidem ex civilitate & clementia animi: deinde 2. ex ſimulatione & ad ſpeciem moderati Imperii. Hinc toties in Hiſtoria etiam ea ſupplicia, quæ regnantium libidini data ſunt, tali prætextu involuta reperiuntur, tanquam non ad ultionem Principis, ſed Reip. unicè pertinerent.

11. Tritum eſt in recentioribus Politicis, qui *Machiavelli* ſtylum aut ani-

mum ſequuntur, illud monitum:
crimen Majeſtatis cuiquam co
dum eſſe, idque eò uſque exter
ut etiam de plaſticis criminibus
tis uſurpari ſoleat. Sed arguitu
tia iſta remotione falſæ hypotheſ
ſc. metu firmius ſtarent regna qu
volentia. 2. Confirmatione opp
ritatis, quod una & certiſſima
rum ſalus ſit in benevolentia &
ſubditorum. 3. Omnis ævi ex
(tam diſtrictæ enim ſeveritatis
nei quidem, ſed non diuturni
ctus. 4. Autoritate maximorum
tiſſimorumque Principum & Poli
5. Virtutis, pietatis, & conſcien
lis, quas diverſæ opinionis pro
res planè ſolent negligere.

12. In Ariſtocratia hæc qu
dem diſtrictè ſolet exerceri, ſe
cum majore temperamento jur
de cætero, qui ſuſpecti fiunt,
proni eſſent ad crimina Maj. al
ſolent exerceri.

13. In eodem ſtatu pleru
tur opera, ut autoritas ſingulor

Granvellius 216. Albani Ducis oratio, de eo evocando 216. magna ejus commendatio ibid. ſeq. Regis Hiſpaniæ cogitatio de illo 219. evocationis ejus obſtacula 219. 220. inimicitia inter ipſum & Regis Sororem 220. Albani contra eum molitio. 221.
Grundveſte des Heil. Röm. Reichs 136
Gruterus in Tacitum commendatur 129
Guevarræ Horologium Principum, arguitur 112. Aulæ Scriptor 139

H.

Haſtiludium, vide infra, verb. Torneamentum.
Helvetiorum hiſtoria, propriè ad Philoſophiam Democraticam ſpectat 23
Heſiodi theogonia 115
Hippolitus de Collibus, de ratione ſtatus, arguitur 163
Hiſtoria p. 90. Xenophontis, aliorumque Scriptorum hiſtoria 90. 91. ſeq. quomodo Lipſius tractaverit Hiſtoricos, ibid. præpatatoria ſtudii hiſtorici 92. Hiſtoria univerſalis 92. Gentilibus ignota ibid. Hiſtoria particularis 92. tractatio hiſtoriæ 95. comparatio hiſtoricorum inter ſe, ib. defectus hiſtoriæ particularis 96. ejus cauſæ ib. Hiſtoria Germanica 96. impedimenta hodierna hiſtoriæ 127. modi in conſcribenda hiſtoria ſuccedanei 128. 129
Honeſtas quorſum pertineat 108

Homeri verſus 89
Hortlederus 128

I.

Imitatio ſimplex vel erudita 129
Imperium, vide verbum Regnum.
Imperii invaſor an occidendus 17. Imperium merum & mixtum 38. merum tantum criminalibus accommodatur 39. Imperium Germanicum eſt electivum 104. quorundã ſcriptorum error circa ejus electionem ibid. eſt electivi regni exemplum incomparabile ibid. ejus cauſæ 105. ſeq. Lex ejus electionis ibid. Juramentum 106
Imperator & Imperium an ſint Magiſtratus 117.
Imperatoris vel Cæſaris depoſitio 107. hujus exemplorum allegatio ibid. Henricus IV. non jure depoſitus 107. aliud in Wenceslao ibid.
Induciæ notant ſuſpenſionem armorum 49
Induciæ moratoriæ, eorumque jus 34
Ingenium & judicium practicum 90. Ingeniorum differentia 130. 131. quibus modis oriatur 131. 132. Scriptores hujus materiæ ibid. utilitas ex notitia ingeniorum, & peritia 132. raritas hujus peritiæ 132. 133
Iſagogici libri 96
Judæi ſoli ab idololatria immunes 78. eorum defectus à Religione revelata 79. eorum diviſio & ſubdiviſio 79. jus Judæos recipiendi 34
Juramenta Principum, Regum 105. differentia ibid. juramentum facti & futuri Regis 105. cum vel ſine clauſula ibid. an cum jure Regio ſtare poſ-

ſit, ibid. Juramentum Regis Poloniæ duplex 105. Juramentum Imperatoris Germani 106
Juriſdictionis tres partes 115. controverſia de Juriſdictione Cameræ 116. an & à quo mandetur Juriſdictio 117. Jus judiciorum, Latinis dicitur Juriſdictio 36. Judiciorum jus & definitio, ib. formaliter eſt in Majeſtate 36. fons Juriſdictionis 37. partes ejus ibid. Regulæ in Juriſdictione notandæ 38. nobiliores Scriptores 39. cui tribuatur juriſdictio 40
Jura Majeſtatis; vid. verb. Majeſtas.
Jus æqualiter dicendum 38. Juris dicendi Regula 38. variæ quæſtiones juris de judice ibid. Juris publici uſus in hiſtoria 95
Juſtitiæ adminiſtratio 116. Definitio ibid. Juſtitia Cameræ 116. Conſilia de adminiſtratione ejus 117. Wehneri Collecta de hac, ibid. Juſtitia Galliæ 118 cum juſtitia miſcenda clementia ibid.
Jus belli, vide ſupra, verb. bellum.

L.

Legationis jus 51. 52. ſummis juribus accenſetur 52. quis mittat Legatos, ibid. ad quos mittantur ibid. Legati improprii 52. an cum Civibus per Legatos agendum 52. Legati inviolabiles, ibid. eorum partes ibid. egregii de Legatis Scriptores 52
Leges 113. jus legum ferendarum 32. deſcriptio hujus juris, ib. Legislatoris poteſtas 32. quid in eo ſpectādum 33. Legislatoris requiſita ib. quid efficiat bonas leges 33. an Princeps Legibus ſolutus ſit 33. 144. Politicorū de hoc error 114. partes legis eſſentiales 34. differt à præcepto Philoſophi ibid. Procœmium ſeu prolo-

prologus legis 35. 113. forma externa 35. quid officio Legislatoris utile ibid. Legis generalis approbatio 136, paucitas & nimia multitudo legum 115, res de quibus leges ferri poſſint 115
Legitimandi Jus 34. Lehmanni Chronicon Spirenſe 97. Spirenſium de hoc querela 127
Lenitas præferendæ juſtitiæ Severitati 245. ſaluberrima eſt Principibus 245. 246
Leonis Imperatoris opus. 137
Libertas 200. popularis ibid.
Liviæ reſponſio ad Auguſti Orationem 198
Livius 91
Londorpius 128
Lypſius tribus Religionibus fuit addictus 76

M.

Magiſtratuum conſtituendorum jus 40. 41, confunditur cum jure judiciorum 40. eorum Jurisdictio, ibid. quomodo Theologi Magiſtratum ſumant, ibid. quomodo Philoſophi 41. Magiſtratus eſt inſtrumentum ſummæ poteſtatis 41. qualem habeat poteſtatem 41. quid Politici hoc vocabulo comprehendant ibid. an Senatus ſit Magiſtratus 41. conſtitutio Magiſtratus in Monarchia, ibid. conſtitutio in Ariſtocratia, Democratia, & mixto ſtatu 42. in antiquis Romanorum Comitiis 42 an Dictator fuerit Magiſtratus 43. reſpectu ſummæ poteſtatis Magiſtratus privati 43. Salaria Magiſtratus 44. an habeat jus armorum 48. an jus belli veri ſeu offenſivi; an Imperator & Imperium ſint Magiſtratus 117

Mahumetani à Religione revelata deficiunt 79. Sectæ eorum multæ ibid. eorum Religio 80
Majeſtas quid denotet 7. 26. 27. 55. ejus partes 8 inquiſitio partium 30. jurium Majeſtatis numerus 8. diſtinctio jurium in majora & minora, quænam ſit 8. 30. diſtinctio in effecta Majeſtatis & adjuncta ſeu conſequentia 30. partes eſſentiales ſeu potentiales 30. Majeſtatis jura circa ſacra 142. Difficultas hujus materiæ 142. excellentiores hujus controverſiæ Scriptores ibid. neceſſitas & utilitas hujus cognitionis 142. Pax Religionis de his decernit 144. vox Majeſtatis Latinæ linguæ propria 27. ejus naturæ inquiſitio 27. Diviſio in realem & perſonalem rejicitur 8. 27. Diſſentientibus variè reſpondetur 27. ſeq. hæc diſtinctio periculoſa 29. unde hæc ſit exorta ibid. extraordinaria Imperia ſunt Majeſtatis inſtrumenta 43. Arniſæus de jure Majeſtatis corrigitur 31. Quæſtio ex I. Samuel. 8. circa jura ſeu facta Regum iniquè dominantium 31. à Majeſtate non appellatur 36. Leges Majeſtatis 55. Crimina Majeſtatis ibid. vide ſupra, verb. Crimina Majeſtatis. Lex Julia Majeſtatis 56. 153. Lex Majeſtatis à Romanis dupliciter extenſa 56. Judicia Majeſtatis 57. an conſultare de Republicâ ſit jus Majeſtatis 134.
Maſſilienſium deliberatio de neutralitate 229. Oratio neutralitatem iis ſuadendo 230. Cæſaris & Pompeji beneficia erga eos 231. Conſilium Maſſilienſium 232. ratio & honeſtas conſilii, ibid. Pericula & commoda 233. 234. Conſilium neutralitatem iis diſſuadens 236. Pompeji partes eligunt. 241

Matrimoniales cauſæ Principum 118
Medica res ſimilia præbet ad Politicam 119
Miles perpetuus 146. magnis regnis neceſſarius ibid. milites lecti, & mercenarii ibid. mixtum genus uſitatiſſimum 146. ſeq. ejus commoda & incommoda 147. miles perpetuus Auguſti, ibid. hunc cum detrimento mutavit Conſtantinus Magnus ibid. deliberatio Germanorum de milite perpetuo 147. cauſa, cur non ad effectum deducta 148. Gallorum, Suecorum, Turcarum, miles ordinarius ibid. Romanæ militiæ Scriptores 168. 169. annona militaris ibid. adminiſtratio 169. quæſtus 170. & erogatio ibid. Romanorum diſciplina ibid. annona hodierna confuſa, ibid. præſidia annonæ 171. præmia & pœnæ militares, eorumque finis 173. ſpecies præmiorum Romanorum ibid. modus conferendi 174. Tituli militares 174. ſeq.
Miniſtri Principis officium 245. ſeq. vide ſupra verb. Conſiliarius.
Mœcenatis Laus eximia 188. 189. 203. 212. Oratio Auguſti de ſubſtitutione ejus 188. Liviæ reſponſio 198
Monarchiæ opponitur Principatus 98. Ariſtotelis diviſio Monarchiæ 112. Taciti diviſio, ibid. modus perveniendi ad Principatum, ibid. Monarchiæ Romanæ finis. 210. Principis hujus monarchia arcana 211. modus adminiſtrandi poteſt etiam eſſe Ariſtocraticus 24. modus conſulendi 201.
Monopolia frumentaria 64

Morale ſtudium 84
Morum diſtinctiones 109

N.

Natio nulla, cui non aliquid per jocum objici poſſit 59. duplicia de nationibus ibid.
Neronis artes dominationis tyrannicæ 18. ab initio optimus Princeps 110
Neutralitatis genera 153
Neumejerus Scriptor hujus materiæ ibid. an amplectenda nec ne, difficilis eſt quæſtio 223. quæ in tali deliberatione conſideranda 224. quæ faciant eam ancipitem 225. quos hæc quæſtio maximè tangat 224. diſtinguenda ſunt bella 224. præcipuum deciſionis argumentum ibid. Si non poſſit obtineri neutralitas 225. cui parti accedendum 226. quomodo apprehendenda ibid. an liceat eam ſimulare ibid. an ad tempus apprehendere 226. quomodo ſervanda 227. diſtinctio neutralitatis 227. Scriptores 228. Deliberatio Maſſilienſium 229. ſeqq. Commoda neutralitatis 234. neutrales utrique parti inviſi 234. 236
Nigritarum natio belluina 79
Nomothetici juris partes. 32

O.

Obligatio recens cedat antiquiori 239
Optimatum Status 200
Orationum Series 186. ſeqq.
Oratio Auguſti ad Liviam 188. ἐπίκρισις de charactere orationis 196. Albani Ducis oratio 216
Oratio ad Maſſilienſes 230

P.

Pactorum obſervatio ſit religioſa 119. ejus interpretatio pertinet ad fidem ibid.
Panegyrici & Panegyriſtæ 111. 112
Parlamentum Pariſienſe 134. an habeat poteſtatem autocraroricam 135. an eam habeat parlamentum Angliæ, ibid.
Pacis Jus 49. an differat à jure belli. 49. dependet à ſumma Majeſtate ibid. Fundamentum pacis, ibid. an Induciæ ſint pax, ibid. Pax Religionis 144. vide Religio.
Philoſophia practica, quâ methodo tradenda 69
Philoſophorum princeps 83. vid. Præceptum Philoſophi.
Phalariſmus quid ſit? 17. Piſiſtratiſmus quid? ibid.
Plinii Panegyricus & Oratio ad Mœcenatem 109
Pœnas remittendi jus 34. nemo puniendus, niſi prius auditus 37
Poëtæ 88. eorum diviſio ibid. Scriptores 88. ſeq.
Poëtæ Epici omnes ſunt Politici 103
Politia 21. differentia politiæ rectæ, à vitioſa conſideratu digna 21. facile confunduntur, ibid. judicia de utroque genere ibid. male quidam reprehendunt omnem Politiam 22. Phil. Melanchtonis regula de ea 22. facile degenerat in Democratiam, ibid. Exempla popularis Imperii. ibid.
Politicæ doctrinæ Synonymon doctrina de Republ. 4
Ariſtotelis Politica arguitur 20. Series & diviſio Politicorum 70. ſeq.
Polonia electivum Regnum celeberrimum 11. 104

an

an potius Principatus quam verum regnum 11. à quo pendeant beneficia ibid. Juramentum hujus Regis duplex 105
Pompeji laus & armorum juſtitia 239. fama & nomen ejus ingens 240. à Maſſilienſibus recipitur 236.
Pontificum prætenſiones circa ſacra 53. his prætenſionibus Eccleſia Gallicana reſiſtit 53
Princeps quid? 98
Principum elogia duplicia 111
Principum virtutum membra quatuor 109. harum virtutū diſtinctiones variæ 110. modi tractandi eas ſunt varii 100. Panegyrici Principū 111. Scriptores harum virtutum 113. Uſus hujus doctrinæ, ib. Scriptores & tractationes de bono principe 112. Principum Epiſtolæ 113. an Princeps ſit ſolutus legib. 33. 114. eorum cauſæ matrimoniales 118. Prudentia in Principe & Conſiliariis 129. quis ſit Princeps potens 152. Sanctitas faſtigii Principalis 201. 202. Officium Principum & Miniſtrorum 245. Conſilium & labor 202. Quibus Conſiliariis opus 203. Iis formidabilis ſit 205. Solus Regimini non ſufficit 209. quomodo utatur amicis 219. non tam ſuæ quam ſalutis publicæ rationem habere videatur 246. ejus ſaluti Salus publica innexa 246. 256. an bonus civis voluntati & utilitati principis mortem ſuam debeat 256. an reticere poſſit, quæ ad ſalutem Principis pertinent 257. ſeq. Principum facta dijudicare 263. potius in clementia quam ſeveritate ſalus eorum fundatur 264 de cuſtodiis principis 146.

Prin-

Principatus opponitur Monarchiæ 98. an adhuc hodie,ibid. de modis perveniendi ad Principatum 102
Privilegium 34. quomodo antiquis ſumatur, ibid. quomodo recentioribus,ibid. præcipua hujus juris capita ibid.
Procopii ἀνέκδοτα, eſt famoſus libellus 125
Protectio, fœdus protectorium 50. quis ſe poſſit alteri in protectionem dare ibid. an civibus mediata abſque conſenſu Principis 50. 51.
Proverbiorum uſus magnus 85
Provocatio extrema 37. an ſeparabilis à Majeſtate ib.
Prudentia refertur ad Praxin 109

R.

Ratio ſtatus 162. appellatio ſtatus,ibid. origo vocis,ibid. Scriptores de ratione ſtatus, ibid. abuſus 163. definitio, ibid. difficultas hujus materiæ 164. examen exemplorum, ibid. confuſio cum juribus Majeſtatis,ibid. an ad formam Reipublicæ pertineat, ibid. an ſperanda ſit explicatio liquida,ibid.
Regnum quomodo acquiratur 9. 10. formæ accidentales 14. Regni deſcriptio,ibid. diſtinctio, ibid. præſtantia 16. regulæ & principia ad Regni conſervationem 14. virtutes & laudes,ibid. de Regno variæ quæſtiones 15. ei opponitur Tyrannis, ibid. de Regno Regeque electivo, & ſucceſſivo, item horum exempla, vide ſupra, verb. electio. an Rex electus plenum jus Regium habeat 11. an habeat Rex qui ſuccedit,ibid.
Regum ingenium & natura Regni 60

Reli-

Religio revelata 75. Religio naturalis 78. Religio Idololatrica,ibid. ſoli Judæi ab hac immunes,ib. ejus revelatio diabolica,ibid. de ſtatu religionis Idololatricæ in Europa, ibid. in aliis mundi plagis 79. Mahumetanorum defectio à Religione revelatâ 79. ut & Judæorum,ibid. Mahumetis luſus circa Religionem 80. Pontificiorum luſus & abuſus 81. Campanellæ cogitatio de nova Religione 80. Pax Religionis 144. Oſtermanni error, ibid. Jeſuitarum & Silhonii injuria 144. acta hujus pacis 145. Conſideratio politica ibid. Religio rectæ rationi anteponenda 227. Lipſii Scripta circa Religionem 141. de non ferendis in uno Regno duabus Religionibus 141

Reipublicæ politicæ objectum 3. Reſpublica mixta 23. an talis detur 24. errores & minus accurata definitio diſſentientium, ibid. unde mixtio æſtimanda ibid. mixtionis ſpecies 25. quomodo & unde eveniant 25. exempla hujus Reipublicæ 26. error Bodini & Reinkingii 26. mutationum genera in Republica 149. occultæ mutationes, ibid. Schemata occultandæ mutationis 150. exemplum recens in Britannia, ibid. multa hujus exempli ſingularia 151. alia quædam exempla,ib. mutationes occultæ in República populi 152. in Germania, ibid. quid in Republica maximè vitandum 233. Reipublicæ damnum quamprimum detegendum 259. Venetorum Reſpublica qualis 98. accidentales Reipublicæ formæ 102. quid hic obſervandum,ibid. Römer-Monat 158.

S.

Sacrorum jus 53. 142. difficultas hujus materiæ, ib. Pontificum prætenſiones 53. Eccleſiæ Gallicanæ prætenſiones, ibid. Quomodo Calviniani & Lutherani circa Sacra ſe habeant 54. cujus ſit hoc jus, ibid. differentia inter *Καισαροπαπίαν* & *παποκαισαρίαν* 54. Excellentiores hujus controverſiæ Scriptores 142. neceſſitas & utilitas hujus cognitionis 142. Pax Religionis occupatur circa hæc 144
Salaria ſeu Stipendia Principis vel Magiſtratus 44 Cujus impendio confici debeant. ibid.
Salutis publicæ fundamentum 247. 252
Saluſtii Orationes ad Cæſarem 109. 119
Salvaguardia 34
Satyrici Scriptores 88. ſeq. an Satyra pertineat ad famoſos libellos 124. an liceat certas perſonas nominare 125
Scioppii claſſicum belli 126
Sævitiæ varia genera 38
Senatus an ſit Magiſtratus 41
Scipionis Mars Gallicus an libellus famoſus 126
Scholaſtici 87. Diſtinctio in veteres & recentiores 87. 88.
Sleidanus 128
Spes & metus 177
Sponſionum differentia à fœderibus 50. 120. à quibus & quomodo fiant ibid.
Statius 135
Stobæus 83

Stoiciſmus 82. Stoicorum Latinorum præcipuus 85
Stoici Autores ibid.
Subditi 108. Tacitus vocat ſubjectos 108. eorum animos emaſculare Tyrannis eſt 109
Succeſſionis & electionis diſtinctio 104. vide electio.
Suecia quale Regnum 103. an Sueci admittendi ad conſilia Germaniæ 137
Syncretiſticus luſus 81
Syſtematici Scriptores 84. 70. 75

T.

Tacitus 90. 132. 129. 177
Tiberii deliberatio de adſciſcendo Sejano 208
Tiberii & Germanici æmulatio 213
Torneamenta 47. 48. eorum origo 171. Goldaſtus de eorum Statutis, & liber Thurnier ≈ Buch arguuntur 172. utilitas & abuſus eorum ibid.
Tributa & Collectæ 156. Jus tributorum & vectigalium 44. quomodo tribuendum ibid. an etiam inviti. 45. quomodo & ad quæ Cives obligentur ibid. modus exactionum 45 Ratio exactionum diverſa 45. arcana & artificia adhibenda 45. 46. præcipui Scriptores 46. 156. Collecta Turcica 157. quæ hic conſideranda ibid. modus collectandi 158. exactio ibid. pœna recuſationis ibid.
Tyrannis, opponitur Regno 15. definitio 16. 182. eſt difficilis 181. 182. Jeſuitarum hypotheſiæ 182 Ariſtotelis error ibid. Tyrannorum diſtinctio 15. 183. Ciceronis diſtinctio 17. Tyrannidis explicatio Græcorum & Latinorum 108. Scriptores 182. an

182. an Tyrannus fuerit Carolus Rex Angliæ, 183. an Julius Cæſar 184. Tyrannicidium 17. 184. an & quando invaſor Regni occidendus 17 quænam diſtinctio adhibenda ibid. Cædes Julii Cæſaris 18. quid de Tyranno, qui legitimam poteſtatem in ſævitiam vertit 18. Neronis artes Dominationis tyrannicæ 18. an Regnum herile ſit Tyrannis 15

V.

Valerii Publicolæ conſilium 23
Vectigalium jus 44
Venia ætatis 34
Venetorum Reſpublica 98
Vicini bellorum 224
Urbs quid ſit 4. 99. an cum Civitate conveniat 4
Utilitas quid complectatur 108. unde ſpectetur 122
Vulgus ejusque natura 58. unde noſcenda 145.
vulgus & fama ibid.
Uxorum communio Platonis 70

X.

Xenophon qualis Orator 114

F I N I S.

Quoniam

Quoniam in perlegendo quædam errata obſervavimus, ea Ben. Lect. ſi placet ita corriget.

Pag.4. lin.18. pro etiam, legendum & pag.5. l.24. pro χλισὰς leg. χλιδὰς. p.11. l.5. pro electio leg. electo. p.15. l.2. pro Titum in, leg. in Titum. p.15. l.14. pro, quod affirmandum eſt! videtur legendum, quod negandum eſt. p.16. l.20. pro ira, leg. ita. p 17. l.1. pro tyrannos exercitio leg. tyranni exercitio. p.21, l.6. pro exemplum fœdens leg. exemplum fœderis, p 21. l.22. pro Democratica leg. Democratia. p.21. l.22. pro utroque leg. utrique p. 28. l.10. leg. pro geminare, geminari. p.30. l 30. pro quando non, legendum quando enim quis. pag.31. l.19. pro ad non reſtituendum leg. ad non reſiſtendum. pag.32. lin.8. pro diſperſiri leg. diſpertiti. pag.34. lin.21. pro mirtendo, leg. permittendo. pag.35. lin.2. & 3. pro (non enim ſemper tertia) leg. (non enim ſemper) tertia. p.35. l.3. pro præmium leg. procemium. inf. pro Tacitib. leg. Taciti, pag.42. l.17. pro Cruchius leg. Gruchius. p.53. l.5. pro Philippi Cannaſi leg. de Philippe Canaye lettres & Ambaſſades. p.53. l.6. pro perionii leg. perron. lin.7. pro Arn. Oſſati: leg. Cardin. d' Oſſat. p.55. l.4. pro Ceriolanus leg. Cæriolanus. lin.10. pro ſunt leg. ſint. p.62. inf. pro σύλοφύλακες leg. φιλοφύλακες. p.77. l.11. pro conſcientiæ leg. conſcientia. p.85. l.21. pro ornati leg. ornata. lin. f. pro ſexta leg. ſecta. p.92. l.12. pro Pembus. leg. Bembus. p.108. l.22. pro damna contra leg. damna contraria. p.112. l.11. pro principis Bellagæ leg. Fureres in Belligæ p.123. l.25. pro indiciæ leg. vindiciæ. p.125. l.pen. pro ἀνίκτατα leg. ἀνέκδοτα. p.126. l.3. pro L. Julius leg. L. Junius. p.127. rubr. pro hiſtoria ſcribendi leg. hiſtoria ſcribenda p.137. l.29 pro Huardus leg. Huartus. p.140. l.4. pro Silonis leg. de Silhon. Miniſtre d' Etat. pag.143. lin.16. pro Veſelius leg. Vedelius. p.157 l.14. pro Glockius leg. Klockius. p.160. l.16. pro Toleſanus leg. Toloſanus. p.161. l.5. pro Molino leg. Molina. p.162. l.ult. pro Claramontanus leg. Claramontius p.169. l.1. pro Gotſchalc Abechius leg. Godeſch. Stewechius.

p.180. l.18. pro Sinerii leg. Syneſii. p.188. l.5. pro c.9. & Lipſii III. leg. ex cap.9. Lipſ.Libr.III. p.189. l.20. pro poteſt leg. poſſet. lin.25. pro compecti leg complecti. p.193. l.22. pro conſummantur leg. conſumatur. p.206. l.25. pro diſplicere leg. deſpicere. p.215. l.13. pro 1. Ann.6.6. & 7. leg. 1. Ann 6.& 7. p.217. l.22. pro qua leg. quæ. p.222. l.15. pro Manſrone leg. Marchione.

Digitized by Google

1 BK 3
2.93

SEQUITUR

ÆTAS MUNDI QUARTA.

Quæ eſt à Regno Davidis uſque ad Captivitatem Babylon.

SAule defunƈto, ut ſupra dicere cœpimus, David tribus Judæ Rex faƈtus, Hebrone regnavit VII. annis & ſex menſib. Interim Isboſeth filius Saulis in reliquâ Israëlitide regnum obtinet, ope Abneri potiſſimum, qui Magiſter militiæ ſub Saule & cognatione inſuper junƈtus res ad domum Saulis trahebat, unde poſt biennium grave bellum exarſit, ducibus ex parte Davidis Joabo, ex Isboſeth parte Abnere, quo prælio Haſaël Joabi frater, Abneris ma- 2. Reg. 2.

manu cecidit. Poſt ſexennium
2. Reg. 3. & 4. nudatus transfugio Abneris & in-
2. Reg. 5. terfectus Isboſeth, David, ſuper
totum Iſraelem Imperium reliquit.
Atque ex eo tempore David re-
2. Reg. 2. 11. & 5. v. 5. gnavit annos 33. cum menſib. ſe-
ptem in univerſum nempe 40. an-
nos, teſte Scriptura. Cæterùm
2. Reg. 5. v. 6. ſeq. David ſtatim ab initio regni ſui
idoneam Imperii ſedem diſpectam
Sionis arcem munitiſſimam pulſis
Jebuſæis, qui tenebant, expugna-
vit, eamque civitatem David ap-
pellatam per omne vitæ tempus
2. Reg. 5. v. 17. incoluit. Victoriæ hujus lætitiam
auxit mox altera de Philiſtæis pro-
pe Hieroſolymam parta victoria.
2. Reg. 6. v. 3. Poſt quam David arcam Domini
de domo Abinadab in Arcem Sio-
nis transfert, poſtquam in domo
2. Reg. 6. v. 10. Obededom Getthæi tribus men-
ſibus ſubſtitiſſet. Pugnavit poſt
2. Reg. 8. v. 2. 5. 13. hæc proſperè contra Moabitas, Sy-
ros-Damaſcenos, Syros-Zobæos
1. Paralip. 19. Salian. tom. 3. 253. itemque Idumæos, ſicut libri Re-
gum & Paralipomena referunt,
ma-

magnumque ſibi nomen comparavit; paceque parta, diſciplinam aulæ ordinavit, conſilioque domi res conſtituit. Orto poſt hæc bello Ammonitico fœda labe ſuæ domus regnique celebritatem maculavit David adulterio cum Bathſeba commiſſo & mox mariti Uriæ cæde adjectâ. Quapropter Deus magnis illum pœnis infortuniisque caſtigavit. Nam & Amnon filius ejus ſororem Thamar inceſtavit, qui poſtea ab Abſalone fratre interfectus eſt. Denique ab ipſo hoc Abſalonio, qui ob fratricidium triennio exulaverat, poſtea reverſus Hieroſolymam aſpectu Patris prohibitus erat duobus annis, regno dejicitur Pater; quem tamen Deus horribili morte extincto filio Abſal. reſtituit, idem qui tot triſtia coorientia nativitate Salomonis & indole ſolatus eſt. Hunc poſtea annos natum 13. ſucceſſorem deſignat & anno inſeq. moritur; Princeps per o-

2. Reg. 11.
2. Reg. 13.
2. Reg. 13. v. 38.
2. Reg 14. v. 24. & 28.
2. Reg. 18. & 19.

mnia Regiæ Majeſtatis, Regiæ virtutis Regiorumque fatorum ſpecimina & illuſtramenta maximus. Cujus res præter S. paginam *Joſephus* deſcribit toto 7. *Antiq. Judaic.* Tetigerunt & gentilium aliqui, ut *Eupolemus* apud *Euſeb.* 9. *P. E.* 30. In ejus tempora ſucceſſiones Magiſtratuum & Principum huc congruunt. Agaſthus Secundus Archon Athenis præeſt 36. annis. Iromus S. Hiramus Tyri Rex, Abibali filius regnare cœpit, qui cum Davide amicitiam junxit ad filium Salomonem deinde propagatam, & utrique Regi in ædificanda Hieroſolyma ac templo, utilem navat operam. Apud Aſſyrios 33tius regnavit *Pyrithiades* annis 30. Apud Latinos Quintus regnavit Silvius, Æneæ Silvii filius annis 39. apud Corinthios Tertius Agelaus annis 37. apud Lacedæmonios Quartus Labores annis 37. Ad initia regni Davidica pertinet Jonica migratio anno 140. poſt conſpiratio-

Sulpit. Sev. Lib. 1.

Joſeph. 7. 3. 2. *Reg.* 5. 11.

Petav. D. T. 9. 62.

Petav. d. t. 9. 30.

tionem Græcorum ad Auliden 130. à Troja capta. Quo eodem anno Lesbus frequentari cœpit. Circa medium hujus regni Cuma Phricotis ſive Æolica in Aſia conditur annis 20. poſt frequentatam incolis Lesbon, ſicut *Herodotus in vita Homeri* autor eſt, qui & illud annotat octennio poſt Smyrnam à Cumeis eſſe conditam annis 150. poſt Trojæ excidium. Quo eodem tempore Homerus (de cujus ætate alii mirificè variant, ſicut ex parte oſtendimus *in Notis Vellejanis*) natus creditur, anno ſc. 168. poſt expeditionem Trojanam ſive conſpirationem ad Auliden. Hujus elogia pleno ore tota declamavit vetuſtas, quâ de re notavimus quædam *ad Vellej.* I. 5. Poſt Davidem Salomon ſententia Patris & Decreto Dei regnum occupat apud Hebræos per 40. annos. Excepêre ſtatim novum Regem molitiones Adoniæ fratris, qui etiam vivo Patre regnum affectaverat.

Petav. 9. *D. T.* 9. 30.

1. *Reg.* 2.

Ergo juſſu Salomonis interfectus eſt. Conſcii & adjutores Joabus Præfectus militiæ & Abiathar Sa-
3. Reg. 2. cerdos, ille morte, hic abdicatio-
3. Reg. 3. ne Sacerdotii puniti ſunt. Inde uxorem accepit Regis Ægyptii
Joſeph. 8. 2. Pharaonis filiam, juſſusque à DEO munus aliquod petere ſapientiam petiit & impetravit. Cujus mox illuſtre ſpecimen dedit in judicanda lite duarum mulierum, quippe juſtitiæ magnam in adminiſtratione Imperii curam habuit, regnumque inſuper in præfecturas certas deſcripſit, omnemque apparatum Re-
3. Reg. 4. gium auxit, non parvam eo nomine celebritatem adeptus, ſed ſuper omnia ſapientia celebratus, qua & ſuæ gentis & exterorum ſapientes longè latèque anteibat. Specimina ejus libros & carmina admirabili numero Scriptura memorat. Etiam Hieramus Tyriorum Rex renovata cum Salomone, quam David cœperat, amicitia, mox utilem navat operam in lignis ad ſtructu-

ſturam templi præbendis, itemque ſocietate navigationis in Ophir & Tharſis. Epiſtolas Regum mutuas annotat Sacer Codex, tum *Joſephus* & *Eupolemus apud Euſeb.* qui Hieronem pro Iramo vocat. Hiſtoriam ejus *Joſephus* etiam ex *Menandri Tyrii Annalibus* & ex *Dione* repetit. Ita ergo templum cœpit Deo moliri Salomon magnificentiſſimum, & fundamentum ejus jecit anno regni ſui quarto, abſolvit autem cum omnibus vaſis & ornamentis, 11. Inſequente autem anno arca in adytum illata, dedicatioque templi magna feſti celebritate peracta eſt. Deſcriptio templi etiam à Joſepho tradita eſt, typiſque æneis repræſentata, tum in *Saliani Annalib.* tum in *Opere Biblico Regio*, cujus integer tomus talibus figuris dicatus eſt. Poſt quæ palatium ſibi exſtruxit Salomon, cujus formam magnificentiamque *Joſephus* exhibet, ſed & alia ejus ædificia celebrantur, quibus ulti-

Vid. Thom. Riv. Hiſtor. Nav. 1, 20.

Joſeph 8. Antiq. 2. & adverſus Appion. l. 1. pag. 1042.

Joſeph. 8 ...

mam manum impoſuit tertio anno. *Petavius* exiſtimat poſſe hoc tempus referri non ad 13. regni Salomonis annum, ſed ad 16. ita ut eodem tempore templum & palatia conſtructa ſint. Videnda eſt ejusdem *diſputatio de Epocha conditi templi* & illis 480. annis ab exodo, quorum computatio non unis obſidetur difficultatibus. Sub idem tempus Regina Sabæ videtur ad Salomonem veniſſe, quam *Joſephus* Ægypto, quidam Æthiopiæ imperaſſe, alii Arabiæ felici probabilius ſtatuunt. Verum Salomon ingentem illam gloriam & incomparabilem regni Majeſtatem non tolerabili libidine fœdavit, peregrinarum pellicum grege ſibi aſcito idololatricos quoque ritus Regum imitatus eſt. Itaque offenſus Deus, adverſarios ei excitavit Hadad Edomæum, Rezonem Syrum, & in ipſis regni viſceribus Jerobeamum Ephraitam, quorum hiſtoriam paulò fuſiùs Sacra pagina exſequi-

D. Temp. 32. & 33.

3. *Reg.* 11.

Joſeph. 8. 2.

quitur. Sic inglorius denique mortem obiit ſucceſſore relicto filio Roboamo. Salomonis temporibus è profana hiſtoria tribuendæ ſunt ſucceſſiones Regiæ iſtæ: Athenis Tertius Archon Archippus præeſt annis 10. Hieramo Tyriorum Regi ſuccedit filius *Beleadiſtartus* cui *Joſephus* novem annos tribuit. Corinthiis Quartus Rex Prymnis præeſt annis 35. Latinis Sextus Capetus annis 26. Aſſyriis Rex 34. Ophrates imperat 21. annis, & 35tus *Ophraganeus* annis 52. Lacedæmonis Vtus Doryſſus annis 29. Eodem anno *Beleadiſtarti* filius Abdaſtratus regnare apud Tyrios cœpit annis 9. Salomoni, Patri ſucceſſit filius Roboamus 17. annos imperio potitus, qui cum derelicto ſeniorum conſilio nollet levare onera ſubditorum, ſed atrociora etiam minaretur, occaſionem dedit defectioni & regni diviſioni, dum Imperium ad Je-

Halicarn.

Ioſeph. 9. *Appion.* 1.

3. *Reg.* 12.

Joſeph. 8. 3.

roboamum transfertur, duabus tantum tribubus Judæ & Benjamin penes Roboamum manentibus, qui mox cum ingentibus copiis regnum ſibi vendicare conaretur, verbis DEI per Prophetam Semajam admonetur, nutu divino ſtabilitum eſſe Jeroboamo Imperium. Hinc ergo ſeorſum memorari cœperunt Reges Judæ & Iſraël, quorum ſeriem ordinat *Petav. 9. D. T. 54. & 55.* Jeroboam arce ſibi exſtructa cum timeret, ne occaſione religionis & feſtivitatum Hieroſolymis celebrandarum populus ad Roboamum reverteretur, duobus vitulis erectis idololatriæ & ingentis ſeditionis autor Iſraëli extitit, atque licet
3. Reg. 12, & 13. admonitus Prophetæ verbis, miraculisque territus emendari noluit. Itaque excidium domui ejus ab *Aeia* Propheta eſt prædictum. Quæ res Roboami imperium confirmavit & incrementis quibusdam auxit, unde prolapſus
&

& ipſe in vitia punitus eſt à DEO armis Seſaci Ægyptiorum Regis, qui Hieroſolymam ingreſſus templum exſpoliavit, divitiasque ejus in Ægyptum tranſtulit. *Joſephus* Seſoſtrim putat, de cujus expeditionibus *Herodot.* & *Diod.* memoravere. *Joſeph. Scaliger.* cenſet eſſe Suſennem. *Voſſ.* ſucceſſorem Suſennis Seſonchim præfert. Neque tamen ita emendatus eſt Roboamus, quin ad ingenium rediret, donec 17. potentiæ annis in perpetua cum Jeroboamo diſcordiâ exactis vita conceſſit, Abiamque filium ſucceſſorem reliquit. Hic tribus annis imperavit, Jeroboamique ingentes copias felici prælio proſtravit. Hujus filius Aſa regnavit annis 41. pietate celebratus & in regno confirmatus, quippe qui Aras idolorum & idololatriæ paternæ monumenta & inſtrumenta ſuſtulit. Petitus poſthæc armis Baaſæ Iſraëlitarum Regis Benadadum Syriæ Regem do-

Joſeph. 8. 4. 1. 7. 1. 1.
Theol. Gent. 1. 29.
2. *Paralip.* 13.
Joſeph. 8. 5.
3. *Reg.* 15. 9. 11.
Joſeph. 8. 6.

donis ſibi adjunxit, ejusque ope Baaſam amolitur Deo non approbante ejusmodi in externis opibus fiduciam, ſicut & in eo offendit, quod Prophetam iſtud objurgantem in vincula conjecit, itemque pedibus poſtea ægrotans magis in Medicis quàm in Deo confiſus eſt: Cætera ejus eximia ſunt virtutibus & rebus geſtis, in quibus præcel-
3. Reg. 15. 2. Paralip. 14. Joſeph. 8. 3. lit illuſtris illa victoria, quâ Regem Æthiopum Zaram fudit. Denique moritur anno Imperii 41. & magnificentiſſimè ſepelitur. Jeroboamus, à cujus rebus ſupra diſceſſimus, perpetuis multis ſceleribus patratis mortuus eſt anno Aſæ ſecundo. Cui ſucceſſit filius Nadabus ſecundus Rex Iſraëlitarum ſeu decem Tribuum, quem paternæ malitiæ æmulum mox Baaſa imperioque vitaque exuit. Atque hic parricidiali manu arrepto im-
Petav. 9. D. T. 4. 55. perio Tertius Iſraëlitis imperavit annis 23. Hic exciſa ſtirpe Jeroboami etiam Aſæ Judæ Regi negoti-

gotium faceſſere conſtituit, munita eſt contra eum Rama, ſed retractus Syriæ Regis incurſione, ſicut ſupra dictum eſt, non valuit reſtaurare arma, fatalique morte præventus eſt. Cui ſucceſſit Ela filius Patri ſceleribus ſimilis, quem altero Imperii anno Zamri ſeu Zimri magiſter equitum per inſidias interfecit, & mox Rex factus omnem Baaſæ ſtirpem, ſicut prædixerat DEUS, excidit. Vir erat perinde in DEUM quàm homines impius, regnavit diebus paucis, & mox ab Amri, quem ex Præfecto Equitum exercitus audita Elæ cæde Regem fecerat, obſeſſus in Therſa ſeipſum cum Regia combuſſit. Amri regnavit annos 11. habuitque æmulum regni ab initio Thebni (quem *Joſeph.* Thamatum vocat) filium Gineth, quo depreſſo ſolus invaluit. Succeſſorem filium habuit Achabum, qui 7. Iſraëlitarum Rex patris ſcelera ſuperare ſtuduit. Uxorem duxit Itho-

2. Paral. 16.

3. Reg. 16. Joſeph. 8, 7.

Sulpit. Sev.

3. Reg. 16.

3. Reg. 16. Joſeph. 8. 7. Ithobali Tyriorum Regis filiam Iezabelem, quæ illi idololatriæ & variorum ſcelerum magiſtra dicam, an æmula fuit. Sed differemus hujus Regis hiſtoriam, donec intexuerimus ea, quæ in tempora hactenus memorata. i. e. ad mortem uſque Aſæ competunt. Hujus diuturnum Imperium *Joſepho* occaſionem dedit memorabili loco annotandæ divinæ providentiæ: quæ Regibus Iſraëlis ob impietatem breve regnum & funeſtos exitus dedit. Judæ autem Regi Aſæ diuturnitatem & felicitatem imperii; ob pietatem donavit. Cæterum ſucceſſiones Regiæ in hæc tempora quadrant apud Tyrios quidem finis quarti Regis Abdaſtrati; qui à nutricis Joſeph. 9 contra App. 1. filiis interfectus eſt, quorum unus 12. annnis regnavit. Succeſſit Sextus Tyri Rex Aſtartus, qui itidem 12. annis imperavit. Sequitur Septimus Aſtarymus annis 9. Octavus Phelles Aſtarymi frater, idem-

idemque interfector, cui menſes poteſtatis 8. tribuuntur. Hinc IX. Ithobalus annis 32. imperium tenuit, cujus filiam Jezabelem Achab Rex Iſraëlitarum in matrimonium accepit, ut ſupra notavimus.

Latinorum Reges IV. huc referendi ſunt, Capys qui anis 28. præfuit: Caphetus, octavus Rex annis 13. Tiberinus, 9. Rex annis 8to. Qui prælio apud Tiberim cecidit, fluvioque nomen dedit, cùm prius Albula diceretur. Agrippa 10. qui annis 41. regnum obtinuit. Corinthiorum Reges imperium ſuſcipientes viderunt hæc tempora duos, Bocchidem, qui quintus Rex 35. annis imperium tenuit (Bocchiadarumque nomen inſecutis Regibus dedit) & ſextus Agelaſtus annis 30. poteſtate potitus. Apud Lacedæmonios ſextus Rex Ageſilaus annis 44. regnavit. Apud Aſſyrios a. 36. Rex Acraſapes iniit regnum, quod

Dion. Halic. l. 8.

annis

annis 42. poſtea obtinuit. Athenis quintus Archon perpetuus, Phorbas annis 31. præfuit, & ſex-
3.Reg. 22.42. tus Megades uno anno minus. Cæterum Aſa Rege Judæ mortuo ſucceſſit Joſaphatus filius, virtute & pietate merito famam adeptus. Hic anno regni ſui tertio, qui erat ſabbaticus, Principes ſuos cum Le-
2.Paralip.17. vitis & Sacerdotibus dimiſit in omnes regni ſui partes, ut Legem
Ioſeph.8.9. DEI & Religionis cultum populis commendarent atque inculcarent; præſidiis item diſpoſitis ubique ſua munivit, venerabilis ob id vicinis & formidabilis factus. Hinc Legationes miſſæ, omniaque venerantium officia in Joſaphatum ver-
2.Paralip.18. ſa: In eo tamen offendit DEUM, quod cum Achabo affinitatem contraxiſſet & ſocietatem, quippe contra Michæ Prophetæ prædictionem cum Achabo in prælium adverſus Syros deſcendit, de quo infra audiemus. Circa poſtrema Imperii ſui tempora Joramum filium

lium Collegam aſſumit, tertioque *2. Paralip. 18.*
poſt anno Philiſtæos & Ammoni- *Ioſeph. 8. 9.*
tas devicit, quarto exacto mori- *2. Paralip. 29.*
tur, relicto filio Joramo ſucceſſo- *Petav. 9. D. T. 15.*
re, qui poſt ipſum 4. annos regna- *2. Paralip. 2.*
vit, imperium à parricidiis fratrum *Ioſeph. 9. 2. & 3.*
& illuſtrium virorum cædibus or-
ſus. Interim Achabus Iſraëlitarum
Rex idololatria aliiſq; facinoribus
Deum offendit. Igitur Elias Pro-
pheta celeberrimus excitatur, qui
anno, ut creditur Achabi 13. pro-
diens, diuturnam famem & ſterili-
tatem prædicit, in qua ipſe miracu- *3. Reg. 17.*
lo paſtus, viduæ cuidam Sareptanæ *Ioſeph. 8. 7. Sulpit. Sev. 1.*
victus copiam & filii reſuſcitatio-
nem à Deo impetrat. Tertio anno
Elias hactenus fruſtra quæſitus ac-
cedit Achabum, exprobrataque
impietate, præſenti miraculo Baa- *3. Reg. 18.*
litas idololatriæ convincit & 450.
Sacerdotes Baalis comprehendi &
ad torrentem necari jubet. Ita
pluvia terris reddita, poſthæc Be-
nadadum Syriæ Regem, maximis
copiis ſibi bellum inferentem, ere-

3. Reg. 20. Ioſeph. 8. 8. ctus Prophetæ cujuſdam monitu Achabus vincit. Inſequenti anno, cum reſtauraſſet bellum, iterata eſt victoria, qua malè uſus Achabus, pacem hoſti dedit, regnumque reſtituit, eoque nomine graviter à Deo voce Prophetæ eſt increpitus. Idem qui mox alio ſcelere cum Nabotho cuidam vineam & vitam uxoris furiis eripuiſſet, meruit ab Elia graviter objurgari. Sed tum quidem pœnitentiam agens, utcunque Deum placavit. Inſeq. anno Ochoziam filium in regni conſortium adſcivit, qui paternæ impietatis ſucceſſor anno poſt patrem non toto præfuit. Quippe cum tertio poſt pacem cum Syris factam anno Ramoth Galaad recuperare à Syris vellet Achabus, & Joſaphatum ſocium in arma traheret, cæſus eſt in prælio, quem exitum ei Michas prædixerat. Extincto igitur, ut cœpimus dicere, ſub exitum hujus anni etiam Ochozia, Joram nonus

3. Reg. 22. 42. Petav. D. T. 9. 55. Ioſeph. 8. 10.

nonus Rex Iſraëlis Ochoziæ frater annis 12. imperat, malus & hic Princeps, ſed patre tamen tolerabilior. Hic adjuncto ſibi Joſaphato & Idumæorum Rege contra Moabitas profectus penuria aquæ laboravit, ſed per Eliſæum, qui Eliæ anno præcedente in cœlum evecto ſucceſſerat, potum primo, idque in gratiam Joſaphati, mox victoriam quoque impetrat. Hic eſt ille Eliſæus, qui tot miraculis claruit, quæ deſcripta ſunt 4. Reg. 2. 3. 4. Quinto. Ex hiſtoria ceteræ Succeſſiones iſtæ conveniunt iſtis temporibus: Aſſyriis imperavit Thonos-Concoleros, qui & Sardanapalus, annos 20. qui ſua ſegnitie occaſionem transferendi ad Medos imperii dedit, ſicut infra dicetur. Tyriorum Regum ſeriem continuat Badezorus Xmus, qui 6. annis; Mettinus II. qui annis 9. Pygmalion 12. qui annis 40. imperavit. Cujus anno ſeptimo Dido ſoror ejus profecta Tyro,

4. Reg. 3.

4. Reg. 3. Ioſeph. 9. 1.

Ioſeph. contra App.

Ioſeph. contra Appion. Carthaginem condidit in Africa, annis ante Romam 134. Hiſtoria
Petrus Fabr. 5. 3. 13. peti ex *Juſtino* poteſt 18. 5. & 6.
Solino. 40. *Virgilio* 1. *Æneid.* &
Voſſ. Th. Gent. 1. 32. *Servio Appiano in Punicis, Strabone* 17. *Vellejo* 16. aliis. Apud Lacedæmonios Septimus Rex Archelaus regnare cœpit, cui 60. annos tribuit *Euſeb.* Corinthiorum itidem ſeptimus Eudemus annis 25. imperavit.

Athenienſium Septimus Archon perpetuus Diogenetus annis 28. præfuit. *Euſeb.* ſed revertamur ad Reges Hebræorum.

Poſt Joramum Joſaphati filium in Juda regnavit Ochozias filius
4. Reg. 8, 26. Ioſeph. 9. 3. 4. 5. 6. Jorami anno uno: Domum Achabi potiùs quam Joſaphati impietatem æmulatus: Sed eum mox
4. Reg. 9. divina conſequitur ultio, quippe Jehu Rex ab Eliſæi diſcipulo inunctus, & mox declaratus, Joramum Iſraëlis & Ochoziam Judæ
4. Reg. 10. 36. Reges interfecit, præfuitque annis. 28. Decimus Iſraëlitarum Rex.

Hic

Hic Izabele omni Achabi domo funditus extincta, Dei conſilia adverſus Achabum implevit. Hinc in duabus tribubus Tyrannis obtinuit 6. annorum. Athalia enim Achabi filia Ochoziæ mater poſt mortem filii corripuit regnum Judæ: Donec poſt ſexennium Jojadæ ſummi Sacerdotis ope regno vitaque ſpoliatæ ſubrogatus eſt Ochoziæ filius Joas, qui ſævitiæ aviæ ſubductus, olim & hactenus clanculum educatus erat. Hic 40. regnavit annis, bonus ab initio, ſed poſtea adulationibus corruptus; præſertim poſt mortem Jojadæ, qui obiit annos natus 130. hujus filium Zachariam Joas magno impietatis & ingratitudinis exemplo interfici *Sulpit. Sa-lian.* juſſit: Petitus armis Haſaëlis Sy- *2. Paralip.* riæ Regis, qui etiam adverſus Iſraë- *24. 15. & 20.* litas graſſatus erat; pudendam pacem, Theſauris templi traditis *4. Reg. 13.* emit. Apud Iſraëlitas Jehu mor- *Ioſeph. 9. 8.* tuo ſucceſſit XI. Rex Joachas; qui annis 17. præfuit, qui impie-

 tate

tate ſua concitata Divini Numinis ira ab Hazaële Syriæ Rege vehementer mulctatus, ſicut ab Eliſæo prædictum erat, quietem tandem à malis exoravit; filiumque Joaſum regni conſortem fecit, qui mox poſt ipſum imperavit Iſraëli plus annis 16. Jeroboam filio maturè rege deſignato, anno Joazi decimo magnus Propheta Eliſæus religionis & pietatis inter Hebræos Magiſter obiit, ſi vera eſt Hebræorum traditio, in ſede Scholam ægrotantem inviſit Joas, & de clade Syriorum ſecuturâ docetur, quæ prædictio mox inſeq. anno fidem habuit. Quippe Benadadum Syriæ Regem, qui Hazaeli patri ſucceſſerat, tribus præliis vincit Joaſus, maleque mulctat.

Petav. rationar. part. I. 2. 2. 71.

Interim in regno Judæ Joaſum exceperat Amaſias decimus Rex duarum tribuum, qui 29. annis præfuit. Hic ſublatis interfectoribus Patris (quorum filiis tamen pepercerat) Joazum Iſraëlis Regem

gem provocat, victusque prædæ ei fuit. Supervixit tamen hoſti 25. annis; Joazo enim mox mortuo ſucceſſit filius Jeroboamus, qui 13. Iſraëlitarum Rex præfuit annis 24. non diſſimilis impietate cognomini Regi, qui olim ſummorum ſcelerum autor Iſraëlitis fuerat, Syros tamen magnis perculit victoriis, quas Jonas Propheta illi prædixerat. Quo tempore autem Jonas ille Ninivitis prædicaverit, inquit *Petav.* incertum eſt. Etenim Ninive non longo, poſtquam eſt everſa, tempore, inſtaurata videtur, & Medorum excuſſo imperio, privato Principi paruiſſe. *4. Reg. 14. 25. Ioſeph. ibid.*

Nam & Phul ſubinde Rex Aſſyriorum fuit, itaque falſi ſunt, qui Jonam ſtante veteri Aſſyriorum regno prædicaſſe ferunt. Hactenus ille Amazias expleto, quod ſupra deſignavimus, tempore miſerum habuit exitum, percuſſorum manu interemptus. Cui ſucceſſit filius Ozias ſive Azarias 12. Rex *4. Reg. 15. Ioſeph. 10.*

Judæ, qui 52. annis præfuit: bonis primo moribus, magnoque ſucceſſu adverſum Palæſtinos uſus, qui cum inſoleſceret, Sacerdotisque munia ſibi raperet, lepra percuſſus, extra urbem habitare coactus eſt, Filio Joathamo munia regni ſubeunte, donec denique mœrore confectus obiit. Floruêre ſub eo Prophetæ, Zacharias, Jonas, Hoſeas, Amos, Eſaias, Joël, Obadias, ſicut ex ipſorum libris ſuperſtitibus intelligi poteſt. Jeroboamo Regi Iſraëlis mortuo ſucceſſor deſtinatus eſt filius Zacharias, ſed non ſtatim cepit imperium, quippe interregnum alii longius, alii brevius hîc conſtituunt. Petav. 11. annos ponit, quibus exactis ſucceſſerit Patri Zacharias, de cujus fatis deinceps erit dicendum. Nunc enim ſubtexemus externa. Lycurgi celeberrimi Legislatoris, qui Spartam firmavit Legibus, gêſta in hæc tempora referuntur, cujus præſertim ἐπιτροπία ex

Prophetarunt anno mundi 3189.

Era-

Eratoſtene apud *Clem. Alex.* 1. *Strom.* anno ante primam Olympiadem 108. ponitur. Quanquam alii antiquiorem, alii recentiorem faciunt. Res ejus præſertim exſecutus eſt *Plutarchus*, cui addendi ſunt *Herodot.* 1. *Strab.* 10. *Pauſan. in Lacon. Xenophon. in Rep. Lacedæmon. Juſtin.* 3. 2. & 3. *Vellejus* 1. 6. *Sarisburienſis l.* 4. c. 3. Circa id tempus etiam Sardanapalo dejecto, Medorum imperium ab Arbaze inchoatum eſt, quam hiſtoriam fuse exſequuntur *Diod.* 2. *Athenæus* 12. *Juſtinus* 13. *Vellej.* 1. 6. *Oroſius* 1. 19. è quibus cæteri ſua hauſerunt. Adde *Petav.* 9. 34. *Doctr. T.* ſecundus Medorum Rex Mandauces fuit, annis 50. imperio potitus. Tertius Soſarmus, annis 30. & ſic deinceps alii, de quibus infra. Apud Latinos ſucceſſit XI. Aladius, qui annis 19. præfuit. Homo perditus & ſacrilegus, paremque vitæ exitum nactus. Sequutus eſt 12. Aventinus

Diod. 2. *p.* 118.

Dionyſ. l. 8.

annis 37. Tunc 13. Procas annis 23. Inde 14. Amulius annis 42. imperavit, quem Romulus poſtea ſolio dejecit. Apud Corinthios ſequitur octavus Rex Ariſtodemus annis 35. & 9. Agemon annis 16. & 10. Alexander annis 25. & 11. Teleſtes annis 12. Poſt quem deſiere Corinthiorum Reges, ſubſtitutique ſunt annui Prytanes. Apud Lacedæmonios ſeriem Regum continuat octavus Teleches annis 40. & nonus Alcamenes annis 37. Quanquam *Clem. Alex.* 1. *Strom.* Nicandrum hunc nominet, eique 39. annos tribuit, atque in annum ejus 34. primam Olympiadem confert. Apud Athenienſes Archon octavus Pheredus annis 19. & 9. Ariphron annis 20. & 10. Theſpilus annis 27. & 11. Agameſtor annis 20. & 12. Æſchilus annis 23. præfuere. Per hæc tempora etiam Macedoniæ celeberrimum poſtea regnum cœpit, autore Carano Argivo, Phidonis (ad

Euſeb.

Scaliger ad Euſeb. p. 62.

(ad quem menſurarum & ponderum inventio refertur) fratre; fuit Caranus Heraclita undecimus ab Hercule, qui contractâ ex Peloponneſo manu in Macedoniam venit, ibique regnum condidit, cui præfuit 30. annis. Magna eſt auctorum in ordinandis iſtis rebus diſſenſio. *Petav.* mavult hîc *Dexippum* quam ipſum *Euſeb.* ſequi. Atque illius ductu ſecundum Macedonum Regem Cœnum ordinat per 28. annos imperio potitum, ſi Velleji calculus ſequendus eſt. (17.) Inferenda eſt his temporibus origo Capuæ, quam anno 830. ante Vinicii Conſulatum conditam refert. Incidit autem illa in annum Period. Jul. 4743. Chriſti 30. poſt quæ tempora Lydorum Rex Ardys ab *Euſebio* ponitur 36. annis imperio potitus. Pervenimus ad celeberrimum omnis hiſtoriæ & Chronologiæ characterem, ad Olympiades, inquam, Iphyteæ periodi. Inſtituti erant Olym-

Petav. ration. tempor. Libr. 2. cap. 17.

Juſtin. 7. 11. Vellej. Herodot. 8.

Petav. ration. P. I. 5. 3.

319

Olympici agones longè ante Iphiti tempus, autore primo Pelope, poſtea inſtaurati ſunt ab Herculе, hinc rurſum collapſos Iphytus reſtituit. Ex quo in tempora perpetua lege ſtatis annorum 4. intervallis propagati ſunt. Hinc initium ferè apud Græcos Hiſtoriæ traditur, teſte Africano apud *Euſeb. in Chron. & P. E.* 10. 10. Hinc definit tempus μυθικὸν *Varronis*. De quo eſt apud Cenſorinum de die natali. Ceterum in quem annum aptari poſſit ac debeat Olympiadis primæ Iphyteæ initium, non levis eſt diſputatio inter veteres & recentes, de qua vid. *Calviſ. Iſagog. c.* 41. *Salian. Tom.* 4. *annalium ad annum mundi* 3278. *p.* 136. & præſertim *Petav.* qui tum aliis, tum *Scaligero* ſuper hâc re diſputata paſſim ad partes vocat 8. capitibus ſuis argumento impenſis, quæ in *libr.* 9. *D. Temp.* à 36. numerari debent. Ille ergò *Petavius* initium Olympiadum conjecit

Petav. ration. D. 1. 2. 5.

Olymp. prima annus.

cit in annum Azariæ ſive Oziæ Regis Judæ 34. ineuntem: interregni autem in Iſraële 8. qui eſt ab ἐπιτροπίᾳ ſeu tutela Lycurgi 108. ex Chronolog. *Eratoſthenis*, apud *Clem. Alex.* 1. *Strom.* qui illa computat tempora. A captâ, inquit, Troja ad Heraclidarum reditum ſunt anni 80. Hinc ad Joniam conditam 60. ad Lycurgi tutelam 189. ad tempus, quod præcedit prima Olympia 108. ſed nobis ad continuationem Hiſtoriæ redeundum. Zacharias filius Jeroboam Rex Iſraëlis 14tus ſuccedit; menſibusque non amplius ſex imperavit. A Purpuratorum uno interficitur. 4. *Reg.* 15. 8.
Sellum is erat, qui occupatum parricidiali ſcelere regnum 30. poſtea die perdidit. Quippe Manahem parricidium porro ultus 16tum Iſraëlis Regem ſe fecit. Huic Phul Aſſyriorum Rex arma intulit, eoque redegit hominem, ut ingente pecuniâ redimeret pacem, quo tempore à ſuis 50. drachmas in
Joſeph. 9. 10. 11. 1.
11. 2.
4. *Reg.* 15. 19.
Joſeph. 9. 11.
Olymp. 4. 4.

ſingu-

ſingula capita exegit. Atque hoc tempore circiter Iſaias cœpit prophetare, teſte Euſebio P. E. XII. qui primam Olympiadem cum Iſaia & ipſius æqualibus congrue-reait. Manahem defuncto, ſuccedit filius Berach, ſive Pekajah 17. Rex Iſraël, anniſque duobus imperii impiè exactis, quidam cognominis (Phacee) Romeliæ filius eum interfecit, ſeque decimum & 8vum
5. 2. in Iſraële Regem fecit (4. Reg. 15. *Joſeph.* 9. 11.) regnavit hic Phacee ſive Pekah Romeliæ filius 20. annis, ejusque tempore Teglath-Phalaſar Aſſyriorum Rex Iſraëlitas bello aggreſſus, ſubactis pluribus regionibus colonos in ſervitutem abduxit. Denique Phacee ab Oſee peremptus eod. ſcelere, quo aſſumſerat, imperium amiſit, ſicut rectè judicat *Sulpitius*. Neque ſanè melius egerat imperium, quam acquiſiverat. Jam alterum annum Phacee imperaverat in Iſraëlitide, cum in Juda Ozia Re-

ge mortuo ſucceſſit filius ejus Joatham Rex 13. qui etiam vivo Patre & propter lepram regni muneribus abſtinente (quod ſexennio ante accidiſſe *Petav.* exiſtimat) Remp. adminiſtraverat. Hujus erga Deum pietatem, erga homines juſtitiam; in republ. induſtriam, adeoque domi felicitatem, foris autoritatem, magnis, ſed meritis elogiis prædicat *Joſeph.* 9. 11. Sed & ſacræ Literæ pietati ejus res proſperè geſtas amplificatumque imperium adſcribunt. Regnavit poſt patrem annis 16. In Principium ejus imperii videtur convenire Viſio Eſaiæ ab ipſo cap. 6. deſcripta. Interim Olympiadis ſecundæ anno tertio naſcuntur Romulus & Remus, horum originem & fata non attinet huc prolixius cumulare, à *Dionyſio* præſertim *Halicarn.* fuſè tradita. Nam *Livius* contraxit hiſtoriam potius. Huc ſpectat, quod anno ætatis 17. (non enim magna ratio eſt, quæ id impugna-

5. 4.
4. Reg. 15.
4. Reg. 9. 5.
2 Paralip. 26.
2. 8.

gna-

6. 3. gnare poſſit) Amulium Patruum Romulus Imperio deturbat, Numitorem autem olim injuſte pulſum reponit. Itaque & Avi & ſuas vindicat injurias, nam Amulius Romulum cum Remo fratre Tyrannica opprimendæ fraternæ ſtirpis libidine exponi juſſerat. Atque hoc anno probabiliter exiſtimat *Petav.* Romam conditam, quam alii in ſequentem ſextæ ſcil. Olymp. annum quartum, alii in ſeptimæ Principium conferunt. Procedet
Olymp. V. C. ergo dehinc nova celeberrimaque Urbis Conditæ Epocha, de cujus conſtitutione plerique diſputant.
6. 4. 1. Videndi præſertim *Calviſii Iſag.* c. 41. *Petav.* 9. *Doctr. Temp.* 48. 49. 50. *Onuphrii Commentar. in libr.* 1. *Faſtor.* aliique. Ergo prima palilia (ita natalem urbis diem vocarunt) referuntur in annum 6tæ Olymp. quartum, ſecundũ calculum Varronis, qui & primus regni Romuli numeratus. Inſequentis Olympiadis anno primo, primus omnium coro-

coronatus eſt. Daicles Meſſenius *olymp.* U.C.
de Stadia Victor, ſicut Phlegon
Trallianus in fragmento de Olym-
piis à Meurſio edito annotat. Nos 2. 1. 2.
deinceps contenti Olympiadas nu-
meraſſe, Olympionicarum ſeriem
aliunde jubemus petere. Diligen-
ter annotavit *Calviſius Chronol.* cui
addi poteſt Eraſmi Schmidii Chro-
nol. Olympionicarum, quam Pin-
daro ſuo præfixit. Romulus au-
tem de cujus regno cœpimus di-
cere, cum occiſo fratre ſolus jam
conditæ à ſe urbi imperaret, Sa-
binas Virgines ad ſpectaculum in-
vitavit, raptasque in matrimonia
ſuis diſtribuit, ne unius ætatis po-
pulus eſſet civitas virorum. Quæ
res ad pudenda Originum Roma-
narum videtur pertinere, ſicut &
Aſylum receptaculum flagitioſæ
& extorris turbæ, quod congre-
gandæ multitudini erexerat, è ra-
ptu Sabinarum ſtatim bellum cum
Antemnatibus Cœninenſibus ac
Cruſtominis, quos Sabini in auxi-

Olymp. U. C. lium exciverant. Mox Sabini arce Tarpeja potiti, atrociter pugnabant cum Romanis, donec interventu raptarum Soceri cum Gene-
8. 2. 7. ris non in pacem modo, ſed in unam quoque urbem ac Remp. coaluere. Ita Tatius participato imperio cum Romulo regnavit 6. annis. Quibus expletis per inſidias occiſus (ut eſt invida Regni ſocietas) Romulo ſoli reliquit imperium, qui multa ad formandum Reip. Statum condenda jura & leges ſolertes conſtituit, rebusque plurimis pace belloque præclarè geſtis, cùm 38. annis imperaſſet, apud Capreæ paludem, non comparuit. Res ejus à plurimis deſcriptæ laudatæque ſunt, quos *Camers ad Florum l.* 1. annotavit. Duo præcipui ex iis ſunt *Dionyſ. Halicarn.* & *Plutarchus in Romulo*, quos conſequitur *Liv. l.* 1. In has 16. circiter Olympiades etiam illa referen-
15. 3. 3. 6. da ſunt ex hiſtoria externa, quod apud Medos ſucceſſit, Rex quartus

tus Artias, qui annis 50. impera- *olymp.* U. C.
vit, teſte *Euſebio*, quem excepit 6. 1.
Arbianes quintus Rex, cui anni 23. 9. 2.
tribuuntur. Apud Lydos Rex 11.
Alyattes 14. annis imperavit. Se- 12. 2. 23.
quitur 3. Rex Medes annis 12. Ex-
cipit quartus Candaules annis 17.
cujus fortunæ nullum priorum
Regem comparari poſſe cenſet
Juſtinus 1. 7. cui Herodotum ad-
de. Apud Macedonas Rex tertius
Tyrimas annis 45. præeſt, juxta
Dexippum apud *Euſebium*. Apud
Meſſenios Rex Euphaes præeſt
annis 13. ſicut ex Pauſan. Meſſenic.
diſcimus. Athenis ſequitur ulti-
mus perpetuus Archon Alcmæon,
qui cum biennio præfuiſſet, cœ-
perunt decennales Archontes cre-
ari, quorum primus Charops, ſe-
cundus Æſimedes, tertius Cliti-
cus, quartus Hippomanes, qui fi-
liæ ſtuprum atrociſſimè punivit, *Petav. Rat.*
(vid. *Suid. in Hippoman.*) quintus *T. part.* 2.
Leocrates, qui ſingulis decenniis *p.* 111.
Magiſtratum geſſerunt. Olym-

 piad.

Olymp. U.C. piad. octavæ anno 1. Piſanicum
Phidone Archivorum Tyranno
certamini Olympico præfuerunt,
8. 1. 6. & ob id Elei, qui ſibi ſolis admi-
niſtrationem horum ludorum vin-
dicabant, ἀναλυμπιάδας, quaſi dice-
rent irritã Olympiadem, vocarunt,
teſte *Pauſania in Elia* 22. ſicut ean-
dem ob cauſam 34. & 104. Olymp.
Petav. Ration. tempor. l. 2. 8. ita vocatæ ſunt. In Græcia bellum
Meſſeniacum inter Meſſenios &
9. 2. 11. Lacedæmonios ob raptas & ſtu-
pratas à Meſſeniis Lacænas virgi-
nes exortum eſt, expugnataque à
Lacedæmoniis Amphya, ſed quar-
to pòſt anno recruduit bellum, fa-
10. 2. 15. ctisque aliquot præliis, Meſſenii,
cæteris oppidis relictis, Ithomen
muniunt. Ubi Ariſtodemus filiam
ſuam, ut oraculo ſacrilegium ta-
poſtulanti ſatisfaceret, interfecit
apud Ithomem poſtea Rex Eu-
phaes prælio cadit, cui ſubjicitur
Ariſtodemus, qui poſtea ſe ad ſe-
pulchrum filiæ interfecit. Is Lace-
13. 3. 28. dæmonios ingenti prælio vincit

Qu-

Quæ res Lacedæmonios perpulit, *Olymp. U. C.* ut uxorum pudicitiam proſtituerent, ne ipſis bello occupatis ſoboles interim domi deficeret: 20. denique ex quo cœperat, anno finitum eſt hoc bellum, Ithome à Meſſeniis derelicta, & à Spartanis 14. 2. 3. everſa. Hiſtoria præcipuè peti debet ex *Pauſaniæ Meſſeniacis*, cui addi poſſunt *Juſtinus* 3. 4. *& ſeqq. Diod.* 11. 15. *Strabo* 6. *&* 8. *Oroſ.* 1. 21. E viris doctis in Olympiadem primam *Euſebius* ordinat Arctinum Mileſium Poëtam cujus nomen Olympiade tertia repetit cum mentione Operum, quod ſcripſerit Æthiopida & Ilii Perſin, conjungens ibid. Eumenium, qui Bugoniam & Europam compoſuerit. Olympiade quarta Heſiodum memorat, quinta Sinæthonem, Pelogoniæ autorem refert, à quo diverſus eſt alius Poëta Cinœthus Chius, qui primus Homeri Rhapſodiam compoſuit. Olymp. decima Theleſillam Poëtriam Archi-

Olymp. U.C. vam, Belli Meſſeniaci tempore flo-
ruiſſe, *Pauſanias* autor eſt. Olymp.
nonæ anno quarto conditæ ſunt
9. 4. 13. in Sicilia Syracuſæ ab Archia He-
raclida, qui illuc profectus Co-
rintho, minora oppidula contra-
xit, urbemque effecit, quæ poſt-
modum avita ſub Trione & Gelo-
ne maxima urbium in Europa fuit.
Conditæ ſunt Syracuſæ anno ter-
tio poſtquam Nachus in Sicula
condita erat. *Euſeb.* adde *Thucyd.
ſexto, Strabon. ſexto, Stephanum vo-
ce* Συρακ *Scholio Pindari* Iſthmiis
ſecundo Olymp. 10. anno quarto
Catina à Syracuſanis conditur,
10. 4. 17. ſicut ex iisdem autoribus notari
poteſt. Non omittenda eſt men-
tio Aeræ Nabonaſſari, quæ apud
Ptolomæum præſertim & in *Tabb.
Aſtronomorum* celeberrima eſt.
Quis fuerit ille Nabonaſſarus, diſ-
ſentiunt docti. Quidam Salma-
naſſarem, alii Satrapam ejus fuiſſe
contendunt. *Petav.* exiſtimat eſſe
2. Reg. 20. 12. Baladanem Merodachi Patrem aut
Ilu-

Ilulæum, qui in Laterculo Regum Babylonicorum itidem ponitur. Vid. quæ diſputat 9. *D. T.* 51. & 52. Refert autem initium Aeræ in annum Periodi I. in margine notatum. Olymp. 8væ anno 2. U.C. 7. Aeram autem Mardokempadi Babyloniorum Regis, quem eundem cum Merodach putat, annis 26. poſteriorē facit. Cæterum Regum Babyloniorum, qui Phuli ſucceſſerunt, memoria in alta nocte jacet, ut ſolet iſtis gentibus fere accidere, quæ imperio exciderunt. Cæterum quoniam ſupra noluimus annos Romuli interrumpere, reſtant adhuc ex ſacra Hiſtoria, quæ in hoc temporis ſpatium, quod jam decurrimus, ordinari debet. Poſt Joatham regnavit in Juda 14tus Rex Achaz annis 16. impiiſſimus Rex & Iſraëlis potius quam Judæ Regum exempla æmulatus. Apud Iſraëlitas ſucceſſit Oſee 19nus Rex annis 18. ſed interrupte regnavit. (vid. *Petav.* 9. *D. T.* 55.)

Olym. 1. C.

3967.

Petav. ration. tempor. 2. 3. 3.

8. 2. 7.

14. 4. 33.

9. 4. 13.

Olymp. U.C. 55.) Achazum bello petierunt duo
Reges Raſin Syriæ & Phacee Iſraë-
10. 3. 16. litarum Rex. Igitur vocato in au-
xilium Teglath Phalaſare Aſſyrio-
rum Rege, cujus ope Raſin vicit,
ſicut Hiſtoria amplius peti poteſt
ex 4. Reg. 16. *Joſeph. 9.* 12. *&* 13.
Mortuo Achazo ſucceſſit filius
Ezechias 15 tus Judæ Rex, qui an-
nis 29. egregiè regnavit. De cu-
jus rebus infra dicetur amplius
13. 2. 27. 4. Reg. 18. *Joſeph.* 9. 13. Contra
Oſee Iſraëlitarum Regem anno
regni ejus 7mo. (ſi à ſecundo ini-
tio numeretur, id eſt ab anno A-
chazi 4to. 4. Reg. 15. v. 30.) Sal-
manaſſar arma movit, Samariam-
14. 4. 33. que obſidere cœpit, Iſraëlitasque
in ſervitutem abduxit, anno Imo.
Mardokempadi Babyloniæ Regis
cujus hanc æram ſupra deſignavi-
mus. Abductus eſt inter captivos
etiam Tobias (Tob. 1.) de quo &
filio ejus vid. *Petav.* notata D. T.
10. 4 Qui nativitatem Senioris
Tobiæ confert in annum Olymp.
7mæ

7mæ quartum. Atque ita regnum Olymp. U. C.
Iſraëliticum defecit ob peccata,
cum ſtetiſſet annis circiter 240.
Adde Hiſtoriæ Sacræ (4 Reg. 17.)
Joſephum 9. 14. ubi præſertim memorabile
eſt, quod de Chutæis annotat
ſive Samaritis, cui conferri
meretur *Sulpitius*, ubi *Sigonii* Notæ
videndæ. Ezechias Rex Judæ, ad
quem redimus, præerat jam anno 4. Reg. 18. 8.
14. religionemque egregiè reſtauraverat,
victoriis etiam celebris.
Nam Allophylis victis, etiam Aſſyriorum 16. 3. 40.
jugum excuſſerat, donec *Vid. Petav. D.T.* 9. 56.
Sanacherib in Judæam ingruens
omniaque vaſtans Theſauros templi
& Regiæ ab Ezechia minis extorſit.
Mox ad bellum Ægyptium
converſus (de quo Herod. 2.) cum
Rapſacem Ducem aliosq; ad Hieſolyma
obſidenda reliquiſſet, utrobique
ob inſolentiam divinitus
multatur. Nam & in Ægypto
res contra ſententiam & ſpem ejus
decidit & in caſtris Rapſacis ab
Angelo una nocte 185. millia ex-

Olymp. U. C. tincta ſunt. Beroſus apud Joſe-
Vid Salian. phum de peſte interpretatur.
16. 4. 41. Eod. anno ægrotat Ezechias, divinitusque ſanatur, in ſeq. anno
4. Reg. 20. Merodach Rex Babyloniorum,
Joſeph. 10, 3. quem *Joſeph.* cum *Beroſo* Baladan vocat, legatos ad Ezechiam mittit, quos cum Rex comiter excepiſſet, offendit DEUM, qui mox per Prophetam Eſaiam Captivitatem Babylonicam prædixit. Denique anno potentiæ 29. moritur Ezechias, cui ſuccedit filius
20. 3. 56. Manaſſes 16tus Rex Judæ, 12. an-
20. 3. 56. nos natus, longiſſimo poſtea regno 55. ſcil. annorum perfunctus, quorum digeſtio accurata vix iniri poteſt. Fuit ab initio regni impius, omnique genere flagitiorum &præſertim idololatria ſe regnumque fœdavit. Eſaiæ etiam Prophetæ interfector, quem ſerrâ diſſecuiſſe traditur. Itaque traditus à Deo in manum Babyloniæ Regis
Hieronym. Merodach (nam hic denato Aſſaraddone, qui Sennacheribo ſuc-

ſucceſſerat, omne Aſſyriorum Im- *Olymp.* U.C.
perium Babyloniis adjunxit (ſicut *Euſeb. Chron.*
ex Megaſthene conſtat) à quo captivus in Babyloniam abducitur,
anno regni 7. circiter. Poſtea re- 22. 3. 64.
ſtitutus regno ſuo pœnitentiam egit, pietateque priora flagitia emendavit. 2. Paralip. 13. *Joſeph.*
10. 4. Circa hæc tempora Tobiæ 23. 2. 67.
Hiſtoria continuatur, & cæcitas quidem ejus in annum Manaſſis quintum refertur à *Petav.* 10. *D. T.* Reſtitutio autem viſus in an. 9. ſicut ex libro Tobiæ cognoſci amplius poteſt. Quem *Salianus* ferme totum in *Annalibus* explicavit. Dum Manaſſes in captivitate eſt, Holofernes Nabuchodonoſoris Aſſyrii Dux in Judæam miſſus à Juditha occiditur, ita ordinante Hiſtoriam Petavio, ut annum liberationis mors iſta præcedat. Hiſtoria libro Judith comprehenditur. Poſt Manaſſen regnavit filius
ejus Ammon 17tus Rex Judæ, qui 34. 2. 111.
impietate ſua dies regni breviavit
anno

Olymp. U.C. anno imperii altero ſuorum ſcelere interfectus 4. Reg. 21. *Sulpit.*
Joſeph. 10. 4. *Sev.* 1. Huic ſucceſſit Joſias 18. re-
34. 4. 113. ligioſiſſimus Princeps, qui 31. an-
42. 2. 143. nis bene imperavit. Ad extremum à Nechao Ægypti Rege cæſus eſt. 4. Reg. 22. & 23. *Joſephus* 10. 5. 6. Succeſſit Joachaz filius 19. Rex Judæ, ſed hunc poſt tres regni menſes Nechao Ægypti Rex abduxit in ſervitutem, regnumque
43. 2. 147. fratri ejus ſeniori dedit, eumque pro Eliakim Joacimum vocavit. Hic annis 11. præfuit, & propter impietatem ſervituti mancipatus eſt à Nabuchodonoſore, qui anno imperii ſui primo, Joacimi quarto, Hieroſolyma cepit, captivosque aliquot & inter eos Danielem abduxit, Joacimum autem Regem tributarium fecit, & hinc 70. annorum, unde numeratur Captivi-
Jerem. 25. 11. tas Babylonica. Initium duci oportere ſtatuit & diſputat *Petav.* 9. *D. T.* 60. *&* 61. Alii malunt à caſu Sedeciæ Regis ultimi Judæorum

&con-

& conflagratione urbis templique initium captivitatis ducere. Eſt hæc tertia & quarta ſententia, de quibus vid. diſputantem *Salian. tom.* 1. 4. ad annum mundi 3429. Nos eam rem in medio nunc relinquentes uſque ad hunc terminum ſubtexemus, quæ ex profana hiſtoria adhuc reſtant. Iraque in annum expeditionis Senacherib in Judæam, incidit primus ſecundi Romanorum Regis Numæ annus. Qui conſtitutam à Romulo Rempubl. & bellandi aſſiduitate firmatam Religionibus & ſacris inſtitutis temperare conatus eſt. Sicut *Halicarnaſ.* 2. *Liv.* 1 *Plutarch. in Numa*, cæterique à *Camerte ad Florum l.* 1. 2. *notati* autores fuſius expoſuêre, præfuit 43. annis. Hunc excepit Tullus Hoſtilius tertius Romanorum Rex, annis 32. qui bellandi & arte & ſucceſſibus ſeque regnumque nobilitavit. Geſta ejus ex *Liv.* & *Halicarn.* petenda ſunt, cæteris adjectis, quos *Ca-*

Olym. U.C.
16.3. 40.
27. 3. 84.
Liv. 1.
Halic. 3.

Olymp. U.C. Camers ad Florum notavit. Inde quartus Ancus Martius annis 24. quem ſequitur 5tus Priſcus Tarquinius qui 38. annis bello & pace illuſtris præfuit *Liv. & Dionyſio* libris ſupra nominatis, addendi ſunt quos, *Camers ad Flor.* 1.5. notavit. Hæc verò magis, qui illis Regum temporibus cum finitimis luctantes, potentiæ amplioris fundamenta ponebant. Ad initium Numæ *Petav.* etiam refert Lydorum Regem 5tũ & Mnermadarũ primum Gygem, de quo *Herod. l.*1. de cujus Origine videndus *Plato* 10. *de Republ.* & *Cic.* 1. *Offic.* Lydorum Rex Sextus Ardys, qui annis 49. imperavit in tempora Manaſſis congruunt. Hunc excepit Rex 7. Salialthes, qui annis 12. præfuit, qui Mileſiis bellum intulit, quod ex *Herodoto* peti poteſt *l.* 1. Sequitur Octavus Alyattes, qui 57. annos imperium tenuit. Extremo EzechiæRegis temporeNabuchodonoſor Aſſyriæ Rex regnare cœpit,

Flor. 1. 3.

41. 3. 140.

26. 1. 78.
38. 2. 127.

41. 2. 139.

pit, de quo eſt Judith. 1. qui poſtea *Olymp.* U.C.
Dejocem ſive Arphaxadem Medorum Regem vicit, ſucceſſuque ferocior factus, Legatos ad ſubjugandã Syriam miſit, inter quos Holofernes à Judith occiſus. Quanquam revera *Petav.* (qui de Hiſtoria Judith diſputat) curioſius videtur agere in ordinandis his geſtis ad tuendam hypotheſin de autoritate libri Judith, quæ non immeritò tanta non habetur, quantam nonnulli judicant. Apud Babylonios Nabopallaſarus, Nabuchodonoſoris, qui captivos abduxit Judæos, Pater, tempore Joſuæ Regis regnare cœpit, de cujus æra diſputat *Petav.* 9. 58. Add. *Calviſ. Iſagog.* 20. Anno imperii ſui 19. circiter filium ſuum Nabuchodonoſorem in Syriacam expeditionem mittit, vid *Petav.* 9. 60. Poſtea mortuo ſuccedit Nabuchodonoſor. Initiis Manaſſis congruit 6tus Medorum Rex Dejoces, qui annos 40. imperavit. Hunc excepit

12. D. T. 26.
38. 4. 129.
43. 1. 146.
21. 1. 58.

Olymp. U.C. pit 7mus Phraortes annis 22. ſicuti iidem Autores annotant. Huic
Diodor. l. ſucceſſit 8vus Rex Cyaxares annis
Euſeb.Chron. 40. imperio potitus. *Diodoro* adde *Herod. l.* 1. Hic ulturus parentis necem Aſſyriis bellum intulit, Ninivenque obſedit, ſed à Scythis ſub Duce Madye in Mediam irrumpentibus oppreſſus Aſiam Scythicæ Dominationi patefecit, quæ 28. annos obtinuit. *Vid diſputata Petav.* 10. 2. Denique Scythas
43.3. 148. convivio exceptos, vinoque obrutos internecione delevit. Atque
Petav.ration. l. 2. 9. ita recuperato ſuo Imperio Aſſyriam univerſam excepta Babylonia devicit. Paulo poſt exigua Scytharum manus ſuis finibus pulſa, ad Cyaxarem confugit, ubi cum benigne habiti ad extremum offendiſſent, ad Alyatten Lydiæ Regem confugerunt, à quo repoſcit mox Cyaxares transfugas; neganti Lydo bellum infert, quod 6. annis duravit. Sed hæc ad ſeq. tempora egrediuntur. Apud Corin-

Vide de ſerie hujus hiſtoriæ ordinanda

rinthios Cypſelus tyrannidem invaſit annis 30. cum hactenus Bacchiadæ præfuiſſent. *Pauſan. in Æliac. Herodot.* 5. Poſtea Periander tyrannidem tenet annis 44. In Ægypto temporibus Manaſſis cœpit imperare Pſammitichus, qui 55. ann. præfuit. *Herodot.* 2. Vid. rurſum diſputata *Petav.* 10. 17. Huic ſucceſſit Necos ſive Nechao, qui annis 16. imperavit, eod. *Herodot.* teſte. In Macedonum regno tempore Ezechiæ 4tus Rex Perdiccas annos 48. tenuit, teſte *Dexippo* ap. *Euſeb.* Secutus hunc Quintus Rex Argeus ann. 38. Excepit hunc 6tus Philippus ann. 35. Archontes Athenis in hæc tempora referuntur: apud Euſeb. 6tus decennalis Apſander, 7mus & ultimus Eryxias, poſt quem deinceps annui facti ſunt, quorum primus Creon, *Vellej.* 1. 8. Græcorum bella reſuſcitavit apud Meſſenios Ariſtomenes. Hic enim Olymp. 23. an. 4. Archonte Athenis Theſa ab expu-

Olymp. U.C.
Petav. 10. 2. *Ration.* 1. 1. 13.
30. 3. 96.
27. 2. 83.
Ariſtot. 5. *Polit.* 12.
41. 1. 158.
17. 3. 44.
Petav. ration. 2. 2. 14.
4039. 3299. 664.

Olymp. U. C. gnatione Ithomes 39. Meſſeniis autor fuit, ut à Lacedæmoniis deficerent. Hujus ductu victi Lacedæmonii ex reſponſo Oraculi Athenis Ducem ſibi petunt. Cumque Tyrtæum Poëtam claudum accepiſſent, fuſi iterum aliquoties ſunt, quibus Tyrtæus tamen ſolatiis & verſibus inſtaurat animos, donec anno 3. hujus belli jam affecto Meſſenios vincerent Lacedæmonii; Victis Ira mons ſubſidio fuit, ibique XI. annis reſtiterunt Lacedæmoniis obſidentibus. Tandem expugnatus Ira, & Meſſenii exciſa patria in Siciliam navigant, ibique Zanclem incolunt, quam Meſſanam appellant; pleraque hujus belli ex *Pauſ. Preſſen.* petenda ſunt, quem tamen in *Chronol.* poſtremi anni corrigit *Petav.* Nam *Juſtinus* 3. 4. & 5. confudit duplex illud bellum & obſidionem illam decennalem, quæ poſteriori convenit, priori tribuit. Primum tenuit annos 20. ad 3971. P. 1. ad

391.

Petav. Ration, l. 2. 8.

4032. 3302. 682.

24. 3. 72.

27. 2. 83.

3. 84.

4044. 3314. 670.

3091. Tum poſt annos 38. ſecun- Olymp. U. C.
dum à Meſſeniis ſuſceptum eſt,
quod annis 14. geſtum eſt. Ur-
bes per hæc tempora conditæ
præcipuæ ſunt iſtæ: Olymp. 17.
initio Aſtalus condita eſt, ſic-
ut Memnon tradit apud *Photi-* 17. 1. 41.
um N. 224. *In Olymp.* 28. *initia*
Cratonem, Parium, Sybarin condi-
tas refert *Euſeb. Seq. Ol. anno ſecun-* 18. 1. 46.
do Parthenii ex promiſcuo Lacæ-
narum ſtupro nati, cum ad 30. an-
nos perveniſſent, Phalanto Araci 4011. 3281. 703.
filio Duce, qui autor proſtituen- 19. 2. 51.
darum fœminarum fuerat, novas
ſedes quærendas profecti Taren-
tum in Italia occupant. *Juſtin.* 3. 4. 22. 62.
Circa idem tempus Corinthi Cor-
cyram condiderunt, teſte *Euſeb.* 4012. 3282. 692
Olymp. 22. in Sicilia Gela, in Pam-
philia Phaſelis conditæ. Seq. Ol. *Euſeb. Chron.*
anno ultimo Chalcedon Megaren-
ſium Colonia conditur. Inſeq. Ol. 23. 4. 69.
anno ſecundo Cyzicus in Aſia,
Locri in Italia conditæ. De Meſ- 24. 2. 71.
ſana ſupra diximus. Olymp. 31. 31. 98.

Olymp. U.C. vam, Belli Meſſeniaci tempore floruiſſe, *Pauſanias* autor eſt. Olymp. nonæ anno quarto conditæ ſunt
9. 4. 13. in Sicilia Syracuſæ ab Archia Heraclida, qui illuc profectus Corintho, minora oppidula contraxit, urbemque effecit, quæ poſtmodum avita ſub Trione & Gelone maxima urbium in Europa fuit. Conditæ ſunt Syracuſæ anno tertio poſtquam Nachus in Sicula condita erat. *Euſeb.* adde *Thucyd. ſexto, Strabon. ſexto, Stephanum voce* Σύραξ *Scholio Pindari* Iſthmiis ſecundo Olymp. 10. anno quarto Catina à Syracuſanis conditur,
10. 4. 17. ſicut ex iisdem autoribus notari poteſt. Non omittenda eſt mentio Aeræ Nabonaſſari, quæ apud *Ptolomæum* præſertim & in *Tabb. Aſtronomorum* celeberrima eſt. Quis fuerit ille Nabonaſſarus, diſſentiunt docti. Quidam Salmanaſſarem, alii Satrapam ejus fuiſſe contendunt. *Petav.* exiſtimat eſſe
2. Reg. 20. 12. Baladanem Merodachi Patrem aut

Illu-

Ilulæum, qui in Laterculo Regum Olymp. U.C.
Babylonicorum itidem ponitur. Vid. quæ diſputat 9. *D. T.* 51. & 52. Refert autem initium Aeræ in 3967.
annum Periodi I. in margine notatum. Olymp. 8væ anno 2. U.C. *Petav. ration. tempor.*
7. Aeram autem Mardokempadi 2. 1. 3.
Babyloniorum Regis, quem eundem cum Merodach putat, annis 8. 2. 7.
26. poſteriorē facit. Cæterum Regum Babyloniorum, qui Phuli ſucceſſerunt, memoria in alta nocte jacet, ut ſolet iſtis gentibus fere accidere, quæ imperio exciderunt. Cæterum quoniam ſupra noluimus annos Romuli interrumpere, reſtant adhuc ex ſacra Hiſtoria; quæ in hoc temporis ſpatium, quod 14. 4. 33.
jam decurrimus, ordinari debet. 9. 4. 13.
Poſt Joatham regnavit in Juda 14tus Rex Achaz annis 16. impiiſſimus Rex & Iſraëlis potius quam Judæ Regum exempla æmulatus. Apud Iſraëlitas ſucceſſit Oſee 19nus Rex annis 18. ſed interruptis regnavit. (vid. *Petav.* 9. *D. T.* 55.)

Olymp. U.C. 55.) Achazum bello petierunt duo Reges Raſin Syriæ & Phacee Iſraë-
10. 3. 16. litarum Rex. Igitur vocato in auxilium Teglath Phalaſare Aſſyriorum Rege, cujus ope Raſin vicit, ſicut Hiſtoria amplius peti poteſt ex 4. Reg. 16. *Joſeph.* 9. 12. & 13. Mortuo Achazo ſucceſſit filius Ezechias 15 tus Judæ Rex, qui annis 29. egregiè regnavit. De cujus rebus infra dicetur amplius
13. 2. 27. 4. Reg. 18. *Joſeph.* 9. 13. Contra Oſee Iſraëlitarum Regem anno regni ejus 7mo. (ſi à ſecundo initio numeretur, id eſt ab anno Achazi 4to. 4. Reg. 15. v. 30.) Salmanaſſar arma movit, Samariamque
14. 4. 33. que obſidere cœpit, Iſraëlitaſque in ſervitutem abduxit, anno Imo. Mardokempadi Babyloniæ Regis cujus hanc æram ſupra deſignavimus. Abductus eſt inter captivos etiam Tobias (Tob. 1.) de quo & filio ejus vid. *Petav.* notata D. T. 10. 4. Qui nativitatem Senioris Tobiæ confert in annum Olymp.

7mæ

7mæ quartum. Atque ita regnum *Olymp.* U. C.
Iſraëliticum defecit ob peccata,
cum ſtetiſſet annis circiter 240.
Adde Hiſtoriæ Sacræ (4 Reg.17.)
Joſephum 9. 14. ubi præſertim memorabile
eſt, quod de Chutæis annotat
ſive Samaritis, cui conferri
meretur *Sulpitius*, ubi *Sigonii* Notæ
videndæ. Ezechias Rex Judæ, ad
quem redimus, præerat jam anno 4. Reg. 18. 8.
14. religionemque egregiè reſtauraverat,
victoriis etiam celebris.
Nam Allophylis victis, etiam Aſſy- 16. 3. 40.
riorum jugum excuſſerat, donec *Vid. Petav.* D.T. 9. 56.
Sanacherib in Judæam ingruens
omniaque vaſtans Theſauros templi
& Regiæ ab Ezechia minis extorſit.
Mox ad bellum Ægyptium
converſus (de quo Herod. 2.) cum
Rapſacem Ducem alioſq; ad Hieſolyma
obſidenda reliquiſſet, utrobique
ob inſolentiam divinitus
multatur. Nam & in Ægypto
res contra ſententiam & ſpem ejus
decidit & in caſtris Rapſacis ab
Angelo una nocte 185. millia ex-

Olymp. U. C. tincta ſunt. Beroſus apud Joſe-
Vid Salian. phum de peſte interpretatur.
16. 4. 41. Eod. anno ægrotat Ezechias, di-
vinitusque ſanatur, in ſeq. anno
4. Reg. 20. Merodach Rex Babyloniorum,
Joſeph. 10, 3. quem *Joſeph.* cum *Beroſo* Baladan
vocat, legatos ad Ezechiam mit-
tit, quos cum Rex comiter exce-
piſſet, offendit DEUM, qui mox
per Prophetam Eſaiam Captivita-
tem Babylonicam prædixit. De-
nique anno potentiæ 29. mori-
20. 3. 56. tur Ezechias; cui ſuccedit filius
20. 3. 56. Manaſſes 16tus Rex Judæ, 12. an-
nos natus, longiſſimo poſtea re-
gno 55. ſcil. annorum perfunctus,
quorum digeſtio accurata vix iniri
poteſt. Fuit ab initio regni im-
pius, omnique genere flagitiorum
& præſertim idololatria ſe regnum-
que fœdavit. Eſaiæ etiam Prophe-
tæ interfector, quem ſerrâ diſſe-
cuiſſe traditur. Itaque traditus à
Deo in manum Babyloniæ Regis
Hieronym. Merodach (nam hic denato As-
ſaraddone, qui Sennacheribo
ſuc-

ſucceſſerat, omne Aſſyriorum Im- *Olymp.* U.C.
périum Babyloniis adjunxit (ſicut *Euſeb. Chron.*
ex Megaſthene conſtat) à quo captivus in Babyloniam abducitur, anno regni 7. circiter. Poſtea re- 22. 3. 64.
ſtitutus regno ſuo pœnitentiam egit, pietateque priora flagitia emendavit. 2. Paralip. 13. *Joſeph.* 10. 4. Circa hæc tempora Tobiæ 23. 2. 67.
Hiſtoria continuatur, & cæcitas quidem ejus in annum Manaſſis quintum refertur à *Petav.* 10. *D.T.* Reſtitutio autem viſus in an. 9. ſicut ex libro Tobiæ cognoſci amplius poteſt. Quem *Salianus* ferme totum in *Annalibus* explicavit. Dum Manaſſes in captivitate eſt, Holofernes Nabuchodonoſoris Aſſyrii Dux in Judæam miſſus à Juditha occiditur, ita ordinante Hiſtoriam Petavio, ut annum liberationis mors iſta præcedat. Hiſtoria libro Judith comprehenditur. Poſt Manaſſen regnavit filius ejus Ammon 17tus Rex Judæ, qui 34. 2. 111.
impietate ſua dies regni breviavit anno

Olymp. U.C. anno imperii altero ſuorum ſcelere interfectus 4. Reg. 21. *Sulpit.*
Joſeph. 10. 4. *Sev.* 1. Huic ſucceſſit Joſias 18. re-
34. 4. 113. ligioſiſſimus Princeps, qui 31. an-
42. 2. 143. nis bene imperavit. Ad extremum à Nechao Ægypti Rege cæſus eſt. 4. Reg. 22. & 23. *Joſephus* 10. 5. 6. Succeſſit Joachaz filius 19. Rex Judæ, ſed hunc poſt tres regni menſes Nechao Ægypti Rex abduxit in ſervitutem, regnumque
43. 2. 147. fratri ejus ſeniori dedit, eumque pro Eliakim Joacimum vocavit. Hic annis 11. præfuit, & propter impietatem ſervituti mancipatus eſt à Nabuchodonoſore, qui anno imperii ſui primo, Joacimi quarto, Hieroſolyma cepit, captivosque aliquot & inter eos Danielem abduxit, Joacimum autem Regem tributarium fecit, & hinc 70. annorum, unde numeratur Captivi-
Jerem. 25. 11. tas Babylonica. Initium duci oportere ſtatuit & diſputat *Petav.* 9. *D. T.* 60. *&* 61. Alii malunt à caſu Sedeciæ Regis ultimi Judæorum

& con-

& conflagratione urbis templique *Olym.* U.C.
initium captivitatis ducere. Eſt
hæc tertia & quarta ſententia, de
quibus vid. diſputantem *Salian.*
tom. I. 4. ad annum mundi 3429.
Nos eam rem in medio nunc re-
linquentes uſque ad hunc termi-
num ſubtexemus, quæ ex profana
hiſtoria adhuc reſtant. Itaque in
annum expeditionis Senacherib in
Judæam, incidit primus ſecundi
Romanorum Regis Numæ annus. 16. 3. 40.
Qui conſtitutam à Romulo Rem-
publ. & bellandi aſſiduitate firma-
tam Religionibus & ſacris inſtitu-
tis temperare conatus eſt. Sicut
Halicarnaſ. 2. *Liv.* 1. *Plutarch. in*
Numa, cæterique à *Camerte ad Flo-*
rum l. I. 2. *notati* autores fuſius ex-
poſuêre, præfuit 43. annis. Hunc
excepit Tullus Hoſtilius tertius 27. 3. 84.
Romanorum Rex, annis 32. qui
bellandi & arte & ſucceſſibus ſe-
que regnumque nobilitavit. Ge- *Liv.* I.
ſta ejus ex *Liv.* & *Halicarn.* pe- *Halic.* 3.
tenda ſunt, cæteris adjectis, quos
Ca-

Olymp. U. C. *Camers ad Florum* notavit. In-
Flor. 1. 3. de quartus Ancus Martius an-
nis 24. quem ſequitur 5tus Priſcus
Tarquinius qui 38. annis bello &
41. 3. 140. pace illuſtris præfuit *Liv. & Dio-
nyſio* libris ſupra nominatis, ad-
dendi ſunt quos, *Camers ad Flor.* 1. 5.
notavit. Hæc verò magis, qui il-
lis Regum temporibus cum finiti-
mis luctantes, potentiæ amplioris
fundamenta ponebant. Ad ini-
tium Numæ *Petav.* etiam refert
Lydorum Regem 5tũ & Mnerma-
darũ primum Gygem, de quo *He-
rod. l.* 1. de cujus Origine videndus
Plato 10. *de Republ.* & *Cic.* 1. *Offic.*
Lydorum Rex Sextus Ardys, qui
annis 49. imperavit in tempora
26. 1. 78. Manaſſis congruunt. Hunc exce-
38. 2. 127. pit Rex 7. Salialthes, qui annis 12.
præfuit, qui Mileſiis bellum intulit,
quod ex *Herodoto* peti poteſt *l.* 1.
Sequitur Octavus Alyattes, qui 57.
annos imperium tenuit. Extremo
41. 2. 139. Ezechiæ Regis tempore Nabucho-
donoſor Aſſyriæ Rex regnare cœ-
pit,

pit, de quo eſt Judith.1. qui poſtea *Olymp.* U.C.
Dejocem ſive Arphaxadem Medorum Regem vicit, ſucceſſuque ferocior factus, Legatos ad ſubjugandã Syriam miſit, inter quos Holofernes à Judith occiſus. Quanquam revera *Petav.* (qui de Hiſtoria Judith diſputat) curioſius videtur agere in ordinandis his geſtis 12. D. T. 26.
ad tuendam hypotheſin de autoritate libri Judith, quæ non immeritò tanta non habetur, quantam nonnulli judicant. Apud Babylonios Nabopallaſarus, Nabuchodonoſoris, qui captivos abduxit 38. 4. 129.
Judæos, Pater, tempore Joſuæ Regis regnare cœpit, de cujus æra diſputat *Petav.* 9. 58. Add. *Calviſ. Iſagog.* 20. Anno imperii ſui 19. circiter filium ſuum Nabuchodonoſorem in Syriacam expeditionem mittit, vid *Petav.* 9. 60. Poſtea 43. 1. 146.
mortuo ſuccedit Nabuchodonoſor. Initiis Manaſſis congruit 6tus Medorum Rex Dejoces, qui 21. 1. 58.
annos 40. imperavit. Hunc exce-

pit

Olymp. U.C. pit 7mus Phraortes annis 22. ſic-
Diodor. l. uti iidem Autores annotant. Huic
Euſeb.Chron. ſucceſſit 8vus Rex Cyaxares annis
40. imperio potitus. *Diodoro* adde
Herod. l. 1. Hic ulturus parentis
necem Aſſyriis bellum intulit, Ni-
nivenque obſedit, ſed à Scythis
ſub Duce Madye in Mediam ir-
rumpentibus oppreſſus Aſiam Scy-
thicæ Dominationi patefecit, quæ
28. annos obtinuit. Vid. *diſputa-*
43.3. 148. *ta Petav.* 10. 2. Denique Scythas
Petav.ra- convivio exceptos, vinoque obru-
tion, l. 2. 9. tos internecione delevit. Atque
ita recuperato ſuo Imperio Aſſy-
riam univerſam excepta Babylo-
nia devicit. Paulo poſt exigua
Scytharum manus ſuis finibus pul-
ſa, ad Cyaxarem confugit, ubi
cum benigne habiti ad extremum
offendiſſent, ad Alyatten Lydiæ
Regem confugerunt, à quo repo-
ſcit mox Cyaxares transfugas; ne-
Vide de ſerie ganti Lydo bellum infert, quod
hujus hiſtoriæ 6. annis duravit. Sed hæc ad ſeq.
ordinanda tempora egrediuntur. Apud Co-
rin-

rinthios Cypſelus tyrannidem invaſit annis 30. cum hactenus Bacchiadæ præfuiſſent. *Pauſan. in Æliac. Herodot.* 5. Poſtea Periander tyrannidem tenet annis 44. In Ægypto temporibus Manaſſis cœpit imperare Pſammitichus, qui 55. ann. præfuit. *Herodot.* 2. Vid. rurſum diſputata *Petav.* 10. 17. Huic ſucceſſit Necos ſive Nechao, qui annis 16. imperavit, eod. *Herodot.* teſte. In Macedonum regno tempore Ezechiæ 4tus Rex Perdiccas annos 48. tenuit, teſte *Dexippo* ap. *Euſeb.* Secutus hunc Quintus Rex Argeus ann. 38. Excepit hunc 6tus Philippus ann. 35. Archontes Athenis in hæc tempora referuntur: apud Euſeb. 6tus decennalis Apſander, 7mus & ultimus Eryxias, poſt quem deinceps annui facti ſunt, quorum primus Creon, *Vellej.* 1. 8. Græcorum bella reſuſcitavit apud Meſſenios Ariſtomenes. Hic enim Olymp. 23. an. 4. Archonte Athenis Theſia ab expu-

Olymp. U.C. *Petav.* 10. 2. Ration. 1. 1. 13. 30. 3. 96. 27. 2. 83. *Ariſtot.* 5. *Polit.* 12.

41. 1. 158.

17. 3. 44. *Petav. ration.* 2. 2, 14.

4029. 3299. 686.

Olymp. U. C. gnatione Ithomes 39. Meſſeniis autor fuit, ut à Lacedæmoniis deficerent. Hujus ductu victi Lacedæmonii ex reſponſo Oraculi Athenis Ducem ſibi petunt. Cumque Tyrtæum Poëtam claudum (*Petav. Ration, l. 2. 8.*) acceperint, fuſi iterum aliquoties ſunt, quibus Tyrtæus tamen ſola-

4032.3302.682. tiis & verſibus inſtaurat animos, donec anno 3. hujus belli jam affecto Meſſenios vincerent Lacedæmonii; Victis Ira mons ſubſidio fuit, ibique XI. annis reſtiterunt

24. 3. 72. Lacedæmoniis obſidentibus. Tandem expugnatus Ira, & Meſſenii exciſa patria in Siciliam navigant,

27. 2. 83. ibique Zanclem incolunt, quam

3. 84. Meſſanam appellant; pleraque hujus belli ex *Pauſ. Preſſen.* petenda ſunt, quem tamen in *Chronol.*

4044.3314.670 poſtremi anni corrigit *Petav.* Nam *Juſtinus* 3. 4. & 5. confudit duplex illud bellum & obſidionem illam decennalem, quæ poſteriori convenit, priori tribuit. Primum tenuit annos 20. ad 3971. P. 1. ad

3991. Tum poſt annos 38. ſecun- *Olymp.* U. C.
dum à Meſſeniis ſuſceptum eſt,
quod annis 14. geſtum eſt. Ur-
bes per hæc tempora conditæ
præcipuæ ſunt iſtæ: Olymp. 17.
initio Aſtalus condita eſt, ſic-
ut Memnon tradit apud *Photi-* 17. 1. 41.
um N. 224. *In Olymp.* 28. *initia*
Cratonem, Parium, Sybarin condi-
tas refert *Euſeb. Seq. Ol. anno ſecun-* 18. 1. 46.
do Parthenii ex promiſcuo Lacæ-
narum ſtupro nati, cum ad 30. an-
nos perveniſſent, Phalanto Araci 4011.3281.703.
filio Duce, qui autor proſtituen- 19. 2. 51.
darum fœminarum fuerat, novas
ſedes quærendas profecti Taren-
tum in Italia occupant. *Juſtin.* 3. 4. 22. 62.
Circa idem tempus Corinthi Cor-
cyram condiderunt, teſte *Euſeb.* 4012.3292.698
Olymp. 22. in Sicilia Gela, in Pam-
philia Phaſelis conditæ. Seq. Ol. *Euſeb. Chron.*
anno ultimo Chalcedon Megaren-
ſium Colonia conditur. Inſeq. Ol. 23. 4. 69.
anno ſecundo Cyzicus in Aſia,
Locri in Italia conditæ. De Meſ- 24. 2. 71.
ſana ſupra diximus. Olymp. 31. 31. 98.

Olymp. U. C. initio Acanthus, Stagyra, & Iſtrus in Ponto conditæ, Abdera, Lampſacus & Clazemene translatæ
33. 1. 106. ſunt. Olymp. 33. initio Selinus in Sicilia à Megarenſib. condita. Se-
34. 1. 100. quentis initio Boryſthenes in Ponto conditur. Olymp. 37. anno 3. Battus Cyrenem condidit. Inſeq.
73. 3. anno Synope in Ponto conditur, quod ex *Thucyd.* 1. *habemus.* Cæ-
40. 3. 136. tera quæ præceſſere, ex *Euſeb.* petantur. Viri illuſtres, qui per hæc
Vid. Vellej. 1. 5. tempora floruerunt, leguntur Archilochus Poëta, quem Olymp.
20. 1. 54. 20. initio tribuit *Clem. Alex.* 1. *Strom.* Seq. Olymp. initio Glaucus Chius
21. 1. 58. primus ferrum glutinavit. Olymp. 23. anno 1. Hipponax Poëta clarus habetur *Euſebio. Olymp.* 35.
32. 1. 66. initio natus eſt Thales Mileſius Hexamii filius, ſicut conſtat ex
34. 1. 114. *Laërt.* & *Cyrillo adverſus Julian.* Inſeq. anno Solon naſcitur, qui 80. annis vixit autore *Diogene.*
39. 2. 131. Olymp. 39. anno ſecundo Draco Athenienſibus Leges ſcribit. *Cle-*

mens

mens 1. *Strom. Tatian. Euſebius.* O- *Olymp. U.C.*
lymp. 42. initio Steſichorus Poëta clarus habetur, qui natus erat Olymp. 37. quo tempore etiam Pittacus Mitylenæus floruit, qui cum 42. 1. 142.
Phrynone Athen. Duce duello congreſſus retinaculo implicatum *Laërt. in vit. ejuſdem.*
occidit. Olymp. ejusdem anno 31. Anaximander natus eſt, & Alcman Poëta floret. *Vellej.* 1. 18. 42. 3. 144.
Sed & Biantem Priennenſem ſub 43. 1. 146.
Alyatte floruiſſe (circa Olymp. 43.) *Laërtius* autor eſt. In recen- 41. 4. 141.
ſendis ſucceſſionibus Imperiorum ſupra omiſimus Ithobalum ſecundum Tyrii Regem ſc. ex poſterioribus, cui annos 18. tribuunt. Vid. *Petav. Doctr. Temp.* 9. 63. Tempus ejus incidit in Tarquinii Priſci Romani Regis tempora. Quo tem- 4101. 3371. 613.
pore etiam Panætius Leontinorum Tyrannidem invaſit, teſte *Euſebio.*

JUDICIUM

De

Hac Ætate Mundi Quarta, quæ erat à Regno Davidis uſque ad Captivitatem Babylonicam.

HÆc Ætas Regia appellari poteſt, quantum ad Judæos: apud hos enim abſoluta eſt tota periodus Regni, cum omnibus vicibus fatiſque. Davidi & Salomoni convenit laus omnium Regiarum artium, quibus Regna conduntur & firmantur, ſive ſpectemus virtutes regias, ſive conſilia regni, ſive diſciplinam aulæ, ſive formulam adminiſtrationis, ſeu ornamenta Status & temporum. Hinc ſciſſo in partes regno, regia præſtantia penes Judæorum Reges manſit. Iſraëlitarum autem Reges omnibus flagitiis dominationis & factis tyrannicis ſeque regnumque perditum ivere. Utrobique fre-

que-

quentes à Deo calamitates immiſſæ, inculcatæ prædictiones, monuêre Principes populumque de imminentibus fatis, niſi fulcirentur imperantium parentiumque pietate & pœnitentia. Sed quo propior interitus, eò magis ſurdæ ad monita divina aures. Igitur poſt multas concuſſiones, quibus DEUS præludere magnis converſionibus & everſionibus ſolet, adempto imperio ſervitus impoſita eſt. Vitia, quæ præcipitaverunt in exitia ſua populum, ſunt præſertim idololatria, impietas, faſtus & arrogantia, contemptus Prophetarum, ſecuritas & quæ hæc comitantur. In Iſraëlitici regni ſeorſum ſic dicti everſione luculento exemplo patuit, malè parta imperia plerumque nec melius geri, & poſt impletum malarum artium orbem præcipitari. Inſtrumentũ boni imperii præcipuum per hæc tempora fuerunt Prophetæ, formulam regni ex divinâ lege & revelationibus

ſubindè inſtaurantes. His oppoſuit Diabolus iniquiſſimos homines Pſeudoprophetas & falſos doctores, qui ore vultuque ad exprimendum pietatis habitum exerciti fœdiſſima mentis vitia occultabant. Hi aures Principum venenabant adulationum ſtimulis, blandimentisque, ut ſub pietatis religionisque prætextu nihil non adverſus DEUM & divinas leges auderent. Ipſa poſtea religionis conditio (licet oggannientibus & obturbantibus Pſeudo-Prophetis) magis magisque cœpit inclareſcere, quod vel ex ſola Eſaiæ Prophetia conſtare poteſt. In externa hiſtoria notabilis eſt caſus magni illius imperii Aſſyriorum, quod ſicut ſtrenuis laboribus & virtute militari in id faſtigium aſcenderat, unde omnibus regnis poſſit præminere; ita ſegnitie & ignavia imperantium paulatim labaſcere, denique à minus bonis ad meliores, ab Aſſyriis ad Medos transferri cœpit. Scili-

cet

cet hic eſt perpetuus orbis rerum humanarum, dum quæritur potentia, labores, vigilia, virtus valet; at vero partis jam opibus pro labore deſidiam, pro virtute licentiam ſequuntur, atque ita fortuna cum moribus mutatur. Subeſt & alia ſecretior hujus fragilitatis cauſa, quippe dum incrementa quæruntur, multa ſæpè iniquitate per fas & nefas res geritur, neque usquam abſunt conſilia pravæ calliditatis & ambitioſæ avaræq; dominationis. Hæc ſunt ſemina infirmitatis, quæ coaleſcentis ſeu augeſcentis imperii compagibus immiſta, interitus cauſas ipſis conjungunt initiis. Interim divina providentia alibi novo & in majus faſtigium olim ſurrecturo imperio viros quærit, & cauſas ſtruit. Itaque exciſæ *Trojæ* cineres, ut ita loquar, in *Italià* recaleſcunt, mirabilique fato ex *Æneidis Romulus* naſcitur, urbi daturus originem, quæ caput orbis deſtinaretur. Li-

cet mirari ex quam tenui initio ſurgant ea, quæ ad ſummum debent aſcendere. Nec tenue modo initium Romanarum rerum fuit, ſed & pudendum, neque paucis ſordibus inquinatum. Ut color & ſpecies accederet, non deliciis & otio, ſed periculis & adverſis effectum eſt; ut ſurgeret *Roma*, premi debuit; ne preſſa opprimeretur, divina benignitas & imperantium virtus præſtitere. Quis enim non miretur ingenia Romanorum Regum, in quorum tempora & imperia omnis regiæ artis ſive ſubtilitas ſive gravitas competit. Non debuit autem ſola naſci, quæ tot urbium gentiumque domina futura erat, *Roma*. Hinc antecedere eam & comitari & ſequi magnum toto paſſim orbe civitatum numerum videmus. Hinc ut propius accederent imperio paulatim profecturo *Meſſenii* domeſticis bellis attriti *Meſſenam* condunt, ibique veluti præſtolantur *Romanas* opes. Sed
&

& illud ipſum bellum *Meſſeniacum* monet nos, qualia fuerint pleraque illorum temporum bella, nata ex ambitu & æmulatione, geſta non ſine furore & pertinacia, finita excidiis & jactura libertatis. Licet autem in hac IV. mundi ætate etiam agnoſcere incrementa & augmenta liberalium artium, tum apud Judæos, ubi Prophetæ ſatis efficaces diſciplinarum utilium autores & magiſtri fuerunt; tum apud Tyrios, quorum ſapientia licet illuſtribus monumentis ad poſteros non ſit propagata, tamen multis magnisque argumentis colligi poteſt; denique apud Græcos, ubi Poëtarum ingenia primum ſeſe audacius ſuſtollere, multiplicisque doctrinæ ſpecimina carminum metris colligare cœperunt. Artes quin etiam architectonicæ in tam occupato cudendis novis ſedibus orbe plurimum præfulſerunt. Navigandi quoque peritia ad ſummam uſus commerciique humani am-

amplitudinem ducibus præſertim *Tyriis* invaluit. Hæc præcipua ſunt quibus publica & ſummaria deſtinari conſideratio debet, quibus ſi quis veluti ornamenti loco velit adjicere olympiorum ludicra, is non malo inſtituto ad excitandam animi corporisque virtutem ea ab initio pertinuiſſe; ſed in poſterum imitantium ſiniſteritate admodum degeneraſſe, denique exercitationem virtutis in flagitiorum licentiam demutaſſe, deprehendet. Sed iſta in ſequentia tempora excurrunt.

SEQUI-

353

S E Q U I T U R | P. I. A.M. A.C.

ÆTAS MUNDI QUINTA | Olymp. U.C.

A CAPTIVITATE BABYLON. uſq; ad Nativitatem CHRISTI ſecundum æram communem.

Continet annos DCVII. Si à primo Nabuchodonoſoris anno initium captivitatis numeremus; ſc. ab anno Period. Jul. 4107. Mundi 3377. uſq; ad annum Period. Jul. 4714. M. 3984. ſed de termino hujus ætatis, i. e. de anno natali Chriſti infra ſuo loco videbimus.

JOakimus Rex Judæ, cum ſer- 4111. 3381. 603.
viiſſet Nabuchodonoſori tribus 44. 2. 151.
annis, defecit, itaque poſt qua- 45. 2. 155.
driennium Nabuchodonoſor eum
ſuſtulit, ejusque loco Joachin fi- 4115. 3385. 599.
lium ejus ſubſtituit, qui non amplius menſibus tribus regnavit. Nam vertente anno XI. Joakimi Nabuchodonoſor iterum obſeſſam Hie-

P.I.A.M. A.C. *Olymp.* U.C. Hieroſolymam deditione cepit, regemque Joachim Babylonem perduxit. Hæc ſecunda deportatio Judæorum fuit à Nabuchodonoſore facta; qua Ezechiël Mardahæus, & Joſedek ſummus Sacerdos abducti ſunt. Regem autem conſtituit in Juda Nabuchodonoſor. Matthaniam Joachimi patruum, quem mutato nomine Sedeciam dixit, ut hinc numerandus ſit primus Sedeciæ ultimi Regis Judæ annus, qui in univerſum undecim annis regnaſſe memoratur (4. Reg. 24. Adde 2. Paralip. 36. 9. *Joſeph.* 10. *cap.* 7. 8. 9. 10.) Atque hoc ipſo anno Jeremias ſcribit ad eos, qui in captivitate Babylonica detinebantur. Jerem. 29. Cætera ſuis annis tam apud Jeremiam, quam apud Ezechielem conſignata ſunt. Uterque autem prædicebant, tum cætera, tum Babylonis quoque interitum. Sed Jeremiæ quidem apud impium regem Sedeciam Pſeudoprophetæ obſtre-

ſtrepebant, interque eos Hanna- P.I. A M. A.C.
nus, qui falſo prædixit liberatio- *Olymp.* U.C.
nem captivorum, eodem anno, 4119. 3385. 595.
quô Ezechiel prophetare cœpit,
nempe deportationis Jechoniæ 46. 2. 159.
quinto, ab æra Nabopallaſari tri-
ceſimo. Cæterum cum Sedecias
ſaniora conſilia Jeremiæ pergeret
contemnere, atque in omne ma-
lum à pravis conſultoribus, ac
Pſeudoprophetis præceps agere-
tur, exitium ſibi paulatim cœpit
accerſere. Quippe defecit à Na- 4123. 3393. 591.
buchodonoſore, & Ægyptiorum 4124. 3394. 590.
(hi tum ordinarii Babyloniorum 4126 3305. 599.
hoſtes erant) ope libertatem ſe
tueri poſſe ſperavit. At obſeſſa mox
à Nabuchodonoſore Hieroſolyma
Rex Ægyptius Vaphree in ſubſi- 46. 2. 163.
dium accurrens, uno prælio pro- 47. 3. 164.
fligatur, ita ad obſidionem redi-
tum eſt. Inſequentis anni menſe
quarto, die nono expugnata
Urbe, templum incenſum, Sede-
cias ad regem in Reblatha degen-
tem perductus, in conſpectu ſuo
libe-

P.I. A.M. A.C. liberos vidit occidi, poſtea ipſe ex-
Olymp. U. C. cæcatus, & cum multis aliis Baby-
lonem abductus (4. Reg. 25. Je-
rem. 38. & 39. *Joſeph.* 10. *c.* 10. *&* 11.
Petav. 10. *d. t.* 6.) Ipſe Propheta
Jeremias, qui omnia fruſtra præ-
dixerat, ob eamque rem malè ha-
bitus erat, juſſu Nabuchodono-
ſoris perhumaniter tractatur, Go-
doliæ commendatur, quem ad
continendas in officio Judæorum
reliquias Rex reliquerat. Godo-
lia poſtmodum ab Iſmaële occiſo,
48. I. 166. Judæi, ne quicquam diſſuadente
4126. 3396. 588. Jeremia, in Ægyptum fugientes,
Jeremiam & Baruch illuc ſecum
abduxerunt, ubi dum ruenti in
idololatricos cultus populo reſi-
ſtit, graves in ſe concitavit iras
& contentiones, 4. Reg. 25. Jerem.
42. & 44. *Joſeph. l.* 10. *c.* 11. Quæ
in hæc tempora excurrunt, de
Scytharum Nomadum rebus ſu-
pra præcepimus, niſi quod finis
45. 4. 157. belli cum Lydis à Cyaxare geſti
ſupereſt, quippe ſexto belli anno
ecli-

eclipſis à Thalete prædicta, adeò terribilis fuit, utrique parti bellantium, ut mox pacem armis præferrent. Sicut *Herodot. l.* 1. memorat (*Adde Petav.* 10. 1.) Inprimis autem hic abſolvenda ſunt, quæ ad Nabuchodonoſorem ſpectant, qui præterea, quæ adverſus Judæos geſſit, Tyrum obſedit annis 13. (*Joſeph.* 1. *contra Appion. v. Petav. d. t.* 9. 83.) Durante obſidione Hieroſolymæ, Ezechiel adverſus Tyrios Hieroſolymorum calamitate gaudentes multa prædicit *c.* 26. *& ſeqq.* Denique captæ urbi quid factum ſit, non annotatum reperitur. *Petav.* (*l.* 9. *c.* 63.) diſputat è conjecturis, deditione captam urbem, tributo impoſito ſuis Regibus permiſſam eſſe, quâ de re videri etiam poteſt *Salian. tr.* 4. *anno M.* 3447. *p.* 381. Durante obſidione Tyri, Nabuchodonoſor anno quinto poſt excidium Hieroſolymitanum Cœleſyriam ſubegit, itemque Ammonitas & Moabitas,

P.I. A.M. A.C. *Olymp.* U.C. 4117. 3387. 597.
4122. 3392. 592.
4125. 3395. 595.
4136. 3406. 578.
49. 1. 170.

P. I. A. M. A.C. (*Joſeph.* 10. 11.) Tyro capta, regni
Olymp. U.C. ſui anno 30. vel ineunte 31. Ægy-
4130.3400.584 ptum occupavit, atque hinc no-
50. 4. 137. vum Nabuchodonoſoris initium
4137.3407 577. conſurgere diſputat *Petav.* 10.7. à
4138, 3408. 576. quo nimirum Daniel annos ejus
51. 2. 178. computet. Mox pacata, lateque
perdomito imperio, Nabucho-
donoſor Babylone ſomnium illud
ſomniavit, quo 4. imperiorum
Status præfigurabantur, cujus in-
terpres Daniel extitit. Is enim in-
ter captivos abductus, Regisque
juſſu cum aliis eruditus & educa-
tus erat, (quâ de re *Joſeph. prolixè*
10. 11. & ipſe *Dan.* c. 1.) minusque
adultus ſpiritu prophetico agita-
batur. Quoniam hactenus aliquo-
ties in Tyriorum & Ægyptiorum
4129.3399.585. mentionem incurrimus, ſubtexen-
48, 4. 169. da eſt eorum quoque Regum ſuc-
ceſſio. Ecnibalo enim Tyriorum
Regi, qui durante obſidione duo-
bus menſibus præfuit, ſucceſſit
4130.3400,584. Chelbes, qui nec ipſe ultra men-
49. 1. 170. ſes VIII. producto imperio, ſuc-
ceſſo-

ceſſorem habuit Abgarum, cui P.I.A.M.A.C.
poſt tres menſes ſucceſſit Mytto- *Olymp.* U.C.
nus & Geraſtratus, quibus ſex an-
nos tribuit *Joſeph.* (1. *contra Ap-*
pion.) Sequitur Balatorus anno
uno. Hinc Merbalus annis 4. 4136.3406.578.
Hunc excepit Iromus poſterior, 50. 3. 176.
qui regnavit annos 20. In Ægy- 4137.3407.577.
pto occurrit Pſammis; qui annis 50. 4. 177.
6. præfuit (*Herodot.* 2.) Aphyeſo 4141.3411.573.
annis 25. qui Unaphree dicitur Je- 51. 4. 181.
remiæ, c. 44.30. Hinc poſteà A- 4114.3384.600.
maſis à Nabuchodonoſore Ægy- 43. 1. 154.
pto præfectus Aphyeem in ordi- 4120.3390.594.
nem redegit, adminiſtratoque ſub 4138. 46. 3. 160.
Regis nomine aliquot annis impe- 4145.3415.569.
rio, ipſe Regium ſolium invaſit, 51. 1. 178. 52. 4. 185.
quam hiſtoriam ratione temporis
valde obſcuram, quomodo *Petav.* 4114.3384.600.
ordinet, vid. 10. *d. t.* 17. In Græcia
Cylon Athenienſis monitu oracu-
culi arcem & cum eâ tyrannidem
occupat, ſed obſeſſus à civibus fu-
git ipſe cum fratre relictis ſuis,
qui ſupplices apud Eumenidum
aram interfecti ſunt, id placulum

E 2 Cylo-

P. I. Olym. A. M. U. C. A. C. Cylonium dictum, cujus expiandi cauſa poſtmodum Epimenides Athenas luſtrat; Sicuti ex *Thucyd.* & *Diog. Laërt.* habemus. Poſt quæ Solon Athenis Præturam annuam gerens, legibus latis Remp. ordinat, ſicut ex *Diog. Laërt.* conſtat. Diogeni Soloni adde *Plutarchi Solonem*, itemque *Herod.* 1. & 2. &

4119. 3389. 595. 46. 2. 159. *Juſtin.* 27. Apud Macedonios 7. Rex Acropius, qui & Europus, præfuit annis 43. autore Dexippo

4129. 3399. 585. 48. 4. 69. apud *Euſeb.* Apud Corinthios Periander Tyrannus moritur anno uno ante Olymp. 49. 4to verò ante Crœſi captivitatem, ſicut ex *Diog. Laërt.* putat *Petavius.* Olymp. 53. anno 2. Phalaris Agri-

4147. 3417. 567. gentinorum tyrannidem occupat, notante *Euſeb.* Adde *Suidam Voce* Φάλαρις *Oroſ.* 1. 2. *Lucian. Phalar.*

4127. 3397. 587. Olymp. 48. anno 2. Amphyctiones Delphis Pythiorum agonem χρηματιτὰς inſtituunt, i. e. præmi-

4138. 3408. 576. 43. 2. 155. um pecuniarium faciunt. Olymp. 51. initio. Agon Nemeæus primum

mum ab Argivis actus, Euſebio Olymp. U. C.
P. I. A. M. A. C.
refertur. In Sicilia urbs Camari- 4115. 3385. 599.
na conditur Olymp. 45. initio.
Floruerunt in Græcia per hæc 4122 3392. 592.
tempora *Sappho*, & *Alcæus* Poëſi 47. 1. 162.
celebres, quippe Alcæum Perian- 52. 2. 182.
dri temporibus tribuit *Herodot.* 5.
Anacharſis Athenas venit tempore
Solonis, ſicut ex *Laërt.* conſtat. 4142. 3412. 572.
Æſopi etiam celebritas & interitus
in hæc tempora refertur à *Diog.*
Euſeb. Suida. Ex Romanorum 4137. 3407. 577
Regibus magnam hujus temporis 54. 1. 190.
partem explet. Tarquin. Priſc. 50. 4. 177.
ſupra memoratus. Cui ſucceſſit
Rex Servius Tullius, cui 44. im-
perii anni tribuuntur, qui in po-
ſteriora ſeſe tempora porrigunt.
Res ejus & diſciplinam Romæ
cenſu aliiſque inventis inſtaura-
tam diligenter memoravit *Dionyſ.*
4. *& Liv.* itemque alii alibi nota-
ti. Apud Medos nonus & poſtre- 46. 3. 160.
mus Rex Medorum Aſtyages re- 4120. 3390. 594
gnavit annis 35. de cujus rebus vi-
dendus *Herodot.* 1. *Juſtin.* 1. 4. Hic

P. I. A. M. A. C. anno regni 25. exutus imperio à ne-
Olymp. U. C. pote Cyro, qui Perſarum imperi-
55. 2. 195. um condidit anno 19. Servii Ro-
4155. 3425. 559. manorum Regis anno Iromi Ty-
rii 14. Hoc eſt primum initium
Cyri, cui 30. anni imperii tribu-
untur quoad Perſicum impium,
Nam alterum Babylonicum Scri-
ptura videtur retinere, ſicut diſpu-
tat *Petav.* 10. 14. & 15. qua de re
mox amplius dicetur. Apud Ba-
bylonios mortuo Nabuchodono-
4150. 3420. 564. ſore regnavit Evilmerodach filius
54. 1. 190. ejus annis tribus (*vid. Petav.* 107.)
4. 193. Poſt hæc Nerigloſſoorus Nabucho-
donoſoris Gener Laboroſoarcha-
4153. 3423. 565. di S. Balthaſaris Pater tutor filii
56. 1. 198. annis 5. extitit, ſi *Beroſo* conſtat
fides, qui anni nihilominus tribu-
untur apud *Daniel.* (*cap.* 7. 8.)
Balthaſari, cujus nomine regnum
adminiſtrabatur. His expletis, &
mortuo Nerigliſſaro Patre Baltha-
ſar menſibus novem ſolus imperat,
Nam tum conſpiratione Princi-
pum, & præſertim Darii Medi, ſive
Nabu-

Nabonidi occiſus eſt, cum primo P.I. A.M. A.C.
manum in pariete ſcribentem vi- *Olymp.* U.C.
diſſet. *Dan.* 5. *Petav.* 10. 9. Ergò 4159.3429.556.
poſt hunc Darius, Medus genere,
interfecto Balthaſare regnat in 60. 3. 216.
Babylonia annis 17. juxta *Beroſum.*
Hunc regno exutum Cyrus Car- 4176.3446.538.
mania donavit, atq; hinc regni Babylonici initium Cyro exortum, idque ſecundum & Babylonicum Cyri exordium eſſe diſputat *Petav.* 10. 15. Servitutis quoque Babylonicæ hic finis conſtituitur, quando Cyrus anno Imperii Perſici 22. Babylonici 1. Judæis reditum in Patriam edicto conceſſit, 55. 3. 196.
templumq; inſtaurari juſſit. 2. Pa- 4156.3426.550.
ral. ult. Eſdr. 1. *Joſeph.* 11. 1. Interim Crœſus ultimus Lydorum Rex, quum primum regno potitus eſſet, plurimas Aſiæ provincias imperio ſuo ſubdidit, ſicut *Herodot. libr.* 1. refert. Hinc adverſus Cyrum bellum molitur eaque de re Græca oracula conſulit. Mox
adornata profectione in Cappado- 4167.3437.547.

P.I. A.M. A.C. ciam venit, fluvioque Haly indu-
Olymp. U.C. ſtria Thaletis, quem ſecum in ex-
4170. 344. 544. ercitu habebat, ſine ponte traje-
59. 1. 210. cto, prælio vincitur à Cyro, incen-
dioque damnatus, liberatur tamen à clementi victore, ſicut *Herodot. l.*1. fusè explicat, cui addendi ſunt *Juſtin.*1. 7. *Oroſ.*2. 6. *Cteſias in Perſicis. Thucyd.* 5. Lydia potitus Cyrus, omnem mox Aſiam habuit in
62. 4. 235. poteſtate, eique Eleazarem primo,
4185. 3455. 529. inde Harpagum præfecit. Ad extremum bello Scythis illato à Tomyri Scytharum regina interfectus eſt. *Herodot.*1. *Juſtin.*1. 8. *Val. Max.* 9. 8. *Oroſ.*2. 7. *Frontin.*1. 15. *Cteſias* autem in prælio contra Derbicas vulneratum triduo poſt deceſſiſſe ſcribit, liberisque multa mandâſſe, juniorem quoque Tanaxarcen Bactrianorum, Choraſmniorum, Parthorum & Carmaniorum provinciis præfeciſſe. Sanè & *Xenophon* ſine facundiſſimo operis, quo res Cyri non quidem ad fidem hiſtoriæ, ſed ad Ideam perfecti Im-

perii

perii ſcripſit, eum de immortali- F.I. A.M. A.C.
tate animorum ad filios ante mor- *Olymp.* U.C.
tem diſſeruiſſe. Atque hîc eſt magnus ille Cyrus 2dæ Monarchiæ autor conditorque, ſicut in *Sleidani* eleganti *libr. de IV. Monarchiis* legi poteſt. Regnavit annis 30. quorum numerum & cætera hujus
temporis χρονολογούμενα fusè diſqui- 55. 1. 194.
rit *Petav. l.* 10. *d. t.* In hæc tempora & annum, qui Cyri initium Perſicum anteceſſit, Piſiſtrati Tyrannis incidit, primo, inquam, tum
obtinuit tyrannidem (nam ter oc- 4154.3424.560.
cupavit) Solone vehementer re- 4155.3425. 559.
clamante : qui anno inſequente
moritur. Piſiſtratus autem ejici- 2. 195.
tur, 2do poſt anno recuperat do- 4157.3427.557.
lo tyrannidem, rurſumque inſeq. anno dejectus 11. annis exulat. Quo tempore exacto, vi & armis
dominatum recuperat, annoque 4. 197.
18. poſt moritur. Petenda hæc 4158.3428.556.
ſunt ex *Herod.* 1. *Plutarchi Solone.* 58. 4. 209.
Diod. 13. *Valer. Maxim.* 1. 3. & 8. 9.
Ælian. 8. 16. *Juſtin.* 2. 8. *Ariſt. Po-* 63. 2. 227.

 lit.

7.1. A.M. A.C. *lit.* 5. 12. Apud Macedonas 8. Rex
Olymp. U.C. *Alcebas* regnavit annis 29. (*Euſeb.*
4169. 3439. 545. *Chron.*) extremis Cyri temporibus
4187. 3457. 527. 4162. 3432. 552.
4182. 3452. 582. apud *Samios* tyrannidem exercet
Polycrates, fratrum interfector,
67. 1. 202. *Pantagnoti* & *Syloſontis*, quorum
62. 1. 222. ope dominatum occupaverat. Vid.
de eo *Herod. l.* 3. felicitatem ſuam
tentavit annulo in mare projecto,
quem piſcis ipſi retulit, ad extremum
tamen malè à fortunâ multatus.
Valer. Maxim. 6. 9. *ext.* 5.
Strabo 14. *Plin.* 37. *&* *Cic.* 3. *de finib.*
Urbium una his temporibus evertitur
4162. 3432. 552. 60. 2. 215. à *Syracuſanis Camarina* (*Pindari*
4175. 3445. 539. *dari Schol. ad Olymp.* 45.) altera in
Galliis extruitur *Maſſilia*. *Phocæi*
n. *Harpagi* dominatum, quem *Cyrus*
Aſiæ præfecerat, non ferentes,
relicta Aſia, novas in Gallia ſedes
quærunt, & *Maſſiliam* condunt, urbem
quæ poſtea mercatura, præclara
diſciplina & ſtudiis admodum
celebrata eſt. *Herod.* 1. *Juſtin.* 43.
3. *&* 4. ibique annotati Scriptores
videndi. Viri illuſtres incidunt in
hæc

hæc tempora, Ibycus Poëta, qui P. I. A. M. A. C.
Olymp. 54. anno 2. clarus habe- 4153. 3423. 561.
tur, *Simonidis* nativitas, *Anaxime-* 55. 4. 197.
nis Philoſophi celebritas, itemque
Xenophontis, *Colophonii* & *Theogni-* 4157. 3427. 557.
dis Poëtæ. *Anaximander* quoque, 4159. 3429. 555.
qui primus obliquitatem Zodiaci 56. 2. 199.
reperit, teſte *Plinio*, circa hæc tem- 4161. 3431. 553.
pora floruit, & Olymp. 59. princi- 4. 201.
pio ſenex 64. annorum fuit, ſi
Diogeni credimus. Huic conjun- 4166. 3436. 548.
gendus eſt *Pherecides*, *Syrius Pytha-*
goræ Præceptor (ex Inſula Syro 58. 1. 206.
oriundus) & Thaletes Phyſicus
& Theologus, de quo vid. quos
congeſſit *Voſſ. de Hiſtor. Græc. l.* 4.
c. 4. *Æſchyli* quoque Poëtæ nativitas huc quadrat; & Hippici
Poëtæ celebritas itemque Zenonis
Eleatæ Philoſophi, ut & Anacreontis Lyrici Poëtæ. De quibus omnibus videndi *Euſeb. Chron. Diogen.*
Laërt. Suidas, & è recentioribus
Gyraldus in Opere de Poëtis; itemque Voſſ. de Hiſtor. Græcis. Addendi autem ſunt prædictis *Simo-*

nides

nides Ceus Poëta Lyricus, *Phocylides Poëta*, *Xenophanes Phyſicus*, & Poëta illuſtri celebritate plurimorum famam ſupergreſſus, *Pythagoras*. Apud Romanos magnam hujus temporis partem occupat regnum *Servii Tulli*, 6. Romanorum Regis, cui circa extrema Cyri tempora ſucceſſit *Tarquin. Superbus*, Soceri interfector, regni invaſor, qui Romanis odium regni regumque ſua tyrannide conciliavit, illique mutationi Reip. cauſam præbuit, de qua infra dicetur ſuo loco. Imperavit annos 24. integros, ſicut diſputat *Petav.*10. *d. t.* 21. res ejus *Livius* 1. *Dion.* 4. *Florus* 1.7. qui etiam *cap. ſeq.* 8. notabili obſervatione politica 7. Regum hiſtoriam repetit ac interpretatur. Nunc ad Judaica redimus. Cum enim *Cyrus* anno Olymp. 60. tertio, ut ſupra diximus, *Darium Medum* imperio exuiſſet, regnumque ſuum Babylonicum auſpicatus eſſet, primo illo anno (nam hinc nume-

369
numerari in ſacris imperium Cyri oſtendit Petav. 10. 15.) Imperii Babylonici Perſici a. 22. Judæis edicto conceſſit reditum in Patriam , & reſtaurationem templi mandavit. Atque hîc conſtituitur finis ſeptuagenariæ ſervitutis,cum Judæi Duce Zorobabele in Judæam è Babylone regreſſi , anno inſeq. eodem Duce & Joſue filio Joſedek pontifice , extruunt altare , ac juge ſacrificium offerunt. Secundo autem adventus anno, templi fundamenta jacta ſunt iisdem præſidibus : ſed opus deinceps calumniis adverſariorum ſuperſtite Cyro eſt inhibitum, ut & poſtea ſub Cambyſe 2. *Paral. ult. Eſdr.* 1. & 4. *Joſeph.* 11. 1. 2. 3. Circa hæc tempora illuſtris illa viſio Danieli obtigit, qua Perſici regni fata, itemq; Alexandri M. & Succeſſorum ejus continentur. *Dan.* 10. & 11. *Joſeph.* 10. 12. *Sulpit. Sev.* Et jam antea gratiſſimus DEO Propheta de adventu Meſſiæ, aliisque

isque ab Angelo erat edoctus. *Dan.* 9. Mortuo autem *Cyro* optimo Rege ſucceſſit diſſimillimus filius *Cambyſes* 2dus Rex Perſarum; cui tribuuntur anni 7. menſes 5. ſicut diſputat *Petav.* 10. 16. Hic *quinto* regni ſui anno Ægyptum invadit, adjutus Polycratis Samii 40. triremibus, in quas Tyrannus ſuſpectos cives impoſuerat; & obtentu belli à patria abſtraxerat; bello ab iisdem poſtea petitus. Cambyſes cum in Ægypto acerbiſſimè ſæviret, à Crœſo monitus, ne fortunam nimiâ crudelitate irritaretur, interfici monitorem jubet. Quô à Perſis ſervato, gaviſus quidem eſt, poſtquam ira mente deceſſerat Cambyſes, ſed conſervatores Crœſi interfecit. Poſt hæc Cambyſes in amentiam incidit, ac fratrem ſuum occidit, quem *Herod. Smerde*, *Cteſias Tanyoxaren* vocat, quorum & cætera de hoc facto narratio plurimum diſcrepat; crudelitatis ſuæ pœnas mox luit Cambyſes

byſes fortuito femoris vulnere extinctus, de cujus rebus *Herodot.* 2. *&* 3. *Cteſias in Perſicis*, *Oroſ.* 2. 8. *Juſtin.* 1. 9. Quique ibi nominati reperiuntur. Poſt mortem Cyri ſuppoſititius ille Smerdis 7. Principium conſpiratione interfectus eſt, quo occiſo, ſtatim electus eſt *Darius Hyſtaſpis filius.* Memorant iidem, quos paulò ante nominavimus, autores. Darius initio regni Orgetem Sardium præfectum, qui anno ſuperiore ægrotante Cambyſe in Ægypto Polycratem Samiorum tyrannum fraude illectum cruci ſuffixerat, interfecit. *Herodot.* 3. Anno Darii 2do Judæi impeditam ſub Cyro & Cambyſe templi inſtauratione ducibus Zorobabele & Joſue Pontifice repetunt, Dario rem novo edicto permittente ac adjuvante. *Eſdræ* 6. *Joſeph.* 11. 4. *Sulpit.* 2. Acceſſere hortatus prophetici *Aggæi* & *Zachariæ*, ſicut ex ipſorum libris initio ſtatim comparet: abſolutum eſt templum

plum anno Darii 6. exeunte, tertio die Adar, i. e. Martii 10. Octavo Darii anno. Syloſon Polycratis frater, qui privatum adhuc Darium veſte donaverat, Regem accedit, & Sami Principatum ab eo impetrat, annoque inſeq. exercitu à Dario miſſo tyrannus conſtituitur. Quo eodem tempore Babylonia à Dario deficit, ideoque poſtea obſidetur & poſt 20. menſium obſidionem fide & ſtratagemate Zopyri recuperatur. *Herod. 3. Juſtin. 1. 10.* Poëta Darius in Scythas expeditionem moliens ponte Boſphorum jungit, itemque Danubium, cui Ponti Jönum tyrannos præfecit, ipſe in Scythiam profectus magna exercitus parte amiſſa in Aſiam rediit, Megabuzo cum 80000. ad Europam ſubigendam relicto. *Herod. 4. Cornel. Nep. Miltiad. 3. & ſeq.* Is Megabazus Thraciam & Macedoniam in poteſtatem redegit. Quo eodem tempore Alexander, Amyntæ Ma-

Macedonum Regis filius, Perſa- P. I. A. M. A. C.
rum legatos, in convivio petulan- *Olymp.* U. C.
tius ſe gerentes, interfecit. *Herod.*
5. Darius cum in Perſiden remearet, *Hiſtiæum*, Mileti Tyrannum, ſecum abduxit, qui ſuo loco *Ariſtagoram* generum & conſobrinum Mileto præfecit. Cæterum *Hiſtiæus*, cum invitus apud Darium Regem detineretur, Ariſtagoram hortatur ſecretis literis, ut à Rege deficiat. Ille ſtrenuè uſus occaſione tyrannos ubique dominatu deturbat, Lacedæmonem deinde profectus auxilium fruſtra petiit; Cleomene Rege adverſante. Hinc
Athenas venit, ibique 20. naves 68. 4. 249.
impetrat, quibus in Aſiam rever- 4209. 3479. 505.
ſus palam ad defectionem urbes
ſollicitat, Sardes capit & incen- 4210. 3480. 504
dit. Ergo Perſæ Ionas bello pro- 69. 1. 252.
ſecuti fugant, quâ clade territi 69. 3. 252.
Athenienſes ſocietatem eorum
exuunt. Sed Iönes contra for- 4212. 3482. 502.
tunam inſiſtentes ſpei, Byzantio
aliiſque urbibus in poteſtatem re-

F dactis,

* I. A.M. A C. Olymp. U.C. dactis, Cyprios quoque in ſuam ſocietatem pertrahunt. Darius incendio Sardium exaſperatus, adverſum Athenienſes, quorum auxilio res geſta erat, quotidiè de bello illis inferendo, ſe moneri jubet. Poſt hæc Ariſtagoras contra Perſas dimicans prælio occubuit.

4215.3485.499. 20. 2. 255. Hiſtiæus autem à Dario in Ioniam miſſus à Mileſiis non receptus eſt. Mox victis navali prælio Chiis, Ionia in poteſtatem Perſarum denuo redacta eſt. Miletus funditus everſa eſt. Sextò ab Ariſtagoræ defectione anno. Quæ

4218.3488.496. 71. 2. 258. omnia fuſius eſt videre apud *Herodot. 5. & 6.* Tertio poſt anno Mardonius, Darii Gener in Græciam à Dario miſſus in itinere Tyrannos in Ioniæ civitatibus ſuſtulit, & popularem ſtatum inſtituit: Thraciam, deinde Macedoniam & finitima latè ſubigit; ad Athon tamen tempeſtate 20. millia amiſit. Darius, ut voluntates Græcorum certius noſſet, Legatos paſſim

ſim per Græciam dimiſit, terram P.I.A.M. A.C.
& aquam petere juſſus, cum Echi- *Olymp.* U.C.
nætæ ſe dediſſent, eoque nomine
ab Athenienſibus apud Lacedæ- 4219 3489.495
monios accuſati eſſent, orta Spartæ contentio eſt, qua Cleomenes Demarratum alterum Regum pepulit, atque is mox apud Perſas confugium quæſivit. Poſthæc Darius antiquis noviſque cauſis ſtimulantibus ad bellum Athenienſibus cæteriſque, qui deditionem facere noluerunt, Græcis inferendum, Datym & Artaphernem cum ingenti exercitu miſit, qui poſtea Marathonio prælio celeberrimo, Duce Athenienſium Miltiade fuſus eſt. *Herod. 6. Nepos*
in Miltiad. & quos ibi notavit 4224. 3494. 490
Lambinus. Poſt hanc cladem Da-
rius novam in Græcos expeditio- 72. 264.
nem toto triennio comparat, quo exacto, Nuncius allatus de defectione Ægypti Darium perpulit, ut ipſe ad utrumque bellum proficiſci decerneret, conſtituto prius

 mo-

P.I. A M. A.C. more gentis ſucceſſore filio *Xerxe.*
Olymp. U.C. Sed dum adhuc occupatus eſt in
4227.3497.487. conatu expeditionis, altero à de-
73.2.263. fectione Ægyptiorum anno moritur. Regnique & bellorum hæreditatem *Xerxi* relinquit, de quo deinceps audiemus. Res Darii ſicut ex hactenus dictis potuit in-
l. 3.4.5.6. telligi Pater Hiſtoriæ *Herodot.* de-
Juſtin. 1.10. ſcripſit. Apud Romanos anno
2.9.10. U. C. 244. exeunte, *Tarquinius*
Diodor. 11. *ſuperbus* ob ſtuprum à filio Lucretiæ illatum Roma pellitur, ſimul-
4205.3475.509. que regnum abrogatum. Pro Re-
77.4.245. ge autem deinceps *Libertas* ſub annua duorum Coſs. adminiſtratione inſtituitur. Primi Coſs. fuere L. *Junius Brutus*, autor expellendi regis, & L. *Tarquinius Collatinus*, cui tamen mox ob nomen Tarquinii inviſum abrogata poteſtas eſt, ſubſtituto *Valerio Publicola.* Cumque Tarquinius Rex ejectus ope Porſennæ, recuperari vi imperium anniteretur, *Bruto* in acie cæſo, ſubrogatus eſt *M. Hortius*

tius. Inſignem hanc mutationem P.I.A.M.A.C.
vid. apud *Dionyſ. Liv. Flor.* ibique *Olymp.* U.C.
annotatos. Hoc eod. anno & ſub 4. & 5.
primis Coſs. primum fœdus inter 1. & 2.
Romanos & Carthaginem initum, 1. 9.
teſte *Polybio* 3. Cum Romani tum
vix uſque ad 17mum lapidem a-
grum poſſiderent, ut eſt apud *Sext.*
Rufum & Euſeb. Inſeq. anno Coſſ.
Publ. Valer. Publicola. Secundo *Ti-*
to Lucretio Tricipitino. P. Valer. 4206.3476.508
triumphavit, Kalend. Martiis de 68. 1. 246.
Tarquinio & Hetruſcis, quos in
auxilium aſciverat. Eod. anno
actus cenſus puberum CXXXM.
habuit, inde ſecutum eſt vehe-
mentius bellum cum Porſenna &
Tarquiniis, qui hujus Regis patro-
cinio & opibus defendi & reſtitui
cupiebant. In quo bello *M. Horat.*
Coclitis, tum *Mutii Scævolæ* & *Vir-*
ginis Clœliæ virtus celebre nomen
adepta eſt. Adi *Dionyſ. Liv. Flor.* *Dionyſ.* 5.
His ſubjecit *Dionyſ.* ut & *Caſſiod.* *Liv.* 2. 9. & *ſeq.*
in Chron. Coſſ. Spurium Lartium, *Florus* 10. &
Flavium & T. Herminium Exqui- *qui à Camer-*
te nominan-
tur.

Olymp. U. C. linum, quos *Livius* vel ejus *Deſcri-*
A M. A C. 4208.3478.506. *ptores* omiſerunt. Quâ de re jam
68. 3. 248. olim monuit *Onuphr. Panvin. l.* 1.
Comment. Faſt. Conſules deinde
M. Valerius Popl. Frater, Pub.
Poſtumius Tubertus. Eo anno be-
4209.3479.505 nè pugnatum cum Sabinis, & Coſſ.
68. 4. 249. triumpharunt. Valerio domus in
Palatio publicis ſumptibus exſtru-
cta. *Liv.* 2.14. *Dionyſ.* 55. Poſtea P.
Valer. Publ. IIII. Tit. Lucretius II.
Coſſ. facti. Quorum ille confecto
4210.3480.504 Sabino bello de Sab. & Vejentib.
69. 1. 250. triumphavit, annoque ſeq. mortuus
eſt, Princeps omnium conſenſu
belli pacisq; artib. inclytus, elogio
Livii. Occaſione hujus belli & diſ-
Liv. 2. 16. cordiæ domeſticæ App. Claudius
Dion. 5. *Sue-* Romam cum magna amicorum &
ton. Tiber. 1. Clientium manu migravit, à quo
tribus Claudia. *Liv. Dionyſ. Sueton.*
Conſulibus deinceps Agrippa Me-
nenio, Lanato & P. Poſtumio Tu-
berto rurſum victoria parta de Sa-
binis, Poſtumius urbem ovans in-
greſſus, originem dedit mori o-
van-

vandi. *Liv.* & *Dion. Plin.* 15. 29. P. I. A. M. A. C. *Olymp.* U C.
Inſeq. anno 60. quarto anno demum confectum bellum cum Sabinis Conſs. Sp. Caſſio Viſcellino & Virginio Tricoſto; denique triumphatum *Liv.* 2. 17. *Dionyſ.* 5. Ortum hinc eſt Latinum bellum, quod aliquot annos deinceps tenuit, quorum ſeries ex *Petav. Chronol.* peti poteſt: hiſtoria ex *Liv.* 2. 18. & ſeq. *Dionyſ.* 6. *Flor.* 1. 11. ubi videri poſſunt adſcripti à Camerte autores. Metus belli Latini occaſionem dedit primum dictatorem creandi. Ergo Conſs. T. Lartio Flav. II. & Q. Clœlio Siculo; is ipſe Lartius à Collega Dictator creatus, cum plebs ære alieno oppreſſa nomina militia dare recuſaſſet. *Liv.* 2. 18. *Dion.* 5. Inſeq. anno dedicata æde Saturni, Saturnaliorum feſtivitas eſt inſtituta, annotante *Dionyſ.* 7. *Liv.* 2. 21. Hinc gliſcens jam per aliquot annos bellum Latinum Dictator Poſtumius inſtauravit, reque feliciter geſta tri-

P.I.J.A.M. A.C. *Olymp.* U.C. umphavit. Latinum bellum Volſcos involvit, adverſus quos bello decreto, ſeditio domi extitit ob æs alienum, quâ compreſſâ, Volſci à Servilio repreſſi ſunt. *Dion.6.9. Liv.2.* Inde Dictator creatus M. Valerius Volſci filius adverſus Æquos, Volſcos & Sabinos tumultuantes. *Dion. 6. Liv. 2.* 30. Mox Sp. Caſſio Viſcellino II. Poſthumio Cominio Conſ. atrox ſeditio plebis, ob fœnoris acerbitatem tumultuantis, & in ſacrum montem ſecedentis civitatem inquietam habuit. Compreſſa Oratione Menenii, quem virum in omni vita pariter Patribus ac plebi carum *Livius* vocat. Tribunis tum primum creatis duobus, quibus poſtea tres additi ſunt. Conſulendi *Autores ad Flori* 1. 23. notati. Poſthæc cum increſcerent certamina penè aſſidua inter Optimates & plebem, C. Marcius Coriolanus Tribunitiæ poteſtatis adverſarius in exilium pellitur, qui mox inju-

injuriã armis ultus eſſet, Volſcorũ adverſus Romanos dux factus, niſi matris Veturiæ precibus exarmatus eſſet. Vid. Autores ad *Flori l.*1. 23. notatos. Conſs. Sp. Caſſio III. & Proculo Virginio fuſis, Volſcis & Hernicis ad Roman. amicitiam traductis Caſſius periculoſas libertati opes ſtruens, primus Legem agrariam tulit, quæ nunquam deinde ſine maximis rerum motibus agitata eſt. *Liv.* 2. 41. *Dionyſ.* 6. *Val. Max.* 33. Hic eſt ille Caſſius autor Legis, qui anno inſeq. poſt 3. Conſulatus & duos triumphos Saxo Tarpeio ob affectatam tyrannidem dejectus eſt, *Dionyſ.* 8. *Liv.* 2. *cap.* 27. Succeſſiones Imperiorum in hæc tempora, i. e. Cambyſis & Darii regnum quadrant iſtæ: In Ægypto Amaſis moritur, cujus loco *Pſamenitus* 5. menſibus regnat. *Diod.* 1. *Herod.* 1. poſt quæ tempora Præfectis Perſicis paruit. In Macedonia nonus Rex Amyntas 49. teſte *Dexippo apud Euſeb.*

P.I. A.M. A.C. Olymp. U.C.

P.I. A.M. A C. Olymp. U.C. imperat. Apud Athenienſes Piſiſtrato mortuo ſuccedit Hippias major natu è liberis, qui annis 18. principatum tenet. *Ariſtot.* 5. *Polit.* 12. Hujus frater Hipparchus Vir pereruditus poſtea ab Harmodio & Ariſtogitone interfectus eſt. *Thucyd.* 6. Triennio poſt Hippias quoque Athenis pulſus, & tandem Piſiſtratidarum tyrannis penitus ſublata eſt, opera Alcmæonidarum & auxilio Lacedæmoniorum. Harmodio & Ariſtogitoni ſtatuæ publicè ſunt poſitæ. Herodot. 5. Thucyd. 6. Plin. 34. v. 4. Hippias ita expulſus ad Darium Perſarum regem confugit, quanquam Macedo & alii eum ad ſe invitarent. Interim etiam Naxii ſeditione laborantes multos è civibus pepulere, qui ad Ariſtagoram, de quo ſupra, & Artaphernem Hyſtaſpis filium Darii fratrem tum Ioniæ præfectum conceſſêre. Is cum Megabati & Ariſtagoræ reducendos dediſſet, exorta inter ductores ſimul-

multas, negotium non ſivit ad exitum perduci. *Herod.* 5. Quantum ad Viros illuſtres attinet, Olymp. 67. anno ultimo Pythagoras Sylofontis (fratrem Polycratis ſupra diximus) faſtum non ferens, in Italiam venit, notante *Solino l.* 17. hîc poſtea cum annos 12. Crotone exegiſſet moritur, Metapontinis pro DEO cultus. Vid. de tanto Viro *Laërt. in Vita Cic.* 5. *Tuſc.* 5. & 4. *Liv.* 1. 18. & *Malchum* de vita Pythagoræ à *Conr. Rittershuſio* editum. *Juſtin.* 20. 4. Non omittenda eſt Pindari nativitas, quæ teſte *Suida* in Olymp. 65. ann. 2. incidit. Heraclytus poſthæc Epheſius clarus habetur, qui, referente *Laërtio* Darium ad ſe vocantem aſpernatus eſt. Secuta eſt Democriti Abderitæ celebritas, cum quâ Anaxagoræ Philoſophi celebritas coïncidit, ſi *Laërtio* credimus. Hinc *Æſchyli* celebritas legitur, & inſeq. anno Hellanici Hiſtorici, quantum ex *Gellio* 15. & 22. colligitur.

P.I. A M. A.C. *Olymp.* U.C.

P.I. A.M. A.C. Olymp. U.C. gitur. Excepit hunc ſtatim Sophocles, ſicut ex ejus ſcholiaſte patet. Non prætereunda eſt Sybaritarum calamitas, quippe qui Olymp. 68. initio CCC M. amiſere, cæſa à Crotoniatis, quorum Milo Dux fuit, atque ita tum Sybaris ſolo æquata eſt. *Diod.* 12. Exeunte Olymp. 71. Athenienſes conſilio Themiſtoclis Pyreæum munivere, ex quo portus poſtea conſtructus eſt in eam firmitatem, quam *Thucyd.* deſcripſit. Adde *Nepot. Themiſt.* 6. Dario apud Perſas mortuo (nam illuc redimus) ſucceſſit Xerxes IV. Rex Perſarum, cui 20. anni tribuuntur. Hic mox Ægyptum (quæ ut diximus 3. poſt Marathonium prælium anno defecerat) recuperatam fratri Achæmeni regendam permittit. Hinc de bello Græcis inferendo, quod jam Pater deſtinaverat, agitatum. Acceſſere hortamenta à Piſiſtratidis, & neſcio quibus ſpectrorum viſionibus, quæ illuc pepulere virum,

ut

ut expeditionem ſuſceperit. Itaq; è Perſide in Aſiam movens Sardibus hyemat, inſequenti in Græciam trajecit, appetente vere, Helleſponto pontibus contabulato exercitum ducebat 800000., naves 1200. Ibi Lacedæmonii duce Leonida cum trecentis apud Thermopylas ſtrenuè reſiſtunt, & occidione occumbunt. Ipſe Xerxes prælio navali apud Salamina vincitur, & in Aſiam ſuam refugit, relicto in Græcia Mardonio. Vid. *Herod.* 7. & 8. *Diod.* 11. *Oroſ.* 2. 9. 10. *Strab.* 9. *Ælian.* 3. 25. *Valer.* 3. 2. *Cteſ. Perſ. Plutarch. Themiſt. Juſtin.* 2. - 10. & *ſeq. Nepot. in Them.* 3. & *ſeq.* De tempore expeditionis & conflictus vid. diſputantem *Petav.* 10. *d. t.* 24. Poſt Salaminiam pugnam, cum Mardonius in Græcia eſſet relictus, Lacedæmonii muro Iſthmum munire agitarunt, ut aditum in Peloponneſum intercluderent Perſis. Præfectus Operi Cleombrotus. Rex deliquio Solis abs-

P.I. A.M. A.C. *Olymp.* U.C.

P.I.AM. A.C. Olymp. U.C.

abſterreri ſe paſſus, memorante *Herodoto l.9.* Sub idem tempus Carthaginenſes, quos ad Siciliam invadendam Xerxes inſtigarat, ad Himeram à Gelone victi ſunt, cum Hamilcar iis præeſſet, id quod ex *Diod.* 11. habemus. inſeq. anno Mardonius initio Veris per Alexandrum Amyntæ, Macedones ad deditionem fruſtra hortatus, poſtea menſ. Septembr. d. 25. ad Platæas victus creditur, Ducibus Pauſania & Ariſtide. Herod. 9. *Cornel. Nep.* in *Ariſtid. & Pauſan. Plutarch. Ariſt. Diodor.* 11. *Strabo* 9. *Pauſan. Lacon. & Bœot. Cteſias in Perſ. Juſtin.* 2. 14. *& Oroſ.* 2. 11. Eodem die Perſæ à Græcis navali prælio ad Mycalen promontorium, Duce Xantippo Leutychide ſuperantur. *Juſtin. & alii ex nominatis.* Sub hoc tempus Xerxes Maſiſtis fratris Uxorem deperit, ejuſque filiam Dario filio deſpondet. Hinc Uxor Xerxis Ameſtris muliebri æmulatione Maſiſtis conjugem au-

auribus, naribus, labris, lin- P. I. A.M. A.C.
gua mutilat, Maſiſten autem fu- *Olymp.* U.C.
gientem occidi curat. Quæ ex *Herod.* 9. petenda ſunt, cujus hiſtoria hoc anno terminatur. Xerxen à fortuna deſertum, etiam domeſticorum fides paulatim deſtituit. Quippe Artabanus Hyrcanus eo interfecto, Darium adoleſcentiorem è filiis Xerxis reum facinoris conſtituit, & apud Artaxerxen criminatur. Qui cum occidi fratrem curâſſet, jam ipſe Artabani ſcelere appetitur: ſed prævento interfectoque inſidiatore, regnum paternum ſuſcipit, & per 40. annos tenet, cognomentoque μακρόχειρ, Longimanus dictus. *Juſtin.* 1. *Diod.* 11. *Cteſ. Perſ. Nep. in Regib.* 1. Apud Græcos, quorum res proximè cum Perſicis cohærent, Athenienſes aucti præmiis & gloria belli, inſigni commento Themiſtoclis muros ſuos inſtauranti. *Diod.* 11. *Juſtin.* 2. 15. *Thucyd.* 1. *Frontin.* 1. 1. 10. *Nepos Themiſt.*

P I. A.M A.C. Olymp. U.C. *miſt. 6. & 7.* Mox idem Themiſtocles cum Phalerico, portu neque magno, neque bono uterentur, triplicem Piræei portum conſtitui ſuaſit, ſicut ex autoribus modo laudatis intelligi poteſt. Dum in his ſunt Athenienſes, Lacedæmonii Pauſaniæ opera Græcas Urbes Perſarum præſidiis liberant; qui mox elatus clam cum Xerxe de prodenda patria conſpirat, ſibique exitium accerſivit. Vid. *Nep. Pauſan. Thucyd.* 1. *Diod.* 11. Illa Pauſaniæ pravitas alienavit Græcarum Civitatum animos à Spartanis, ut maritimum eorum Principatum excuterent, & Athenienſibus deferrent, moti juſtitia & virtute Ariſtidæ Athenienſis, cujus de ſententia commune Græcorum ærarium ad ſumptus belli Perſici tolerandos inſtituitur, à cujus juſtiſſima adminiſtratione juſti vocabulum accepit Ariſtides. *Diod.* 11. *Nepos Ariſtid.* At Lacedæmonii armis recuperare Principatum maris ab Athe-

Athenienſibus volentes Hetœmaridæ conſilio, præcipui virtute & autoritate viri deterrentur. Igitur Athenienſes hoc metu exoluti, interim progreſſi ſua amplificant, Inſulasque & oppida ſibi ſubjiciunt. *Diod.* 11. *Thucyd.* 1. Cæterum Lacedæmonii incrementis Athenienſis gloriæ invidentes, quæ eo quoque nomine erat illuſtrior, quod nullus dum Athenienſis proditionis eſſet convictus, Themiſtoclem communicati cum Pauſania conſilii accuſant: qui primò abſolutus, poſtea rurſum petitus eo crimine, ad Admetum Moloſſorum Regem perfugit, inde in Aſiam fugit, atque hinc ad Artaxerxem ſimul & Xerxem, ſicut eâ de re diſputat *Petav. l.* 10. *c.* 25. Hiſtoriam *vid. apud Diod.* 11. *Thucyd.* 1. *Nepot.* Themiſt. Poſthæc Cimon Miltiadis filius Athenienſium Dux ad recipiendas Aſiæ urbes miſſus, Perſas ad Cyprum navali prælio vincit, & rurſus ad Eurymedon-

P.I. A.M. A.C. Olymp. U.C. tem Fluvium terreſtri, *Nep. Cim. Plutarch. Cimon. Thucyd.* 1. *Juſtin.* 2. 15. 18. ubi annotati alii. Spartanos deinde tanta vis terræ motus concuſſit, ut plurimi hominum interirent, niſi quod Archidamus CL. conſervaverat. Ergo Helotes & Meſſenii arma Spartanis inferunt, quos facilè jam deleri poſſe credebant. Sed illi auxilia paſſim conquirunt, etiam ab Athenienſibus, quos tamen mox ſuſpectos, tanquam Meſſeniis proniores, & quaſi non indigerent, remittunt. Athenienſes damnatam fidem ſuam ægerrimè ferebant, injuriæque ejus memoriam alta recondcrunt mente. Certè hoc primum initium fuit earum ſimultatum, quæ poſtea in atrociora bella profecerunt, totamque Græciam cladibus involverunt. Memorat *Diod.* 11. In hæc tempora referantur etiam nativitas Herodoti, annotante *Gellio* 15. 23. & mox Euripidis (*Diog. in Socrate*) cum jam Pin-

Pindarus annos 40. natus eſſet, & Anaxagoras annorum 20. juvenis philoſophari inciperet. Alii Euripidem longè ſuperiorem faciunt. Octennio poſt Sophocles primum Tragœdias docuit, inde Thucydides naſcitur, ſicut ex *Gell.* 15. 23. conſtat, cum quo nativitatem Democriti nonnulli conjungunt; Inſeq. anno Olymp. 74. ultimo tribuit, *Diogen.* Socratis nativitatem. Bachylides Poëta & Diagoras celebrantur & Zeuxis, pictor celeberrimus, claret. Teſte *Euſeb.* Eodem anno Mycenæ ab Argivis bello petitæ, quia pridem æmulatione imperii & diſpenſatis in contraria Reip. Argivorum ſtudiis ſuſpecti erant Mycenæi. Debilitati tam domeſticis malis Spartani, non poterant ſociæ civitati opem ferre. Ergo obſeſſa & capta, & ſolo æquata eſt, magnorum genitrix virorum, & rebus geſtis ad nobilitatis faſtigium provecta. *Diod.* 11. Apud Lacedæm. Regi Leoty- P.I. A.M. A.C. *Olymp.* U. C.

chidæ, qui 22. annis præfuit, ſuccedit Archilaus, cui 24. anni tribuuntur. In Sicilia Cyclopum olim, poſtea tyrannorum patria (ſicut *Juſtin.* vocatur in nobili deſcriptione 4. 2. *& Oroſio*) Gelo obiit, cujus laudem & funus *Diod.* 11. exequitur. Succeſſit Hiero frater, qui Syracuſanis annis 11. & amplius præfuit. Hic fratrem Polyzelum ſuſpectavit, & inſidiis appetiit. Qui cum ad Theronem Agrigentinum confugiſſet, Hiero in utrumque arma parat. Interim Thraſydæus Theronis filius cum Himeræis acerbè dominaretur, accuſatus ab ipſis eſt apud Hieronem, ſed Hiero Theroni rem aperuit, atque ita reconciliatus eſt, & cum ipſo, & cum Polyzelo fratre. Himerenſes acerba ſuſtinuêre ſupplicia agitatæ defectionis, ita ut Theron colonis illuc miſſis reſtaurare urbem opus haberet. Hiero etiam Catanenſibus & Naxiis ejectis novos incolas imponit, magnamque

que multitudinem congregat, tum aliis de cauſis, tum quod heroicos poſt mortem honores conditoribus urbium haberi ſolitos affectaret, Catanam mutato vocab. Ætnam dixit. *Diod.* 11. Poſthæc etiam Thebanos à Cumanis ſuperatos liberat. Mortuo Therone Agrigentino, filius ejus Thraſydæus ad ingenium (tyrannicum) redit, concitatoque ſua crudelitate omnium odio cum bellum etiam in Syracuſanos moliretur, præventus ab Hierone, regnoque exutus ſua manu interiit. Agrigentini in libertatem vindicati, pacem cum Hierone faciunt, *Diod.* 11. Hiero expletis II. potentiæ annis Catanæ moritur, regnumque Thraſybulo fratri relinquit. Hic dominationis flagitiis fratrem ſuperare contendens, gliſcentia pridem in tyrannidem civium odia armavit; itaque bello petitus & victus Locros exulatum abiit. Syracuſani abrogatis etiam apud cæteras civitates

P I. A.M. A.C. Olymp. U.C. dominationibus libertate ſua fruuntur per 60. annos, uſque ad Dionyſium. *Diod.* 11. Decennio ante hæc obierat Anaxilaus Rhegii & Zancles Tyrannus anno potentiæ 18. Is tutelam, filiorum Micytho cuidam conſecrat. Poſtea filii inſtinctu Hieronis rationes & principatum repoſcunt à Micytho, & reddidit ille tanta cum juſtitiæ laude, ut retinere etiam abeuntem cuperent. *Vid. Diod.* 11. *& Juſtin.* 4. 2. Non omittendum eſt etiam bellum, quod Tarentinos in Italia cum Japygibus colliſit de agrorum finibus ortum; victoria penes Japyges fuit. *Diod.* 11. At è rebus Romanorum in tempora Xerxis referenda ſunt bella cum Vejentibus, Æquis, Volſcis geſta. Ubi in prælio cum Vejentibus cecidit Q. Fabius Conſulis frater & Manlius Conſ. *Liv.* 2. 45. *& ſeq.* Anno inſeq. Conſ. Fabius bellum Vejens ſuæ genti ſ. familiæ depoſcit. Qui (erant a. 306. cum 400. clientum) egreſſi caſtra apud Cremeram

meram munierunt. Ibi tertio an- P.I. A.M. A.C.
no 300. Fabii funeſtâ clade à Ve- *Olymp.* U.C.
jentibus cæſi ſunt Conſſ. C. Horatio Pulvillo & T. Menenio Lanato. *Liv.* 2. 48. *& ſeq.* *Dion.* 9. *Flor.* 1. 12. ibique *notati à Camerte.* Sed hæc clades magnis deinceps expiata eſt victoriis, quæ itidem cognoſci poſſunt. Poſthæc Valerius Trib. Plebis legem tulit de plebeis Magiſtratibus creandis (cui ſeditio antegreſſa occaſionem dederat) quæ inſeq. anno fruſtra reclamante Appio, perlata eſt. *Liv.* 2. 78. 1. 286.
56. *&* 57. Poſthæc de Volſcis victo- 4246.3516.468.
riam retulit. Quinctius Antium cœpit, ac triumphavit. Cum antea ſub Appio vincere nollet exercitus. *Vid. Liv.* 2. 59. *Dion.* 9. *Flor. l.* 22. 78. 4. 289.
2. Ultimo Xerxis anno luſtrum
9. Romæ conditum eſt, & cen- 4249.3519.468.
ſa ſunt civium 124000. *Liv.* 3. 3. Igitur ad Perſica redeamus. Artaxerxes μακρόχειρ poſt mortem patris adeptus eſt imperium (in cujus communionem octennio ante

 aſci-

P. I. A. M. A. C. Olymp. U. C. aſcitus erat, ſicut diſputat *Petav.*
10. 25.) 40. annos regnavit. Hic,
compoſito & reformato regni ſta-
tu, cum Ægyptus defeciſſet, Pa-
truum Achæmenem illuc mittit.
79. 2. 289. Ignarus autem Ægypti Rex crea-
4251. 3521. 463. tus Athenienſium auxilium accer-
ſit, qui Perſarum opibus pridem
4252. 3522. 462. adverſa ſtruebant. Horum virtute
victis Perſis Artaxerxes Lacedæmo-
niis adverſum Athenienſes fruſtra
ſollicitatis, cum novo exercitu
Artabanum & Megabyzum mittit.
Hi inſtructo exercitu Ægyptum
ingreſſi Perſis, quos Athenienſes
80. 1. 294. Memphis obſeſſos jam per annum
4254. 3524. 460 tenebant, opem tulere. *Diod.* 11. Hic
Artaxerxes, ex ſententia *Joſephi* 11.
2. 298. 6. & *Sev. Sulpitii*, Eſtheris conjux
eſt, quod contra Scaligerum, qui
4255. 3525. 459. Xerxem malebat, adſtruit *Petav.*
12. *d. t.* 28. & convivium illud,
quo Vaſthi repudiata, Eſther aſ-
ſumpta, in tertium Artaxerxis an-
num, quo Ægyptus defecit, ponit
ita ut ſeptimi anni menſe 10. ſit ad

Re-

Regem introducta. *Vid. libr.* P.I.A.M. A.C.
Eſther, & Druſii annotata. Poſthæc *Olymp.* U.C.
Perſæ, ut ſupra cœpimus dicere,
cum ſuis terra marique opem fer-
rent, Athenienſes deſtituti cum ex 81. 1. 298.
deſperatione in mortem dimicare 4258.3528.456.
cuperent, incolumes ſunt à Mega-
bazo dimiſſi : Inarus in crucem 4259.3529.455.
actus: atque ita Ægyptus recupe-
rata eſt. *Diod.* 11. *Thucyd.* 1. Inſeq.
anno *Petav.* prolixa aliquot capi-
tum diſputatione (quæ legi poteſt
12. *d. t. c.* 31. *& ſeq.*) tribuit Nee-
miæ in Judæam profectionem,
cum ab Artaxerxe accepiſſet in-
ſtaurandæ Hieroſolymæ poteſta-
tem. Atque hunc 20. Artaxerxis
annum à primo ejus initio nume-
rat. Ideoque initium 70. hebdo- 81. 3. 300.
madum, de quibus eſt apud Da-
nielem, in annum proximè ſequen- 4260.3530.454
tem conjicit. Vid. *Neemiam* 2. *Jo-
ſeph.* 11. 5. *Sulpit. Sev.* Poſthæc
Athenienſes rurſum in Perſas bel- 82. 3. 304.
lo decreto Cimonem mittunt in
Cyprum, qui rebus ibi feliciter ge- 4264.3534.450
G 5 ſtis

P.I. A.M. A.C. ſtis illuc adegit Artaxerxem, ut
Olymp. U.C. pacem ſibi parum glorioſam, A-
thenienſibus utiliſſimam faceret.
4265.3535.449. *Diod.* 12. *pr. Corn. Nep. Cimon. Plu-
tarch. Cimon.* Hinc pace conſti-
tuta altum deinceps de rebus Ar-
taxerxis ſilentium eſt, qui denique
88. 4. 329. anno 40. imperii moritur, cui ſuc-
4289.3559.425. ceſſit Xerxes II. ſed menſibus tan-
tum duobus poteſtatem obtinuit.
Poſt quem Sogdianus menſibus 7.
Hos nonulli in ſerie Regum omit-
tunt, & ſtatim Darium Nothum
ponunt, qui annis 19. præfuit & à
89. I. 330. nonnullis 9. Rex numeratur. *Diod.*
4290.3560.424. 12. Artaxerxis Regis temporibus
Græcia multis magniſque cladibus
concuſſa eſt, efferentibus præſer-
tim ſe Athenienſibus, quod *Diod.*
notat, & potentia ſua paulatim ad
79. I. 290. impotentiam abutentibus. Quæ
4250.3520.464 res effecit, ut, cum plures ab iis
deficerent, inter primos Thaſii
fuerint & Æginetæ: ſed illi mox
victi imperata fecere ac obſeſſi
ſunt. Athenienſes coloniam mi-
ſerunt

ſerunt 10000. hominum Amphipolin. Hi finitimos Thraces aliquantiſper in ditione tenuerunt, donec ab Edonorum Gente victi ſunt. Nec omiſiſſent occaſionem Lacedæmonii in Atticam irrumpendi, impellentibus Thaſiis, niſi terræ motu & Hilotum defectione retenti eſſent. *Diod.* 11. *Pauſan. Meſſin.* Poſt hæc Ephialtes Trib. Plebis inſtinctu Periclis venerandam Areopagitici judicii autoritatem ſeditiosè imminuit. Cimonem per Oſtraciſmum relegari facit, tanquam adverſarium plebis & Lacedæmoniis ſtudentem, ob quæ facinora noctu interfectus eſt. *Diod.* 11. *Plutarch. Cimon.* Subinde exortum eſt bellum Athenienſium, cum Corinthiis & Epidauriis, quibus prælio victis Athenienſes Peloponneſum populantur, & denuo Victoriam reportant apud Coriphanum, quo ſucceſſu animati Æginetas quoque vincunt, quæ omnia Duce Leocrate geſta ſunt. Mox

P.I. A.M. A.C.
Olymp. U.C.

80. 1. 294.

4245.3524.460

4255.3525.4570

P.I.A.M. A.C. Olymp. U.C. Moxinter Corinthios & Megaren-
80.3. 296. ſes ope Athenienſium, quos aſci-
4256.3526. 458. verant, Duce Myronide vincunt.
Per idem tempus Phocenſes & Dores bello inter ſe commiſſo Doribus tanquam conſanguineis Lacedæmonii Duce Nicomede opem ferunt, bellumque componunt; regredientes Lacedæmonii ab Athenienſibus impugnantur,
80. 4. 297. magnisq́; acceptis & illatis damnis,
4257.3526.457. induciæ 4 menſium factæ. *Diod.*11.
Apud Thebanos quoque infeſta ſeſe arma commoverunt. Illi n. cum Principatu Bœotiæ excidiſſent, ob auxilium Xerxi præſtitum ope Lacedæmoniorum recuperare ſua laborant. Id fœdus, cum adverſus ſe ſpectare intelligerent, Athenienſes, exercitum Myronidi tradunt, qui illuſtriſſimo
Alcibiadis, prælio victor Bœotiam, Locros aliaque loca ſubegit, Themiſtocliſque & Alcibiadis gloriam æquavit. *Diod.*11. Inſeq. anno mirificè illuſtrarunt augmenta Athenien-

nienſis gloriæ; Myronidis quippe P.I. A.M. A.C.
exemplo excitatus Tolmides Dux *Olymp.* U.C.
Athenienſium Laconicam popu- 81. 1. 298.
latur, multaque præclarè gerit. 4258. 3528. 456.
Mox Pericles eodem tempore in 2. 292.
Peloponneſo rem feliciter gerit, 4259. 3529. 455.
Acarnaniam vexat, 1000. Cives in 4261. 3531. 453.
Cherſoneſo collocat, *Diod.* 11. 4264. 3534. 450.
Hinc induciæ cum Peloponneſiis, 4. 301.
autore Cimone in 5. annos factæ. 82. 3. 304.
Thucyd. 1. *Diod.* 11. Subinde Mega-
renſes ab Athenienſibus deficiunt,
armiſque eorum vaſtantur Duce 83. 1. 306.
Pericle, ſed cum Lacedæmonii
mox in Atticam irrumperent, 4266. 3536. 448.
Tolmides Dux Chæronea expu- 83. 2. 307.
gnata apud Coroneam inſidiis 4267. 3537. 447.
Bœotorum circumventus fortiter
pugnans occidit, Bœotiaque A- 3. 308.
thenienſium ditioni eximitur. Sed
res lapſas erexit Pericles Eubœa 4268. 3538. 446.
recuperata. Cum Lacedæmonii
in Atticam irrupiſſent, annis 14.
ante initium belli Peloponneſiaci,
induciæ 30. annorum inter Lace-
dæmonios & Athenienſes initæ.
Thu-

P.I. A.M. A.C. *Thucyd.* 2. *Diod.* 12. *Pauſan. in Eliac.* 1.
Olymp. U.C. *Juſtin.* 3. 6. *&* 7. Sexto poſt indu-
cias pactas anno Samii cum Mile-
ſiis de Priene bellantes, cum A-
thenienſes alteri parti proniores
exiſtimarent, ab iis defecerunt.
84. 4. 313. Miſſus ergo Pericles bis eos ſube-
4273. 3543. 441. git, Samumque expugnavit, pri-
mus Machinis obſidionalibus, arie-
tibus & teſtudinibus uſus, quæ ei
Artemonis Lacedæmonii inge-
nium excogitaverat, *Diodor.* 12. Se-
quitur bellum Corinthiacum, cui
occaſionem dedit inteſtina Epida-
mniorum diſſenſio, quibus exu-
85. 2. 315. lum exercitu obſeſſis cum Corin-
4275. 3545. 439. thi in Corcyræorum invidiam
opem ferrent, Corcyræi eos na-
vali prælio ſuperant, Epidamnum
86. 1. 318. capiunt, in captivos acerbè con-
ſulunt. Corinthiis bellum magna
4278. 3548. 436. vi inſtaurantibus, Corcyræi per Le-
gatos Athenienſium ſocietatem
ambiunt. Idem faciunt Corinthii,
ſed Athenienſes Corcyræis juncti,
Lacedæmonium Cimonis F. cum

10. navibus mittunt. Victi ergo P.I. A.M. A.C.
navali prælio Corinthii Potidæam Olymp. U. C.
ad defectionem impellunt, ſed & 4279. 3545. 435.
2. 319.
Perdiccas Macedo Chalcidenſibus 87. 1. 322.
perſuadet, ut relictis oppidis maritimis Olynthum commigrarent, adeoque Athenienſe jugum excuterent. *Diodor.* 12. *Thucyd.* 1. Subinde Lacedæmonii cum ſociis decernunt inducias trecennales ab Athenienſibus violatas, bellumq; 4283. 3553. 431.
comparant, quod inſeq. anno cœpit, & Peloponneſiacum dictum 2. 323.
eſt, quod 27. annos duravit, è quibus Thucydides Dux Athenienſium XXII. annos libris IIX. vel IX. complexus eſt magna ſtyli gravitate, multoque judicii ac prudentiæ apparatu. Cauſam Thucydides in æmulatione potentiæ rectè conſtituit, occaſionem ſuppeditavit, Pericles, cujus aſtum & facundiam etiam *Diodor.* 12. fusè exequitur. Initium belli eodem notante invaſio Platæarum fuit, quæ civitas Athenienſibus fœderata

P.I A.M. A.C. *Olymp.* U. C. rata erat. Inſeq. anno Archidamus Lacedæm. Dux Atticam populatur. Pericles ergo ſtatim Carcino ad Peloponneſum populandam miſſus, Lacedæmonios illic
4284.3554.430. ex Attica convertit. Sitalcem item
87. 3. 324. Thraciæ Regem & Perdiccam Macedoniæ Athenienſibus conciliat. *Diod.* 12. *Thucyd.* 2. Methonem urbem obſidentibus Athenienſibus eripuit Virtus Braſidæ Spartani juvenis illo documento ad virtutis gloriam imbuti. Mox Spartani ſecundam expeditionem in Atticam ſuſcipiunt, fœdeque omnibus vaſtatis, Athenienſes intra urbem ſuam concluſos tenent. Hinc peſtis, ut ſolet, & magnæ coactæ multitudinis clades, nec aliter expelli Attica Spartani potuere, quam populatione Peloponneſi rurſum Pericli demandata. Athenienſes autem damnis belli & peſte exhauſti, Periclem ut inſtigatorem belli ducatu belli privant, pecuniâque mulctant, ac de pace feri-

ferienda Legatos mittunt, cujus P.I. A M. A.C.
cum multam haberent copiam, de- Olymp. U. C.
nuo reſtituunt Periclem, qui
paulo poſt, i. e. poſt biennium &
ſex menſes ab inchoato bello mo-
ritur, eique ſubſtituitur Hagnon, 4285. 3555. 429.
qui Potidæam obſidet & capit. 87. 4 325.
Inde Phormio Dux Athenienſium
Lacedæmonios duplici prælio na-
vali vicit. Inter hæc etiam Sitalces
Odruſarum Rex Macedoniæ bel-
lum intulit, quod tamen poſtea
affinitate & conditionibus ſopi-
tum eſt. Athenienſium res incli-
natas primum deſeruêre Leſbii & 4286. 3556 428.
præſertim Mitylenæi, miſſis clam 88. 1. 326.
ad Peloponneſios Legatis. Sed
mox graves dedere pœnas, obſeſſi
captique & Plebiſcito Athenien-
ſium de conſilio Cleonis, quem
Thucyd. βιαιότατον violentiſſimum
Civium vocat, neci deſtinati, cu-
jus decreti vehementia tamen
mox correcta eſt. *Diod.* 12. *Thu-
cyd.* 1. 3. At Plateæ à Lacedæmo- 4287. 3557. 424.
niis diu obſeſſæ, dum fideliſſimè

P.I. A.M. A.C. Olymp. U.C. Athenienſium ſocietatem tuentur, captæ, crudelibusque pœnis affectæ ſunt. Corcyræ gravi ſeditione laboratum eſt, dum nobilitas ad Lacedæmonicos, plebs ad Athenienſes res trahit, quorum ope etiam vincit. *Diod.* 12. *Thucyd.* 3. Interim Athenienſes à Leontinis rogati per legatos (quorum Princeps facundiſſimus Gorgias erat) claſſem in Siciliam mittunt, adverſus Syracuſanos ſpecie juvandi conſanguineos, revera imperium Siciliæ affectantes. Re aliquoties præclarè geſta, Locride vaſtata, Peripolio capto, Meſſeniis conciliatis, Siculi pacem feriunt remiſſis
4288.3558.426. domum Athenienſium auxiliis, quorum Duces aut vita aut pecunia mulctati. *Diod.* 12. *Juſtin.* 43. Interim peſtis recrudeſcit Athenis, cujus cauſas *Diod.* exequitur. Ad hanc averruncandam Delus expiatur; Athenienſes rurſum 30. naves in Peloponneſum mittunt, Ducibus Demoſthene, Alceſthene, & Pro-

Procle, & in Melum 51. Duce Ni- P.I. A.M. A.C.
cia. Hi ad Tanagram vicere Bœo- *Olymp* U. C.
tios. Demoſthenes cum Acarna- 4290.3560.424
nibus Leucadios infeſtat, ab Æto- 89. 1. 330.
lis autem vincitur. Mox generoſo 4288.
conſilio Pylum in Peloponneſo 4289.3559.425.
munit, quem portum dum fruſtra 88. 4.
recuperare nituntur Spartani, à
Cleone in poteſtatem rediguntur.
Ergo Pacem ab Athenienſibus iti-
dem fruſtra petunt. *Thucyd.* 3. 4290.3560.425
Diod. 12. Cæterùm Niciæ Athe-
nienſis victorias & ſucceſſum re-
morata eſt mox Braſidæ Spartani
virtus, qui Megara ab Athenien-
ſibus recepit, Perdiceam ſibi ad-
jungit, qui tamen paulo poſt ad
Athenienſes tranſiit, multasque
civitates partibus Lacedæmonio-
rum conciliat, Amphipolin capit,
quæ res induciarum in annum fa-
ciendarum admonuit. Sed Secio-
ne à Braſida capta, exortaque ſu-
per ea controverſia, repetunt fœ-
dus. In hujus obſidione multa
utrinque magno conatu geſta

 ſunt.

P.I. A.M. A.C. Olymp. U.C. ſunt. Mox Cleon Athenienſis in Thracia Torona capta; cum Braſida conflixit: occiſis ducibus 50.
4292.3562.422 annorum induciæ pactæ ſunt, atque ita Peloponneſiacum bellum anno 10. terminatum, pace ſcilicet non diu manſura. *Thucyd.* 4. 5. *Diod.* 12. *Juſtin.* 3. 7. Cauſa tam fragilis fœderis erat, quod pactione pacis Civitates ſociæ ex utraque parte non comprehenderentur, hinc ſuſpicio ipſis oborta, quaſi Lacedæmonii & Athenienſes de imponendo cæteræ Græciæ jugo conſpiraſſent. Ergo ſocietas pro communi libertate initur, Ducibus 4. potentiſſimis urbibus, Argis, Thebis, Corintho, Elide, Argivis Principatus delatus eſt. Lacedæmonii fruſtra animos comitate retinere nituntur, Athenienſes ſævitiæ in captos exemplo autoritatem ſuam Heracleam verſacrum deſtinant. *Thucyd.* 5. *Diod.* 12. *Euſeb. Chron.* Athenienſes reſtitutis Deliis, quos ejecerant, Py-
lum

lum Lacedæmoniis nolunt redde- P.I. A M. A.C. Olymp. U. C.
re: hinc ſimultates novæ, & con- 4294.3564.420
ſilia armorum, quibus animadver- 90. 1. 334.
ſis, Argivi ſe Athenienſibus jungunt. Lacedæmonii autem Corinthios ad ſe pertrahere conantur. Cum jam in eo eſſet, ut Argivi Athenienſium ſuppetiis adjuti, cum Lacedæmoniis Duce Agide pugnarent, fœdus induciarum factum eſt à Ducibus in 4. menſes, quod cum populus utrinque ægrè ferret, rupto mox fœdere inſtaurat, & Alcibiades cum armis Peloponneſum ingreſſus eſt. Argivi Epidaurum ceperunt; ſubinde tamen cum Mantineenſibus victi à
Lacedæmoniis, atque huc redacti, 4296.3566.418.
ut cum Lacedæmoniis utrique ſocietatem facerent. Quo eodem
tempore Perdiccas Athenienſibus 4297.3567.417.
ſuſpectus eſſe cœpit, marique ab illis eſt prohibitus. *Thucyd.* 5. *Diod.* 12. Dum hæc in Græcia geruntur,
Ægeſtani in Sicilia à Selinuntiis, 4298.3568 416.
Leontini à Syracuſanis oppreſſi,

P.I. A.M. A.C. Athenienſium opem implorant,
Olymp. U.C. illi re per legatos præmiſſos explo-
91. 1. 338. rata, expeditionem autore Alci-
biade fruſtra diſſuadente Nicia
decernunt, Duces conſtituunt Al-
cibiadem, Niciam, Lamachum,
4299 3569. 415. *Thucyd. Diod.* 12. Antequam au-
tem proficiſceretur claſſis Athenis,
noctu Hermæ præciduntur, cujus
facinoris ſuſpectus Alcibiades, è
Siciliâ ad cauſam dicendam evo-
catus, Spartam aufugit, & Sparta-
nos ad opem Syracuſanis feren-
dam ſtimulat. Ergo Gylippus dux
mittitur, qui Syracuſanos erigit,
multaque ſtrenuè gerit. Ex Athe-
nienſium parte, cum Lamachus
4300. 3570. 414 in prælio cecidiſſet, Nicias in
ſummas redactus anguſtias Athe-
nienſibus rem exponit, & miſſio-
nem flagitat. *Diod.* 13. *Thucyd.* 7.
Juſtin. 4. 4. *Oroſ.* 2. 14. *Plutarch.*
& Nep. in Alcib. Interim Athe-
nienſes in Græcia cum Argivis
Laconicam vaſtant, ſolutiſque in-
duciis Lacedæmonii Deceliam oc-
cupant,

 411

cupant, quæ Athenis 120. ſtadia abeſt. Athenienſibus in Sicilia ſuppetiæ mittuntur Eurimedonte & Demoſthene Ducibus. Ergo navali prælio victi primum Syracuſani, tandem tamen Athenienſes terra marique ſuperavere, occiſis Ducibus Demoſthene & Nicia. Hac clade comperta deficiunt ab Athenienſibus Lesbii & Chii, itemque Eubœenſes agitant. Tiſaphernes autem & Pharnabazus Lacedæmoniis ſe adjungunt, qui mox fœdus cum Dario ineunt, Chium Athenienſes obſident, Peloponneſiis autem Syracuſani ſubmittunt auxilia. Hoc tempore Diocles, qui victoria inclementer utendum Syracuſanis perſuaſerat, ſeveras leges ſcripſit, quarum tamẽ ipſe ſubiit, ſive poſtea à ſeipſo exigit pœnas. Alcibiades interim, cum in patriam reſtitui percuperet, inſigni beneficio Athenienſes ad extrema redactos demeretur, Pharnabazo (alii Tiſſaphernem vocant) quippe

PI. A.M. A.C.
Olymp. U.C.

4302. 3571. 413.

4302. 3572. 422.
92. 1. 342.

P.I. A.M. A.C. Perſarum Duci perſuadet, ne La-
Olymp. U.C. cedæmoniis contra Athenienſes
opem ferret, ſimulque Reip. mu-
4303. 3573. 411. tandæ conſilium Athenienſibus
dat. Ergò CCCC viris commiſ-
ſa Reſp. in majores etiam calami-
tates incidit. Nam hi tyrannicè
uſi imperio conſilio Theraminis
dejiciuntur, atque democratia re-
vocatur; Victi mox ad Eubœam
92. 2. 343. Athenienſes illuſtrem poſtea victo-
riam de Mindaro Lacedæmonio-
rum Navarcho, inter Seſtum &
Abydum, Ducibus Thraſibulo,
Thraſyllo reportant, Zycicumque
4304. 3575. 410. capiunt. *Juſtin.* 5. 1. *usq. ad* 5. *Diod.*
13. *Thucyd.* 8. qui hîc deſinit, *Xe-
nophon Gr.* 1. qui hîc incipit. Re-
petitur mox cum Mindaro & Phar-
nabazo prælium, Duce Alcibiade,
quo vincunt Athenienſes mari pri-
mum, iterum terra. Ergo pacem
fracti malis Spartani petiere, quam
ne acciperent, opera eorum effe-
ctum eſt, quibus ea res quæſtum
4305. 3576. 409. præſtabat, inquit *Juſtinus*. Acceſ-
ſit

113

ſit alia Lacedæmoniis calamitas, P I. A.M A.C.
dum Syracuſanorum auxiliis deſti- Olymp. U.C.
tuuntur. Hos domeſtica mala in
Siciliam revocant. Quippe Egeſtani à Selinuntiis oppreſſi, cum Carthaginenſes imploraſſent, Hannibal mittitur. 4305.3575.409.
Hic Selinuntem cepit, miſerrimeque vaſtavit, cum ſtetiſſet annos 242. mox Himeram pari exitu mulctat, quæ ſteterat 240. Mox tamen reverſo in Patriam Hannibale, Henocrates Syracuſanus exul, collectis undique copiis Pœnos fructu victoriæ exuit, cumque pòſt reditum in patriam molitus eſſet, in foro cum ſuis cecidit. In Græcia Lacedæmones Pylum capiunt anno 15. quam à Demoſthene munita fuerat, Athenienſium autem Duces multa præclarè gerunt, Theramenes Chalcedonem, Alcibiades Byzantium aliaque loca capit, expugnatis Helleſponti urbibus, præter Abydum. Magnificè redux excipi- 4360.3576.408
tur Alcibiades, iterumque accepta 93. 1. 346.

P.I. A.M. A.C. claſſe multa ſtrenuè gerit. Sed cum
Olymp. U.C. Lacedæmonii Ducem ſibi Lyſandrum conſtituiſſent, cui Cyrus Darii filius ſuppetias tulit, circumacta paulatim fortuna eſt, Antiocho Alcibiadis legato victo. Hinc nova in Alcibiadem odia & crimina: ob quæ abrogato ipſi imperio, & in exilium compulſo 10. Duces creantur. *Diod.* 13. *Xenoph.* 2. *Juſtin.* 5. 5. Variis deinde cladibus Athenienſes ad extremum apud
4309.3579.465. Ægoſpotamos à Lyſandro victi ſunt. Athenæ mox obſeſſæ & inſeq. anno captæ ſunt. Cum Thebani diruendam cenſerent, placuit tandem ſervari. Sed mutata Reip. forma 30. Viris inſtitutis, inter
4310.3580.404. quos Theramenes, cum furentibus cæteris obſtaret, paulo poſt occiditur. Atque hic eſt finis belli
94. I. 350. Peloponneſiaci Athenis luctuoſiſſimi, quod anni 21. initio finitum eſt. Interim in Sicilia Syracuſis tyrannidem occupavit Dionyſius, cujus artes & molitiones prolixè exe-

exequitur *Diod.* 13. Ex quo & cæ- P.I.A.M. A.C.
tera hactenus memorata peti de- *Olymp.* U.C.
bent. Adde *Xenoph.* 2. *Juſtin.* 5. 7.
& 8. *Nepot. Lyſandr. Plutarch. Ly-*
ſandr. An. præcedente Darius quo-
que Perſarum Rex mortuus eſt, in
cujus & Artaxerxis tempora nobis
hiſtoria ordinanda eſt, & in Græ-
cia quidem reſtant ſucceſſiones
Regum Perdiceæ XI. qui Olymp.
87. principio regnare cœpit, & 23.
annos præfuit. Poſt quem XII.
Archelaus per 14. annos impera- 4282.3552. 432.
vit. Viri illuſtres floruere Olymp. 92. 3. 344.
81. anno 2. Cratinus & Plato Co- 4304.3574.410
mici, itemque Ariſtarchus Tragi- 4259.3529. 455.
cus. Poſt hæc Crates Comicus 82. 2. 303.
Bacchylides Lyricus, itemque Pra-
xilla & Deobulina notante *Euſeb.* 84. 1. 310.
hinc Meliſſus, Parmenides, Empe- 4261. 3523. 451.
docles ſequuntur *Diog. Laërt.* no- 4270.3540.444
tante, quo eodem tempore Hero-
dotus hiſtoriam ſuam ſcripſit, apud 85. 2. 315.
Thurios mox Euripides, & Prota-
goras ſophiſta, inde Theathecus 4271.3541.443.
Mathematicus, poſt hunc Ariſto- 4225.3545.439.
pha-

F.I. A.M. A C. phanes, quem magno numero ex-
Olymp. U. C. cipiunt Empedocles, Democritus,
4277.3547.437 Hippocrates Medicus, Gorgias,
4278.3548.436. Hippias, Prodicus, Zeno Eleates,
86. 1. 318. Parmenides, Socrates, cum quibus
convenit Iſocratis nativitas. Vid
4. 321. *Laërt.* & *Euſeb.* Paulo poſt Meton
Pauſaniæ filius Enneadecateridem
ſuam publicavit, de quâ prolixè
egit *Petav.* 2. *d. t.* 8. *& ſeq.* Nec
omitti debet Platonis nativitas
quæ Olymp. 88. incidit, notante
4281.3551.433. *Diog.* Succedit Eudoxii Cnidii ce-
4286.3556.428. lebritas, quam inſequitur Dioge-
4292.3561.422. nis Cynici celebritas. Romanos
89. 3. 332. ab initio horum temporum tur-
bavit Lex Terentia, promulgata de
quinque Viris conſulari poteſtate
4301.3571.413. creandis, quæ cum inſeq. anno ite-
91. 4. 341. rum agitaretur, Cœſo Quintius
4252.3522.462. ferox juvenis violenter obſtitit,
eamque ob rem damnatus exula-
79. 3. 192. tum abiit. *Liv.* 3. 9. *& ſeqq.* Mox
80. 1. 394. ſervile bellum ortum Duce Ap.
Herdonio Sabino, qui Capitolium
4252.3524.460 invaſerat. Sed virtus præſertim Va-
lerii

lerii Coſ. arma ſtatim inferentis P.I. A.M. A.C.
rem compoſuit *Liv.* 3. 15. *& ſeqq.* *Olymp.* U C.
Dion. 10. *Flor.* 3. 19. Hinc Volſcis & 4255.3525.459.
Æquis ad antrum victis, utrique 4256.3526.458.
